M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE

12

8 C

16

14-23. d. 26

Digitized by Google

SPECVLVM
HVMANÆ, ATQVE DIVINÆ SAPIENTIÆ,

SEV

PRAXIS SCIENTIARVM & Methodus ſcientifica,

Lumine naturali, & ſupernaturali illuſtrata:

Cuius finis eſt;

Dirigere Lectorem ad perfectam omnium rerum, atque ſcientiarum cognitionem obtinendam, & alios edocendam.

Opus ab hinc multis annis inchoatum, & per varia tempora auctum, nunc demum reuiſum, ampliatum, & in ſex partes diſtributum.

Auctore P. Don IOANNE Bellarino Clerico Regulari Congregationis Sancti PAVLI.

Cum Indice Titulorum, & rerum notabilium.

CVM PRIVILEGIIS.

C.D.C S. Agathae Trans Tyberim

MEDIOLANI,

Apud hæredum Pacifici Pontij, & Io. Baptiſtam Piccaleum Impreſſores Archiepiſcopales. M. DC. XXX.

Don Julius Caualcanus Congregat.nis Cler. Reg. S. Pauli Vic. Gen.

CVM P. D. Ioannes Bellarinus noſtræ Congregationis Theologus diuerſos Tractatus olim ſæpius cũ approbatione ſingillatim impreſſos, eoſdẽ modò vniuerſos in vnum corpus redactos ſub hac inſcriptione, *Speculum humanæ, atque Diuinæ Sapientiæ*, quibuſdam additionibus locupletatos in lucem rurſus dare à nobis poſtulauerit; his noſtris, quatenus ad nos pertinet, eidem petitam facultatem concedimus. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo Congregationis munitas fieri iuſſimus. Dat. Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ die octaua April. 1630.

D. Iulius Caualcanus Vic. Gen.

Imprimatur
Fr. Paulus Maria Riccius Commiſſarius S. Officij Medial.

Hier. Septala Can. Ord. Pœnit. pro Illuſtriſs. Card. Archiep

Viſa pro Excellentiſſimo Senatu.

Digitized by Google

S. Paulus 1. *Cor.* 15.

Videmus nunc per Speculum, in Enigmate.

Rom. 1.

Inuiſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.

Pſalm. 92.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.

Pſalm. 35.

In lumine tuo videbimus lumen.

Ariſt. lib. 1. *poſt. cap.* 1.

Omnis doctrina diſcurſiua ex præexiſtenti fit cognitione.

Idem de anima.

Intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari.

SACRÆ

ILLVSTRISS^RVM^ ET REV^RVM^

PVRPVRATORVM PATRVM

Congregationi de fide propaganda.

Don Ioannes Bellarinus humillimam reuerentiam.

EA eſt (Illuſtriſſimi Pręſules) ſcientificæ Methodi vis, & natura (Philoſophis, atque Theologis affirmantibus, rationeq; ipſa, ac vſu dictante) vt vera à falſis; ſolida à fucatis diſcer-

nere, & in lucem prodire liquido queat. Ideò, cum me, ad ſatis exactam tractationem de hac Methodo, traxerit enixa quædam, & cælitus demiſsa cupiditas, Euangelicæ Sapientiæ, pro vniuſcuiuſque captu, contra Hæreticorum, & Infidelium fallacias comprobandæ, & enucleandæ, ad Vos (ò Fidei Propagatores) quibus fere idem, cum hoc opere, finis eſt; illud, qualecunq; ſit, dirigendum iudicaui: non quod tantorum obtutibus obijciendum par ſit, ſed quod tãtorum patrocinio, tantoq; nomine obſignatum, neutiquã pertimiſcendum ſit, quod in tenebris deliteſcat. Parcite igitur, Ill.mi Fidei Zelotes, ſi ad ſacrę Fidei veritatem propagandam, & aduerſantes errores refellendos, hęc humillima Methodus Vobis coram prodire non timet; opuſq; cum Auctore ipſo pro veſtra ſingulari pietate, ad Dei gloriam, & Fidei exaltationem benigne ſuſcipite; Voſq; dici, & ſemper incolumes ſeruet D. O. M.

BRE-

BREVIS PRÆFATIO AD LECTORES;

Circa modum, quo hoc Opus effectum eſt.

ROGO te, ſtudioſe Lector, ne graueris, concedere mihi; vt aliquid dicam de modo, quo hoc Speculum à me inchoatum, perfectum, & æditum eſt.

Ego, à teneris annis, & in tota vita mea, habui à natura, &, ni fallor, à Deo, ingenitum quoddam, illudque vehemens deſiderium, à ſtimulo etiam, & impulſu ſatis valido ſociatum, vt perfectam ſapientiam obtinerem; & ad illam obtinendam, magnum ſtudium, maximamque diligẽtiam adhiberem: exacte obſeruando, quid antiqui, moderníque Scriptores de illa docerent. Semper autem, in diſcendo, ita affectus eram, vt me nihil ſcire exiſtimarem, niſi quæ cum ordine, & Methodo didiciſſem; ideò ſemper enixus ſum, vt de Methodo ſcientifica, & de bono vſu illius, exactam, & completam cognitionem, à ſapientioribus acceptam poſſiderem; ſed præcipue ſollicitus fui, vt de cõ-

pleta tractatione, & de demonſtratiua probatione, plena cognitio à me habita eſſet; & mihi viſum eſt, de illis me aliquo modo obtinuiſſe, quod deſiderabam.

Hac autem à me habita cognitione, cum mihi, & aliis doctis viris, viſum ſit, nullum Scriptorem, ſiue antiquum, ſiue modernum, de Methodo ſcientifica, ex profeſſo completam habuiſſe tractationē; Ariſtoteles enim, & S. Thomas multa de illa obiter, & ex occaſione dixerunt, non tamen, ex profeſſo, de illa tractationē habuerunt; ego rem vtiliſſimam Reipublicæ litterariæ me facturum exiſtimans; ſi quod de Methodo didiceram, alios docuiſſem; & de illa, vt poteram completam tractationem inſtituiſſem; librum de illa compoſui, & edidi; qui inſcribitur, Praxis Scientiarum, ſeu Methodus ſcientifica, in quo talis tractatio, vt potui, à me habita eſt; & cognoui illum à ſapientibus approbari, laudari, & in vſum induci, & ideo ſæpius typis datum fuiſſe.

Per hanc autem à me habitam cognitionem, & tractationem, Methodus mihi adeo familiaris effecta eſt, vt, de quacunque propoſita re, valde facilem videar poſſe, habere methodicam, & ſcientificam

tra-

Digitized by Google

tractationem; ideo, quamuis variis occupationibus implicatus, & debili valetudine detentus, varia opera, diuerſis temporibus, compoſui; ex quibus in vnum collectis, multis doctis viris hoc mihi ſuadentibus, præſens Speculum effectum eſt.

Primo autem librum compoſui, Clero valde gratum, & ſupra decem vices impreſſum; in quo, iuxta methodum ſcientificam, doctrina de completa Summa S. Euangelij collecta, diſtincta, ordinata, & explicata eſt; Quæ cum ex ſacro Concilio Tridentino, & Catechiſmo Romano fideliter excepta ſit; Ideo etiam Titulus talis libri eſt; Doctrina ſacri Conc. Tridentini, & Catechiſmi Romani de completa Summa S. Euangelij.

Conſiderans etiam, quam vaſta ſit materia caſuum conſcientiæ; & quam immenſa ſit latitudo, atque profunditas eiuſdem Conſcientiæ; vt Confeſſarijs, ac Pœnitentibus examen illius facilem redderé, dicta methodo vſus, totam latitudinem, ad octo partes, Decalogo correſpondẽtes, reduxi; & hic liber, *Compartimento della latitudine, e profundità della conſcienza, e della legge di Dio*, inſcriptus eſt, & ſæpius impreſſum fuit; Et ſit certa probatio de ſuffi-

ſufficientia diuiſionis.

Alium etiam librum paruum edidi, qui inſcribitur; *Memoriale per li Confeſſori, e per li penitenti;* in quo eadem vaſtitas conſcientiæ, ad eadem capita breuiſſima ratione partita, atque probata eſt, & ſæpius fuit impreſſus.

Æadem methodo vſus, in alio libro Diuinum cultum, ab Eccleſia, per totum annum, in Breuiario, Miſſali, & Rituali diſtributum, collectum, & ordinatum; & ad praxim accommodatum, in octo partes à me diſtributum fuit.

Mihi quoque in mentem venit, Methodum ſcientificam eſſe optimum mediũ ad omnes errores, & hæreſes cuiuſcunq; Sectæ hæreticorum detegendas, & confutandas, & ad doctrinam Euangelicam captui illorum accommodandam, atq; probandam. Cum enim hæretici lumine fidei, quo carent; & ſacra Scriptura, quam male interpretantur, & Catholicam illius intelligentiam quã repudiant, de veritate Euangelica, nolint perſuaderi; lumine naturali à lumine fidei illuſtrato, de veritate cõuinci, & de falſitate redargui poſſunt; Per dictã enim Methodum certiſſime probari poteſt, quod hęretici, neque habent de Re-

gno

gno Dei completã tractationem; neq; faciunt, aut facere poſſunt de illo certã probationem; ſed illorum doctrina, omnibus conſideratis falſa eſt. Et hanc igitur habui tractationem; cuius talis inſcriptio: *Doctrina Catholica de Regno Dei, ad omnes veritates Euangelicas, de illo comprobandas, & ad omnes errores, et hæreſes illis contrarias confutandas*: quæ ſæpius impreſſa fuit.

Eadem methodo vſus ſum, ad difficillimam materiam philoſophicã de phiſicis præmotionibus, & de determinatione omnium rerum, & cauſarum ad actu operandum dilluci dandam, qui liber inſcribitur; *Doctrina S. Thomæ, de Phiſicis præmotionibus, & de determinatione omnium rerum, & cauſarum ad actu operandum*.

His peractis, pæne quieſcebam, ſpiritualia potius, quam ſcolaſtica, in ſenectute, tractare deſiderant.

Sed ecce, multi docti viri amici mei, pæne me coegerunt, ad omnia opera mea, præcipue latina, in vnum colligenda; quod dum aggredior, magnum mihi lumen, & magna ſuperuenit cogitatio talis: Si dicta methodus eſt certum, & optimum mediũ ad omnes falſas philoſophorum, & infidelium doctrinas confutandas; & ad doctrinam

nãm Euangelicam captui, & conuerſioni illorum, accommodandam; quare, ſicut in vno opere dictam Doctrinã captui Catholicorum; in alio captui Hæreticorum accõmodaſti; non facis etiam aliud Opus, ad omnes Philoſophos, & Infideles de veritate conuincendos; & de falſitate redarguendos; & ad doctrinam Euangelicã illis accommodandam? Si hoc omittas, quomodo Opus, & Speculum tuum perfectum erit? Et perſuaſus ſum.

Sed non poſſum explicare, ò Lector, quãtas in hac repræuiderim difficultates: Materia vaſtiſſima; Infideles ignari; Methodus multis ignota: Doctrina Euangelica à gentibus ſtultitia iudicata; Philoſophi, non diſcere, ſed docere parati; Ego ſenex, & infirmæ valetudinis; & labor ſcribendi mihi valde grauis, atq; moleſtus: Quid conſilij in hac re caperem?

Incidit mihi tale conſilium. Minue, quãtum potes, ſcribendi laborem; In ſcribendo abijce omnia, non neceſſaria, & parum vtilia: Vtere breui, & conciſa oratione: Paucis verbis multa dicas; Reduc dicẽda ad prima principia; Dirige tractationem ad Euangelicum Doctoré, cuius munus ſit Infideles docere; Fac quod potes, & ſi quid

ſi quid deerit, labor tuus inchoatus, alijs dabit occaſionem ad perficiendũ: In Deo ſpes magna eſt collocanda: Ita ſtatui; Ita feci: Et pars Speculi contra Infideles modo dicta effecta eſt.

Hac parte contra Infideles expleta tradidi illam doctis viris amicis meis, vt ab illis, quod iudicium ferrent, intelligerem; Qui talia mihi retulerunt: Pars Speculi vltima contra Infideles, & Philoſophos; Finem habet altum; dignum; vtiliſſimum; Et tractatio eſt methodica, ſcientifica, & bene fundata, atq; probata: Stilus mere ſcolaſticus; & inornatus: Modus tractandi altus, nimis breuis, & obſcurus aliquãdo; & moroſum deſiderat Lectorem: Homines vulgares, tam altæ tractationis forte capaces non erunt: Si Opus hoc ad Doctorem Eccleſiaſticũ, qui Infideles debeat edocere, directum ſit; (ſicut Catechiſmus Romanus ad Parochos eſt directus;) qui breuius, & nimis alte dicta, ampliare, & clariora reddere; & captui etiam hominũ vulgarium, accommodare poſſit; dictum Opus contra Infideles valde dignum impreſſione erit; quod etiam mihi facere propoſitum fuit.

His auditis dictam partem contra Infi-

deles iterum vidi, conſideraui, recognoui, addidi, detraxi, mutaui, explicaui, & feci, quod potui, vt tam vaſtã, & difficilem materiam magis claram, & facilẽ redderem: Totam autẽ de nouo habere tractationẽ, quæ magis diffuſa eſſet, mihi, ob laborem ſcribendi, poſſibile non iudicaui; Et mihi melius viſum eſt, aliquid dare, quam nihil: Et ſicut Græci, Silenos exterius deformes, intus pulchros; & natura nuces; & caſtaneas, in exteriori aſperas, intus ſaporoſas efficiunt, vt illas frangere; & aperire vtile, & gratum ſit; ita de hac mei Operis parte dici poſſe exiſtimaui, & edita eſt.

Hæc ſunt, de quibus Lectorem admonere volui, ſperans, quod, omnibus conſideratis, meam intentionem, & laborẽ laudabit: Stili, & verborum breuitatem, & iniucunditatem excuſabit; & mediocri ſuo ſtudio, & diligentia, omnes difficultates ſuperabit; & qui eminent ingenio, ſi quid viderint in hoc Opere deſideraui, perficiẽt.

MONI-

MONITA AD LECTOREM.

Methodus ſcientifica ſic poteſt deſcribi. Eſt recta ratio, & modus diſcendi, ſciendi, docendi.

Aliud eſt Methodus, aliud vſus illius.

De illis nullus Scriptor antiquus, vel modernus, ex profeſſo, ni fallor, completam habuit tractationem.

Ariſtoteles obiter, & ſparſim multa docuit de illis.

In hoc Opere dicta completa tractatio habita eſt.

In ſex partes diſtributa fuit.

Hæc diſtributio, in principio Operis, facta non eſt.

Quælibet pars ſuam habuit propriam, & ſeparatam tractationem.

Multis partibus abſolutis, hortatu multorum, abſolutæ ſunt collectæ; ſed aliæ, ad perficiendum Opus, additæ ſunt.

Hinc factum fuit, aliquid dici in vna parte, quod in alia quoque dictum erat.

Author rogat Lectorem, has excuſare fere neceſſarias repetitiones.

Monet etiam Lectores, Methodicas

tra-

tractationes, fere ſine illis, eſſe non poſſe.

Monet illam repetitionem eſſe vtilem, cui additur explicatio, declaratio, probatio, & nouæ materiæ applicatio, vt in hoc Opere ſit.

Declarat, ſe in hoc Opere nihil poſuiſſe, quod non cognouerit in graui authoritate eſſe fundatum.

In margine ſæpiſsime locum præciſum authoritatis adducit.

Rogat Lectores ingenio pollentes, vt huius Operis adiuuent perfectionem.

Demum omnia a ſe, in toto Opere dicta, iudicio, & Cenſuræ S. Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, cum maxima humilitate, ſubmittit.

IN-

INTRODVCTIO IN SPECVLVM VERÆ SAPIENTIÆ,

Quædam explicans, quæ Lectori ad maiorem, & faciliorem totius Operis intelligentiam aditum aperiunt.

Cap. I. De ente, quid ſit, & quodnam completum dici poſſit.

ENS dicitur illud, quod habet eſſentiam, eſſe, & vnitatem eſſendi. Eſſentia autem ſic poteſt diffiniri; Eſt prima entitas rei nullam cauſam habens in re, apta nata agere, vel pati; veluti anima, & corpus in homine: Eſſe vero actuale; eſt actualis exiſtentia eſſentiæ, & rei extra ſuas cauſas, & in ſeipſa exiſtentis: veluti Roſa in Vere. Vnitas rei ordinariè ab vnitate ſuppoſiti accipi debet: veluti homo vnum eſt ens; quia vnum ſuppoſitum habet.

ex Met. l. 4 & alibi.

Ens autem aliud eſt cõpletum; aliud incompletum: Completum eſt, quod in genere ſuo per ſe exiſtit, & non indiget alio, vt ſubiecto, veluti

Lib. præd. de ſubſt. & 1. poſt. tx. 9.

vel vt parte ad exiſtendum; veluti homo, gladius: Incompletū eſt illud, quod indiget alio, vt parte, vel vt ſubiecto ad exiſtendum; veluti pars compoſiti, & accidentia.

Experientia.

Hæc entia completa plurima ſunt; nempe, naturalia, ſupernaturalia, artificialia, rationis, moralia; & alia huiuſmodi. Et de his omnibus ſcientia, per illarum cauſas, haberi poteſt.

Cap. 2. De quatuor conſiderandis in quolibet ente.

Experientia. S Aug. homo creatus eſt, vt ſummum bonū intelligeret; intelligendo amaret; amādo poſſideret; poſſidendo frueretur.

DE omni ente poſſunt conſiderari; primò, Exiſtentia realis; ſecundo. Cognitio; tertio, Amor, deſiderium, & appetitus illius; quarto, Poſſeſſio, & vſus: Et primum poteſt eſſe cauſa ſecundi; hoc tertij; & tertium quarti: Veluti in auro, aliud exiſtentia, aliud cognitio, aliud amor, aliud poſſeſſio, & vſus: Singula autē poſſunt eſſe vera, vel falſa; veluti aurum verum, vel falſum; Cognitio, amor, & vſus illius, vera, vel falſa, ſeu bona, vel mala.

1. Metaph. cap. 1.

Sapientia debet tradere de dictis veram, certam, & completam cognitionem; alioquin in mundo omnia erunt plena confuſione, & diuina mundi gubernatio non recta, ſed mala erit.

Argum. ex Logica, & lib. poſt.

Colligitur eſſe omnino neceſſarium, vt à Deo aliquæ regulæ datæ ſint, per quas de dictis veritas, & falſitas cum certitudine cognita ſit.

Ar. lib. prior. & poſt.

Dictę autē regulæ poſſunt dici Signa, Indicia, Media, Specula, & ſimilia ad verum à falſo, in dictis diſcutiendum; veluti Aurifex habet artem, vt per quædam ſigna, verum aurum à falſo

ſo cognoſcat. Et ſapiens habet modum ſciendi, ſeu logicam, quæ verum à falſo diſcernere docet.

Cap. 3. De completa cuiuſque rei entitate, & exiſtentia exprimenda.

VNaquæque res, ſeu ens completum, omnino ad agere, vel pati eſt ordinata; ita vt illius perfectio, magis in operatione, quam in eſſentia poſita ſit. Et ex hoc S. Thomas colligit regulam talem, ad completam rei exiſtentiam explicandam: Tria ad ſummum, ad perficiendam rei exiſtentiam neceſſaria ſunt: Primũ eſt ipſa res, vt homo cum ſua eſſentia, & exiſtentia vera: Secundum eſt virtus productiua operationis, quæ quibuſdam accidentibus ab eſſentia fluentibus poſita eſt, veluti in homine intellectus, voluntas, ſenſus: Tertium eſt ipſa actualis operatio; vt intelligere, velle, ſentire: Præter hæc ſunt quędam accidentia quinti prędicabilis, vt eſſe pauperem, ſanum, ſine quibus completa hominis exiſtentia eſſe poteſt; ideò de ſubſtantia illius non ſunt. 2. phiſ. tx 75. Sum. contra gentes. Lib. prædic. cap. de accid.

Ariſtoteles ſic explicat illam: Completa rei, vt hominis exiſtentia, ad ſummum, quatuor dicit: primo, ipſam rem, ſeu ſuppoſitum illius: ſecundo, cauſas, & principia, veluti materiam, formam, naturam, & alia: tertio, paſſiones, & proprietates, quæ ſunt virtus productiua operationis, & ipſa operatio: quartum, ſunt partes rei, ſi illas habet: Accidentia quinti prædicabilis non ſunt de neceſſitate completę rei exiſtentię, & entitatis. 2. poſt. cap. 25. & 43. Lib. prędicab. cap. de accid.

Cap. 4. Reducuntur omnia entia ad Deum, & ad Regnum Dei.

Meta.l.4. ARiſtoteles colligit omnia entia ad vnum genus generaliſſimum, Ens, vt Ens.

1.p. & cõtra gentes. S. Thomas, in vtraque Summa, ait; In vno Deo omnia entia collecta ſunt; quia omnia à Deo procedunt; in illo exiſtunt; & tendunt ad illum.

Cate petit. 2. in orat. Euangelium videtur docere, quod in regno Dei, omnia entia collecta ſint; quia in hoc regno intelligitur Deus gubernans; & omnia ab illo gubernata.

Cate. ibid. Materia Regni Dei eſt totus mundus: Forma diuina gubernatio.

S. Aug. de Deo. De dictis, & de contentis ſub illis debent conſiderari completa entitas, cognitio, amor, & vſus. Homo enim factus eſt, vt cognoſcat, diligat, poſſideat, fruatur Deo, & vtatur mundo.

1. par. per totum. Deus eſt infinitæ exiſtentiæ, ſummæ cognoſcibilis, & diligibilis; & frui ipſo eſt ſumma beatitudo: Homines tamen cæcutiunt in illius cognitione.

Ex S. Aug. arg. ex lib. Ethi. De mundo, & de regno Dei, debent conſiderari, completa exiſtentia, cognitio, amor, & vſus: Per hæc enim homo ex parte beatus efficitur.

Seſſ. 6. cap. 7. Ex Sacro Conc. Trident. Regnum Dei habet pro fine; primò Gloriam Dei; ſecundo Vitam hominis beatam, & æternam.

At. in Ethicis lib. 1. Talis finis non poteſt obtineri, niſi per cognitionem, amorem, & vſum: Per hæc enim

Deus

Deus glorificatur, & homo efficitur beatus; S.Aug.
Vnde appatet, quod ad perfectionem mundi, & regni Dei, dicta omnino neceſſaria ſunt.

Cognitio eſt cauſa amoris, & boni vſus mundi, Regni Dei, & omnium: & illa habita complete omnia recte diſponi poſſunt. ibid.

Tota difficultas eſt in tradenda de Deo, & de omnibus completa cognitione. Cate. in præf.

In hoc opere tractatur de modo ad hanc cōpletam omnium rerum cognitionē obtinēdam; & quia Apoſtolus ait: Videmus nunc per Speculum in enigmate. Hoc opus, Speculum Sapientiæ eſt appellatum. 1. Cor. 13.

Nunc aliqua de cognitione, & de Sapientia ſunt explicanda.

Cap. 5. De differentia inter Cognitionem, Scientiam, atque Sapientiam, ſeu de gradibus cognitionis.

COgnoſcentia ſunt, Deus, Angelus, Homo, animal. Ratio

Cognitio tres habet gradus; primus dicitur ſimplex cognitio: ſecundus ſcientia: tertius ſapientia. Experientia.

Animalia habent infimum gradū cognitionis; quæ dicitur ſenſitiua, & non omnia, ſed aliqua, illaq; imperfectè cognoſcunt; quia cognitionem non habent de eſſentia, de eſſe, de ſuppoſito rerum, & de accidentibus per ſe; ſed videntur ferè ſolam de accidentibus quinti prædicabilis cognitionem habere. Senſus.

Scientia analogicè conuenit Deo, Angelo, & homini. S.Th.cont. gentes.

Poſt. lib. 1. cap. 1. & ſeq. Sic poteſt ex Ariſtotele diffiniri: Eſt cõpleta de re, & de cauſis illius, & de omnibus, quæ illi per ſe conueniunt, completa cognitio.

1. p. q. 14. Deus naturaliter, & neceſſario de omnibus habet hanc ſcientiam perfectiſſimam, & habet illam ad modum artificis, & habet illam de contingentibus.

1. p. q. 54. & ſeq. Angelus, vt ſic dicam, fere illam naturaliter habet; & illam à Deo in prima ſui productione accepit.

Meta. lib. 1 cap. 1. Ar. de ani. lib. 3. Homo, ait Ariſtoteles, Naturaliter quidem ſcire deſiderat; Eſt capax ſcientiæ, & habet intellectum, qui eſt aptus natus cognoſcere omnia entia, & cauſas illarum, & omnia, quæ per ſe illis conueniunt, ſed dictus intellectus eſt veluti tabula raſa, in qua nihil eſt pictum de cognitione rerum: Deus tamen homini per naturam dedit cognitionem quorundam principiorum, quæ dicuntur naturaliter, & per ſe nota; & ſunt veluti Speculum, in quo viſo omnia entia cognoſci poſſunt: Dedit etiam ſenſũ, in quo ſimilitudines rerum ſenſibiliũ, tanquã in ſpeculo. receptæ ſunt: vt intellectus, ſpecul° do phãtaſmata, res ſenſibiles cognoſcere poſſit. Tertio dedit intellectui facultatem diſcurſiuam, & argumentatiuam, per quam à primis principijs, & à rebus per ſenſum viſis, per modum conſequentiæ, & argumentationis, cognitionem omnium rerum deducere poſſit. Quarto dedit lumen naturale, per quod poteſt cognoſcere prima principia; item res per ſenſum viſas; & quænam conſequentiæ, veræ, vel falſæ; certę, vel probabiles ſint. Quinto dedit illi,

1. poſt. c. 1. & in Meta.

3. de ani.

vt

vt ſic dicam, habitum naturalem, qui Logica naturalis, vel modus ſciendi, vel methodus ſcientifica dici ſolet; per quem in homine excitatur deſiderium, amor, & ſtudium, ad omnia entia mundi cognoſcenda, & dirigit illum ad veram ſcientiam de omnibus addiſcendam, obtinendam, docendam. Logica. Meta. l. 1 cap 15.

Hęc omnia Deus dedit homini in productione illius; ſed ſuperueniente peccato, ait Conc. Trid. omnia in deterius mutata ſunt; Et Chriſtus per gratiam, nō ſolum illa in priſtinū reſtituit; ſed et ad gradum multò altiore eleuauit. Conc. Trident. ſeſſ. 5

Tertius gradus cognitionis eſt perfectiſſimus, & dicitur Sapientia; quæ ſic poteſt pro nunc deſcribi: Eſt omnium rerum, & cauſarum, & effectuum perfectiſſima cognitio; per illā enim perfectiſſimè, omnia entia, prima, media, & vltima; Omnes cauſę, primę, medię, & vltimę, Omnes effectus, primi, medij, & vltimi cogniti ſunt. Ar. Meta. lib. 1. cap 2

Animalia hanc Sapientiam non habent. Senſus.

Deus habet illam perfectiſſimam, etiam de contingentibus, & non entibus. Non habet ab alio, ſed à ſeipſo; quia veluti Sol eſt primus fons lucis, cognitionis, & veritatis. 1. p. q. 14.

Angelus habet perfectam cognitionē, & ſapientiam de multis, ſed illam habet à Deo; & non habet illam de contingentibus. 1. p. q. 54. & ſeq.

Homo naturaliter habet deſideriū, capacitatem, & habilitatem Sapientiæ, non à ſeipſo, ſed à Deo acceptam, & eſt maior in vno, quam in alio homine: De modo, quo homo illam aquirat, infra dicendum eſt. 1. Meta. ca. 1. 1 p. q. 79

Cap. 6. De ignorantia, & de gradibus illius.

8. poſt cap. 35. tex 32.

IGnorantia opponitur cognitioni; & dicit carentiam illius in ſubiecto apto nato, & habet tres gradus, ſicut cognitio.

Cate. art. 1 num. 12.

Deus nihil poteſt ignorare; Omnia cognoſcit, etiam poſsibilia, & futura, & contingentia; Cognoſcit ſeipſum, ſuam eſſentiam, eſſe, perſonalitatem, ſuam virtutem operandi intra ſe, & extra ſe; demum omnes ſuas operationes, & operata.

Cate. in præfat. & art. 2. n. 15.

Deus, non ex neceſsitate naturę, ſed libere, & ad placitum ſuum, dat Angelo, & homini cognitionem de ſeipſo, & de regno ſuo.

Experientia.
S. Paul. 1. Cor cap 2. verſ. 11.

Sicut Rex, internas ſuas cogitationes, conſilia, intentiones, cognitiones, voluntates, & ſimilia; ordinariè ſubditis ſuis, ex maiori parte, occultat; aliquibus, iuxta placitum ſuum, quędam manifeſtat; & à nullo poteſt cogi ad manifeſtandum; ita, & multo magis de Deo hoc affirmandum eſt.

Cate. in præf.

Deus Myſterium Incarnationis, per longa tempora hominibus occultauit, & Angelis. Idem de prædeſtinatione, reprobatione, mundi, quoad aliqua, gubernatione, & aliis dicẽdũ eſt.

8. p. 54. & ſeq.

Angeli ergo multa ignorant de Deo, & de regno illius.

Senſus.

Homines naſcuntur omnes cum totali fere gradu ignorantiæ.

Senſus.

Infantes in illa perſeuerant, & pueri fere nihil ſciunt.

Senſus.

Mulieres, Ruſtici, Rudes Artifices, Operarij, & alij fere nihil ſciunt.

Multi homines errores, hęreſes, falſaſq; doctrinas de Deo, & de regno illius ſecuti ſunt; veluti Poetæ, Oratores, Philoſophi, Atheiſtæ, Idolatræ, Gentiles, Iudei, Turcæ, Arabes, & alij multi. Senſus. S. Th contra gentes. Lact. Fir.

Ergo in homine, ex maiori parte, dominantur ignorantia, error, falſæ doctrinæ, & ſtultorum hominum deliramenta. Ratio, Senſus.

Cap. 7. De duplici modo ad veram Sapientiam obtinendam.

IN homine duplex eſt modus ad veram Sapientiam obtinendam; Et vnus eſt facillimus, & perfectiſſimus; & eſt, quod Deus lumine, voce, & ſcriptura; vel per ſeipſum; vt Chriſtus fecit; vel per alios, vt per Prophetas, & Apoſtolos, ſuam de ſeipſo, & de regno ſuo hominibus, veram, certam, & completam cõmunicet ſapientiam; Alter eſt valde difficilis, & imperfectus; nempe, quod homo ſtudio, & labore exerceat ſe, ad veram ſapientiam quærẽdam, obtinendam, docendam. S.Th contra Gentes lib. 1. ca. 3. Cate. in præf nu 1. & ſeq & art. 1. n. 0.

Philoſophi, & ſapientes mundi vtuntur ſecundo modo; Chriſtiani vtuntur primo, Theologi vtroque vti ſolent. S Th. contra Gentes lib. 1. ca. 3.

Primus modus confert ſapientiam; veram, quia Deus eſt ipſamet veritas; certam, quia Deus non poteſt errare; perfectam, quia ſcientia Dei eſt perfectiſſima. S.Th ibid.

Secundus modus valde deficit in veritate; quia homines poſſunt in diſcendo, ſciendo, & docendo errare: In certitudine eadem ratione; ibid. S. Th. & Cate.

In perfectione; quia etiam Philoſophi plurima ignorarunt: Vt enim ait Ariſtoteles; Philoſophi antiqui malè philoſophati ſunt; Sapientiã diminutam obtinuerũt: Ipſe Ariſtoteles multa ignorauit, in multis errauit; Socrates dixit; hoc vnum ſcio, me nihil ſcire: Si antiqui in inquirenda, & docenda ſapientia errarunt, ergo homo poteſt errare; ergo etiam Ariſtoteles, qui eſt homo potuit errare, & ignorare; ergo ſapientia humana non eſt plene vera, certa, completa; ergo ſola ſapientia Dei eſt plene vera, certa, completa; ergo homo nullo modo habebit veram, certam, completam ſapientiam, niſi ſit illi à Deo communicata; ergo neceſſe eſt affirmare, quod Deus ſuam ſapientiam hominibus communicauerit, ſimili ratione qua Sol, Lunę, Stellis, & omnibus rebus lucem ſuam communicat; & ſeipſum, ac omnia à ſe illuminata omnibus manifeſtat: Hic eſt modus, quo homo veram, & perfectam ſapientiam obtinere poteſt.

In Meta. per totum.

1.p.q.14.

Cap.8. Explicatur differentia inter ſcientiam, & modum ſciendi.

ARiſtoteles ait; aliud eſt ſcientia, aliud modus ſciendi: Hoc in Deo, in Angelo, & in homine verificatur: Scientia enim de illis ait S. Thomas non equiuoce, ſed analogice affirmatur. In Deo ſecundum rationem diſtinguitur ſcientia, & modus ſciendi. Modus enim cognoſcendi illius valde diſtinctus eſt à modo Angeli, & hominis; vt S. Thomas in vtraq; ſumma

3.Met.tex. 15.

Cont Gentes lib. 1.c. 32.33.34.

ma apertè docet. Nunc de homine ſermo eſt.

Plurimi homines ignorant ſapientiam, & ibid.
modum ſciendi.

Antiqui, ait Ariſt. in philoſophando, non in Meta.
habuerunt modum diſcendi, ſciendi, docendi.

Ariſtoteles profitetur, ſe hunc modum co- ibid.
gnouiſſe, & vſum fuiſſe.

Exiſtimo Ariſt. de hoc modo ſciendi ex pro- Ita iudi-
feſſo, completam tractationem non habuiſſe, cāt multi.
neque illum plenè docuiſſe.

Mihi videtur de illo multa obiter, & ex oc- In Log. &
caſione docuiſſe, & explicaſſe. Meta.

De illa S. Thomas altam habuit cognitionē, In vtraq;
illa recte vſus eſt, multa etiam obiter, & ſpar- Summa.
ſim de illo dixit.

Scientia ergo, & modus ſciendi in homine 3. Metaph.
valde diſtincta ſunt. tex. 15.

Cap. 9. Explicatur differentia inter quærere ſcientiam, & modum ſciendi, & inter habere vtrumque.

IN Deo, & in Angelo ſimul ſemper ſunt ſcien- S. Th. 1. p.
tia, & modus ſciendi; ideo cum illa ſemper qu. 14. &
ſimul habeant, nunquam ea quærunt; quod cont. gent.
enim habetur, non quęritur. Homo autem, cum Ariſtot. 3.
ſemper naſcatur ſine vtroque; ſi vult illa obti- Meta. tex.
nere, neceſſe eſt quærere vtrumque; & hoc 15.
quærere Ariſtoteles ſignificauit dicens; Inconueniens eſt, ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi. Ait, Quærere: Ait Quærere ſcientiam, & modum ſciendi: Ait, Simul: Collige. Prius quærendum modum ſciendi, quàm ſcientiam;

Ita prius addiſcitur ars ſcribendi, quã fiat ſcriptura: Qui autem addiſcit artem, quærit illã & ſtudet illam obtinere: Igitur aliud eſt quærere rem, aliud obtinere, poſſidere, & illa vti.

Cap. 10. Explicatur differentia inter docere modum ſciendi, & vti illo.

Experientia.

SIcut ſe habet ars ſcribendi ad recte ſcribendum, & Rethorica ad recte perſuadendũ, ita ſe habet modus ſciendi ad recte diſcendum, ſciendum, docendum.

Cicero, in Reth. de Oratore, & in Oratio.

Sicut etiam Cicero in Rethorica docuit modum, & artem perſuadendi; In libro autem, qui inſcribitur, Orator, docuit, non dico artẽ, ſed vſum artis; In libro vero ſuarum Orationum, non dico, docuit artem, vel vſum artis, ſed dico, vſus eſt arte: Ita eſt de modo ſciendi; Aliud enim eſt docere modum ſciendi; Aliud docere vſum dicti modi; Aliud recte vti dicto modo.

Ariſt Log. Meta. Philoſophia.

Ariſtoteles in Logica docuit modum ſciendi, ſed dubito, incompletæ; In Metaphyſica vt ſic dicam, docuit vſum modi ſciendi; in philoſophia naturali vſus eſt illo, & S. Thomas in vtraque ſumma illo recte vſus eſt.

Cap. 11. Examinatur, vtrum modus ſciendi ſit vtilis, & neceſſarius, ad veram ſapientiam quærendam, obtinendam, docendam.

Senſus.

RAtio, & experientia docet: Aliud eſſe virtutem productiuam operationis, ſeu cognitionis;

gnitionis: Aliud productio operationis, vt ſcriptio: Aliud modus, ſeu ars, & recta ratio producendi operationem: Virtus enim productiua poteſt eſſe ſine operatione, vt intellectus ſine intellectione: Et operatio poteſt carere bono modo, & fieri cum malo: Implicat autem contradictionem, quod operatio ſit bona, & fiat cum modo malo, vel ſine bono: Eſſentia enim bonæ operationis in hoc poſita eſt, quod fiat cum modo bono; qui modus bonus ordinariè recta ratio dici ſolet. Hæc igitur recta ratio, & bonus modus, omnino ad quęrendam, obtinendam, docendam ſcientiam neceſſaria eſt. Et eſt impoſſibile, quod quis poſſit cum certitudine cognoſcere, & iudicare, vtrum hęc operatio ſit bona, vel mala; perfecta, vel imperfecta; ſi ignoret, quænam ſit recta ratio, & verus modus illam producendi. Recta ergo ratio operandi, omnino neceſſaria eſt ad rectam operationem, tum producendam, tum cognoſcendam, & res patet in artibus: Ars enim eſt recta ratio ad diſtinguendum, quod in artificialibus bene, vel male, ſeu ſecundum artem, præter artem, vel contra artem factum ſit; & idem de recta ratione cognoſcendi dicendum eſt: Concluſio ergo erit talis.

Experientia.

Ratio.

Rectus modus ſciendi eſt, non ſolum vtilis, ſed omnino ad veram ſapientiam rectè quærendam, obtinendam, docendam neceſſarius; & certa cognitio de vero modo ſciendi, eſt omnino neceſſaria ad cognoſcendum, cum certitudine, quęnam cognitio vera, vel falſa; completa, vel incompleta ſit.

Ar. 3. Met. tex 15.

Ratio.

Senſus.

No-

Scriptores in dictis facultatibus. Notandum tamen, quod ſicut de Logica, & Rethorica dicitur; alia eſt naturalis, & imperfecta; alia eſt artificialis, & aquiſita, quę poteſt eſſe perfecta: ita modus cognoſcendi, & ſciendi alius eſt naturalis, à natura inditus, & imperfectus; alius artificialis, & ſtudio aquiſitus, & poteſt eſſe in aliquibus, ſed paucis, perfectus: Primus eſt ſemper neceſſarius ad quęrendam, obtinendam, & docendam ſcientiã; etiam ſi imperfectè dicta effecta ſint: Modus autem ſciendi aquiſitus, & perfectus eſt omnino neceſſarius, ad perfectam ſcientiam, atque ſapientiam plene obtinendam, & cum certitudine cognoſcendam. Hic igitur modus perfectus, plene cognitus, eſt verum, & certum medium, per quod, cum certitudine, ſcientia, & ſapientia, vera à falſa; certa ab incerta, & perfecta ab imperfecta diſcerni poteſt; vt ex ratione iam dicta probatum fuit.

Experientia.

Cap. 12. *Proponitur diffinitio methodi ſcientificæ in homine conſideratæ.*

Ex Ar. in Logic. & Metaph.

VOco Methodum ſcientificam, verum, & perfectum modum, ad veram cognitionem, ſcientiam, atque ſapientiam de omnibus cum certitudinę cognoſcendam, quęrendam, obtinendam, docendam, probandam: Et poteſt ſic diffiniri.

Ariſt. ibid. & num. 3. Meta. tex. 15.

Eſt recta ratio, & modus ad perfectam de omnibus cognitionem, iuxta naturam hominis obtinendam, quęrendam, docendam, probandam: Non dicitur autem; perfecta

de

de omnibus cognitio, ſed ratio, & modus ad illam: Hęc enim eſt finis illius; Ita ars ſcribendi non eſt ſcriptio, ſed recta ratio, & modus ad recte ſcribendum: Finis ergo Methodi ſcientificæ, ideſt talis, quę poſſit efficere ſcientiam, erit cognitio, non tantùm de aliquibus, ſed de omnibus; non quęlibet cognitio, ſed perfecta, & perfectiſſima; quę ſcientia, atque ſapientia ſit appellata. In Logic. & Meta.

Cap. 13. Explicatur, in quo eſſentia, & recta ratio methodi poſita ſit.

Dicta recta ratio in quinque ſequentibus collocata eſt. Ariſt. Log. Meta.

Primo Docet, recte ſtatuere ſubiectum, de quo cognitio ſcientifica habenda eſt. ibid.

Secundo Docet, colligere, diſtinguere, ordinare, explicare omnia, quæ de illo ſubiecto Scibilia ſunt; & tradit regulas certas, ad dicta recte præſtanda. 1. poſt.

Tertio Scibilia iam collecta, docet, cum certitudine probare de ſubiecto; & tradit regulas certæ probationis, & vſus illius. lib. poſter.

Quarto Docet, falſas doctrinas de illo ſubiecto, ab aliis datas, detegere, & confutare, & illorum rationes, & argumenta ſoluere. S. Tho in ſumm. cont. gentes.

Quintò Dirigit ad ſcientiam de tali ſubiecto habitam, alios edocendos. Ar. 1. Met. cap. 2.

Hęc omnia, vt recte fiant, methodus ſcientifica docet; quia per illa completa, de propoſita re, cognitio habita erit: Si enim dat cognitionem de ſubiecto; ſi omnia de illo cognoſcibilia Ratio.

Scriptores in dictis facultatibus. Experientia.

Notandum tamen, quod ſicut de Logica, & Rethorica dicitur; alia eſt naturalis, & imperfecta; alia eſt artificialis, & aquiſita, quę poteſt eſſe perfecta: ita modus cognoſcendi, & ſciendi alius eſt naturalis, à natura inditus, & imperfectus; alius artificialis, & ſtudio aquiſitus, & poteſt eſſe in aliquibus, ſed paucis, perfectus: Primus eſt ſemper neceſſarius ad quęrendam, obtinendam, & docendam ſcientiã; etiam ſi imperfectè dicta effecta ſint: Modus autem ſciendi aquiſitus, & perfectus eſt omnino neceſſarius, ad perfectam ſcientiam, atque ſapientiam plene obtinendam, & cum certitudine cognoſcendam. Hic igitur modus perfectus, plene cognitus, eſt verum, & certum medium, per quod, cum certitudine, ſcientia, & ſapientia, vera à falſa; certa ab incerta, & perfecta ab imperfecta diſcerni poteſt; vt ex ratione iam dicta probatum fuit.

Cap. 12. Proponitur diffinitio methodi ſcientificæ in homine conſideratæ.

Ex Ar. in Logic. & Metaph.

VOco Methodum ſcientificam, verum, & perfectum modum, ad veram cognitionem, ſcientiam, atque ſapientiam de omnibus, cum certitudine cognoſcendam, quęrendam, obtinendam, docendam, probandam; Et poteſt ſic diffiniri.

Ariſt. ibid. & num 3. Meta. tex. 15.

Eſt recta ratio, & modus ad perfectam de omnibus cognitionem, iuxta naturam hominis obtinendam, quęrendam, docendam, probandam: Non dicitur autem; perfecta de

de omnibus cognitio, ſed ratio, & modus ad illam: Hęc enim eſt finis illius: Ita ars ſcribendi non eſt ſcriptio, ſed recta ratio, & modus ad recte ſcribendum: Finis ergo Methodi ſcientificæ, ideſt talis, quę poſſit efficere ſcientiam, erit cognitio, non tantùm de aliquibus, ſed de omnibus; non quęlibet cognitio, ſed perfecta, & perfectiſſima; quę ſcientia, atque ſapientia ſit appellata. In Logic. & Meta.

Cap. 13. Explicatur, in quo eſſentia, & rectaratio methodi poſita ſit.

Dicta recta ratio in quinque ſequentibus collocata eſt. Ariſt. Log. Meta.

Primo Docet, recte ſtatuere ſubiectum, de quo cognitio ſcientifica habenda eſt. ibid.

Secundo Docet, colligere, diſtinguere, ordinare, explicare omnia, quæ de illo ſubiecto Scibilia ſunt; & tradit regulas certas, ad dicta recte præſtanda. 1. poſt.

Tertio Scibilia iam collecta, docet, cum certitudine probare de ſubiecto; & tradit regulas certæ probationis, & vſus illius. lib. poſter.

Quarto Docet, falſas doctrinas de illo ſubiecto, ab aliis datas, detegere, & confutare, & illorum rationes, & argumenta ſoluere. S. Tho in ſumm. contra gentes.

Quintò Dirigit ad ſcientiam de tali ſubiecto habitam, alios edocendos. Ar. 1. Met. cap. 2.

Hęc omnia, vt recte fiant, methodus ſcientifica docet; quia per illa completa, de propoſita re, cognitio habita erit: Si enim dat cognitionem de ſubiecto: ſi omnia de illo cogno- Ratio.

ſcibilia

ſcibilia, & ſcibilia colligit, & explicat: Si illa, cum certitudine probat; ſi falſas doctrinas confutat; ſi alios dicta docet; quid amplius ad perfectam cognitionem obtinendam poterit deſiderari?

Concluſio ex dictis deri-ata. Per hanc ergo Methodi cognitionem, plene, & certo habitam, poteſt, cum certitudine, & demõſtratiue probari; quęnam cognitio ſit vera, vel falſa; certa, vel incerta; completa, vel incompleta: Ideo erit verum, & certum medium, ad veritatem doctrinę Euangelicæ comprobandam; & ad falſitatem doctrinæ hereticorum, infidelium, Poetarum, Philoſophorũ, & aliorum detegendam, & confutandam.

Cap. 14. Explicatur, quo pacto de hac methodo certa cognitio habita ſit.

Dictum eſt, per Methodum ſcientificam plene cognitam, poſſe fieri certam, & demonſtratiuam, probationem de omni, & qualibet doctrina, quæ in mundo ſit: an vera, vel falſa; ſapientia ſit: Nunc explicandũ, quomodo de dicto modo ſciendi certa cognitio habere poſſit.

Ar. S. Tho. Primo autem probatur; hanc methodum dari; non dico in animalibus, ſed in Deo, Angelo, & homine: Vbi enim eſt vera ſapientia, ibi neceſſario eſt verus modus ſciendi; ſine quo ſcientia eſſe nõ poteſt. Sed certum eſt, in dictis ſapientiam dari, ergo. Ariſtoteles etiam affir- (3. Metaph. tex. 15.) mat illam dari; & per illam obtineri veram ſapientiam; & eſſe neceſſariam: Idem docet inductio,

ductio, & experientia; In elementis, mixtis, cęlis, animalibus, & aliis agentibus naturalibus, duo omnino ad operandum neceſſaria ſunt; & vnum eſt virtus operatiua; aliud modus operandi; & vtrunque eſt à natura: veluti natura araneę dat virtutem fabricandi telam, & modum efficiendi: Ita omnes artes docent modum ad operationem recte producendam: Ita Deus per naturam, & gratiam dat virtutem operandi cum proprio modo; & dirigit ad dictum modum cognoſcendum cum certitudine, quod ita explicatur. S. Th. cont. gentes. Cate. 2. petit. num. 5. Experientia.

Entia alia ſunt ſenſibilia, vt corpora: Alia intelligibilia, vt Deus, & Angelus. Metaph.

Intelligibilia, alia ſunt naturalia, vt Angelus, homo; alia ſupernaturalia, vt Deus, & Christus; & quæ pertinent ad myſterium incarnationis, & redemptionis. Catech. in præf. nu. 8.

Senſus habet modum certum à natura inditum, ad ſenſibilia cognoſcenda. Experientia.

Sacra Scriptura dat modum certiſſimum ad omnium entium cognitionem obtinendam, ſed pręcipue eorum, quæ ſupernaturalia ſunt. S. Th. contra gentes.

Logica, & Metaphiſica dirigunt ad verum modum ſciendi diſcernendum. Ariſt.

Ex his certus modus cognoſcendi colligi debet.

Qui obſeruat modum docendi, quo S. Thomas, in vtraque ſumma vſus eſt, cognitionem certam de vero modo ſciendi, & docendi obtinebit. S. Tho. in vtra. Sum.

Prædicabilia, & prædicamenta dant modũ ad res ſimplices cognoſcendas. Lib. præd.

Perihermen. Perihermanias tradit modum ad componẽdum, & diuidendum,

L. priorum Liber priorum dat modum ad certas conſequentias in genere cognoſcendas.

L. poſter. Liber poſteriorum dat modum ad certam probationem efficiendam: & ad diffinitionem recte ſtatuendam; & ad omnia ſcibilia de re diſcernenda, atque diſtinguenda.

Meta. lib. 4 & alibi in Logica. Metaphiſica docet, quid ſit ens, eſſentia, eſſe, compoſitum, ſeu ſuppoſitum; ſubſtantia, accidens, ſcibile, quæſitum, ſcitum; quæ rei principia; quæ cauſæ; quæ operationes; quæ dignitates, & principia cognitionis; aliaq. multa, de quibus ſuo loco.

Hęc, & alia multa dirigunt ſtudioſum, & amatorem ſapientiæ, ad verum modum, & rectam rationem cognoſcendam, per quam recte ſtatuatur ſubiectũ ſapientiæ; & de illo colligantur ſcibilia; Fiant certæ probationes; argumentorum ſolutiones; confutationes, & alijs, quibus doctrina aquiſita tradita eſt.

Cap. 15. Probatur Methodum eſſe verum Speculum Sapientię.

Experientia. SPeculum dicitur illud, per quod faciem noſtram videmus, & diſcernimus, quid in illa ſit turpe, vel pulchrum; & de hoc certa nobis cognitio tradita eſt: Cum ergo methodus ſciẽtifica, recte cognita, & variis ſcientiis applicata, faciat, cum certitudine cognoſcere, quæ cognitio ſit vera, vel falſa; certa, vel incerta; perfecta, vel non perfecta; manifeſtum

erit,

erit, quod recte Speculum ſapientiæ poterit appellari; & erit optimnm medium à Deo hominibus datum, vt per illud, homines fiant certiſſimi, quod ſola ſapientia Euangelica à Deo per Chriſtum hominibus reuelata; & in populo Chriſtiano recepta; & à Spirituſancto edocta; vera eſt ſapientia omnibus numeris abſoluta: Omnes vero doctrinæ, quæ illi contrariantur, ſiue Poetarum, ſiue Oratorum, ſiue philoſophorum, quatenus illi contrariæ, falſæ ſunt; Et probatio ita fit.

Maior: Illa doctrina de Deo, de regno Dei, & de omnibus rebus, plene, iuxta verum modum, & rectam ſciendi rationem tradita, vera, & perfecta ſapientia erit: quæ vero, non recta, ſed praua ratione traditur, falſa omnino dicenda eſt. Patet ex terminis, vt ſup. declaratũ fuit.

Minor: Sed de ſola Doctrina Euangelica verus modus ſciendi plenè verificatur: Aliæ omnes doctrinæ, ſine dicto modo; imo contra dictum modum traditæ ſunt. Et hæc minor fit certiſſima, applicãdo diffinitionem methodi omnibus dictis doctrinis.

Conclusio: Ergo ſola Doctrina Euangelica vera. Omnes illi contrariantes falſæ erunt.

Cap. 16. De vera Sapientia.

Sapientia eſt finis methodi ſcientificæ; Conuenit Deo, Angelis, & hominibus; Et dicitur analogice de illis; In genere conſiderata ſic poteſt diffiniri.

Eſt alta omnis veri cognitio, & perfecta omnis boni dilectio; apta nata ſapientem efficere Ex Ariſt. & S. Aug.

beatum. Tota enim beatitudo, in cognitione veri, & in dilectione boni poſita eſt.

Ex Ariſt. S. Thoma, Plato, Catechiſmo, S. Auguſtino, & alij.

Nunc de ſapientia hominum ſermo eſt, quæ poteſt ſic diffiniri: Sapientia hominis eſt de Deo, de Regno illius, & de omnibus in dicto regno contentis, per cauſas altiſſimas, medias, & vltimas, perfectiſſima cognitio; iuxta methodum ſcientificam habita; lumine naturali, & ſupernaturali illuſtrata; ad rectam hominis tendentiam in finem docendam, & dirigendam ordinata; vt per ipſam homo in fine obtento beatus fiat. Finis enim illius eſt, per altam cognitionem omnis veri, & per omnis boni perfectum amorem, hominem ſapientem efficere beatum.

9. Metaph. tex. 15.

Methodus ſcientifica, non eſt ſapientia, ſed recta ratio ad illam obtinendam.

1. Metaph. cap. 1. & l. 1. Ethi.

Homo naturaliter habet deſiderium beatitudinis, & veræ ſapientiæ; ſed ſola virtute naturali illam obtinere non poteſt.

S. Th. contra gentes.

Methodus ſolo lumine naturali illuſtrata, nō ſufficit ad veram ſapientiam obtinendā; lumine fidei illuſtrata ſufficiens eſt.

Humana ſapientia valde imperfecta eſt; & eget perfici à Diuina ſapientia.

Ad perfectam mundi gubernationem, omnino neceſſaria eſt doctrina à Deo de ſeipſo, & de regno ſuo reuelata: Intellectus enim hominis caligat in cognitione Dei, & regni illius; & ſolus Deus de illis poteſt habere veram, certā, & completam cognitionem.

Ar. Meta. lib. 2.

Cum finis mundi, & hominis, & regni Dei, ſit Gloria Dei, & vita beata hominis, ex Conc.

Trid.

Trid. hic autem finis non poſſit obtineri, abſq. perfecta ſapientia de dictis;ſi ſolus Deus talem habeat ſapientiam: neceſſe eſt affirmare,quod Doctrina à Deo reuelata neceſſaria ſit: Et hæc doctrina S.Euangelium appellata eſt. C.Sc.Trid. ſeſſ.6.ca.7. Catech. in præf.nu.1. & ſeq.arg. 1.Metaph.

Nunc de ſubiecto, & fine huius Speculi eſt concludendum.

Cap. 17. *De fine, & ſubiecto huius.*

SVmma S.Thomę contra gentes, habet pro ſubiecto materiali, veram ſapientiam, pro formali vſum methodi ſcientificæ,lumine fidei declaratæ, ſeu vſum rationis dicto lumine illuſtratæ: Finis illius eſt docere, & probare omnem Catholicam veritatem de Deo; de regno illius; & de omnibus in dicto regno contentis: Fungitur enim, vt ipſę ait, officio ſapientis, ad omnes veritates Catholicas, cum modo rationis,docendas, probandas,& captui infidelium, & Gentilium accommodandas. S.Th.contra gentes. Ibid cap.9

In hoc autem Opere,& Speculo,ſubiectum, & finis ita eſt explicandus.

Subiectum materiale, non eſt ſapientia, ſed modus ſciendi, lumine naturali, & fidei illuſtratus: Formale eſt bonus vſus dictæ methodi ad veram ſapientiam inquirendam,cognoſcendam, docendam, & captui omnium hominum accommodandam. Speculum enim non eſt cognitio rerum, ſed medium ad cognitionem obtinendam.

Finis eſt dirigere lectorem ad veram ſapientiam cognoſcendam,obtinendam,rectè docen-

S.Th.contra gentes, in præf. dam, probandam, & captui omnium hominū accommodandam.

Vſus autem, & finis dictæ methodi principalis eſt: primo per lumen, & rationem naturalem, lumine fidei illuſtratum, cum certitudine probare, quod ſola doctrina Euangelica, quam Eccleſia Romana profitetur, vera ſapientia eſt: ſecundo cum eadem certitudine omnes errores, hæreſes, falſas doctrinas, hæreticorum, & infidelium detegere, & confutare: tertio veram doctrinam Euangelicam captui, intelligentiæ, & perſuaſioni omnium hominum accommodare. (Ibidem.)

Hæc pro introductione in Speculum ſapientiæ dicta ſint.

Nunc ſummarium eorum, quæ in hoc Speculo proponuntur, traditum erit.

DIVI-

DIVISIO TOTIVS OPERIS IN SEX PARTES.

Cum Summario, & Indice rerum notabilium, quæ in toto Opere, & in ſingulis partibus continentur.

SIcut Pictores in arte Periti, ſciunt eandem figuram, & in magno ſpacio extendere, & reſtringere in paruo: Ita & Scriptores: Ego, ad vtilitatem Lectorum vtrunque facere cogitaui.

Totum hoc opus in ſex partes ſequentes diuiſum eſt.

Prima pars eſt, De methodo ſcientifica, & de exacta illius cognitione.

Secunda, De vera ſapientia, & de completa illius, iuxta methodũ ſcientificam, tractatione.

Tertia, De vſu methodi ad Doctrinam Catholicam de S. Euangelio colligendam; & captui tum Cleri, tum populi Chriſtiani, accommodandam.

Quarta eſt, De vſu Methodi, ad doctrinam Catholicam de Regno Dei colligendam; & capacitati, atque conuerſioni Hæreticorum accommodandam.

Quinta eſt, De vſu Methodi, ad omnes falſas doctrinas infidelium confutandas; & ad doctrinam Euangelicam illis perſuadendam.

Digitized by Google

Sexta eſt, De vſu Methodi, ad quædam valde digna ſcitu, ſed maxime difficilia, facilius explicanda, atque dilucidanda.

De titulo, de fine, de ſubiecto, atque motiuo totius Operis.

Titulus eſt: Speculum veræ Sapientiæ: quia Methodus ſcientifica eſt verum ſpeculum ad perfectam ſapientiam conſpiciendam.

Subiectum eſt; Methodus ſcientifica, & bonus vſus illius.

Finis eſt, dare Lectori medium, & lumen, ad omnes artes, facultates, ſcientias, atque ſapientiam cognoſcendas, quærendas, obtinendas, & ad omnes falſas doctrinas detegendas, & confutandas: Demum ad doctrinam Euangelicam captui, & ſuaſioni omnium hominum totius mundi accommodandam.

Motiuum, ad hoc opus perficiendum, fuit; quia hæc Methodus eſt maxime vtilis, & fere neceſſaria, ad completam de ſcientiis, cum certitudine, cognitionem obtinendam; & ad falſas doctrinas, cum eadem certitudine, detegẽdas; & tamen multis videtur, quod nullus auctor, ſiue antiquus, ſiue modernus, ex profeſſo, de illo, & de bono vſu ipſius, completam habuerit tractationem: Ideo valde expedire Reipublicæ litterariæ, & Eccleſiæ Dei, ſi dicta tractatio habita ſit.

PRI-

Digitized by Google

PRIMÆ PARTIS SPECVLI SAPIENTIÆ, De Methodo.

Titulus, Subiectum, Finis, Diuiſio.

Titulus eſt: Praxis Scientiarum, ſeu Methodus ſcientifica.

Subiectum eſt; ipſa methodus, & bonus vſus illius.

Finis eſt: Tradere lectori medium, & modum, ad omnes facultates, & ſcientias, complete obtinendas.

Diuiſio eſt in tres tractationes: Quarum prima eſt breuis, & facilis: Secunda, diffuſa, & exacta: Tertia diſtincta, & perfecta, dicta Scala ſcientiarum.

Breuis Tractationis de Methodo, Titulus, Subiectum, Finis, Motiuum, Ordo, Diuiſio.

Titulus: Breuis tractatio de Methodo.

Subiectum: ipſa Methodus, & breuis tractatio illius.

Finis eſt: Incipientibus philoſophari viam Sapientiæ præmonſtrare.

Motiuum: Rogatus à diſcentibus.

Ordo: A facilioribus incipiendum.

Diuiſio eſt in quatuor diſtinctiones: Et pri-

ma eſt, de neceſſitate Methodi: Secunda, de breui tractatione illius: Tertia, probat Methodum eſſe medium completum ad omnes facultates, & ſcientias obtinendas.

Secunda Tractationis de Methodo, Titulus, Subiectum, Finis, Ordo, Diuiſio.

Titulus eſt: Praxis Scientiarum, ſeu diffuſa tractatio de Methodo ſcientifica.

Subiectum eſt; ipſa Methodus, & diffuſa illius tractatio.

Finis; dirigere Magiſtros, & eos, qui pollent ingenio, ad culmen ſcientiarum, atque ſapientiæ, quatenus poſſibile eſt, obtinendum.

Diuiſio eſt in quatuor libros ſequentes.

Primus tractat de ſcientia, & de ſcibilibus; Docet ſtatuere ſubiectum in ſcientia; de illo omnia ſcibilia colligere, diſtinguere, explicare, probare.

Secundus dat regulas ad examinandum; quænam per ſe ſubiecto conueniant, & de illo ſcientifice probari poſſunt.

Tertius proponit decem inſtrumenta ſciendi, ad omnia collecta ſcibilia probanda.

Quartus dat regulas, & Praxim, ad recte in ſcientia ſubiectum ſtatuendum, & in partes diuidendum; & ad omnia in ſcientia recte diſponenda.

Tertia

Tertia Tractationis de Methodo, Titulus, Subiectum, Finis, Diuiſio.

Titulus eſt: Scala ſcientiarum, ſeu de altitudine, longitudine, latitudine, profunditate ſapientiæ.

Subiectum eſt: ordo, & diuiſio rerum, cauſarum, & effectuum, atque ſcientiarum.

Finis eſt: Dirigere ad omnes ſcientias diſtincte, & ordinate cognoſcendas.

Diuiſio eſt: in ſequentes diſtinctiones.

Prima eſt: De gradibus rerum, cauſarum, atque ſcientiarum.

Secunda eſt: De ſcala ſcientiarum, & diuiſione illius in tres partes.

Tertia eſt: De prima parte ſcalę ad ſenſibilia cognoſcenda.

Quarta eſt: De ſecunda parte ſcalæ ad entia Metaphyſicalia diſcernenda.

Quinta, tractat de tertia parte Scalæ, quæ Theologica dicta eſt.

Sexta eſt: De vſu Scalæ ad altitudinem, longitudinem, latitudinem, atque profunditatem Sapientię, & cuiuſcunque ſcientię percurrendã.

SECVNDÆ PARTIS SPECVLI SAPIENTIÆ,

De vera Sapientia.

Titulus, Ordo, Finis, Subiectum, Motiuum, Diuiſio.

TItulus eſt: De vſu Methodi ſcientificæ, ad veram, certam, & perfectam de ſapientia tractationem, & cognitionem obtinendam.

Ordo eſt: Poſt explicatum modum ſciendi; de ipſa ſapientia dicendum erat.

Subiectum eſt: Completa tractatio de vera ſapientia.

Finis eſt: Completa cognitio de vera, & falſa ſapientia ad veram comprobandam, & falſam confutandam.

Motiuum fuit. Maxima vtilitas, & neceſsitas huius tractationis.

Vſus dictæ partis eſt: Per diffinitionem, & tractationem veræ ſapientiæ dirigere Doctorē Eccleſiaſticum, ad conuincendum omnes homines de veritate Euangelica; & de falſitate cuiuſcunque doctrinæ, quę illi contraria ſit: Sicut enim, per diffinitionem albedinis demonſtratiue probatur, quæ ſint alba, & quæ non; ita per diffinitionem, & tractationem veræ ſapientiæ demonſtratiue probari poteſt, quæ doctrina vera, vel falſa ſit.

Diuiſio

Diuiſio eſt in ſequentes diſtinctiones.

PRima diſtinctio eſt; de dignitate, neceſſitate, & poſſibilitate veræ ſapientiæ.

Secunda, de triplici ſapientia, Diuina, Angelica, Humana, & ſola Diuina perfecta.

Tertia, de completa Sapientiæ, iuxta Methodum ſcientificam, tractatione.

Quarta, de ſpeculis, & medijs à Deo hominibus datis, ad perfectam, de ſapientia, cum certitudine cognitionem obtinendam.

Quinta, de ſubiecto ſapientiæ, & de ſummaria illius tractatione.

Sexta, de vltimo fine naturali, & ſupernaturali: Item de mediatore, de mediis, & de bono vſu illorum, ſeu de ordine vniuerſi.

TER-

TERTIÆ PARTIS SPECVLI SAPIENTIÆ

Ad Catholicos, de completa Summa S. Euangelij.

Titulus, Subiectum, Finis, Motiuum, Diuiſio.

TItulus eſt; De vſu methodi ſcientificæ ad Doctrinam Catholicam, de completa Summa Sancti Euangelij, colligendam, diſtinguendam, ordinandam, explicandam, & captui tum Cleri, tum Populi Chriſtiani accommodandam: Titulus etiam eſt; Doctrina Sacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani; De completa Summa S. Euangelij.

Subiectum eſt; Completa Summa S. Euangelij; Et Doctrina Catholica; quæ à Sacro Concilio Tridentino, & Catechiſmo Romano propoſita eſt.

Finis eſt, dictam Catholicam Doctrinam à Sacro Concilio, & à Catechiſmo acceptam, & in illis fundatam, & authoritate illorum comprobatam, iuxta methodum ſcientificam, breuiori, & faciliori quadam ratione colligere, diſtinguere, ordinare, explicare, & captui, tum Cleri, tum Populi Chriſtiani, accommodare; & aliquo modo, Doctrinam Catechiſmi Romani explicare.

Motiuum ad hoc opus edendum ſic explicatur; Cum author Romæ, & in alijs Ciuitatibus fuerit. Examinator; Cleri inſtructor; Doctrinæ Chri-

Chriſtianæ Promotor; & Epiſcoporum viſitationibus adiutor; magna vſus eſt diligentia, vt plene cognoſceret, quænam ſcientia in Clero, & in Populo Chriſtiano, iuxta ætatem, ſexum, gradum, ordines, functiones, & miniſteria à Sacris ſcriptoribus neceſſaria iudicata ſit; Et ſimul conſiderauit; An aliquis daretur liber, qui totam hanc doctrinam, bene fundatam collegerit, & captui Cleri, & populi Chriſtiani accommodarit; &, vt cognouit, talem librum magis deſiderari, quam dari; Catechiſmus enim Romanus, ob ſtili grauitatem, & ſcientiæ profunditatem; Parochis quidem multis accommodatus eſt; ſed multorum etiam videtur ſuperare capacitatem; Audierit etiam, circa hoc, multorum examinandorum querelas; decreuit in vno libro dictam Doctrinam in Sacro Concilio, & Catechiſmo fundatam, colligere, & captui omnium accommodare; Vnde etiam Doctrina Sacri Concilij, & Cathechiſmi dicta eſt.

Diuiſio in ſex Libros ſequentes.

PRimus tractat de prima parte S. Euangelij in Symbolo contenta; in quo agitur de Fide; de doctrina à Deo reuelata; de Deo; de Sãctiſſima Trinitate, & de vltimo fine; de Incarnatione; ſeu de mediatore, & medijs; Item de SpirituSancto, & de Eccleſia, ſeu de bono vſu mediorum, & alijs multis.

Secundus agit de gratia; de iuſtificatione; de merito; de Sacramentis; & de bono vſu illorum.

lorum: In his enim ſecunda pars S. Euangelij poſita eſt.

Tertius eſt, de Decalogo; de Operibus; de virtutibus, & vitijs; & de vera tendentia hominis in finem ſuum: Et eſt tertia pars S. Euangelij.

Quartus, explicat quartam partem S. Euangelij, quæ eſt de Spe, de Oratione Dominicali, de diuinis beneficijs, & alijs.

Quintus, colligit Doctrinam Eccleſiaſticam ad promouendam S. Euangelij obſeruantiam; agit enim de Reformatione; de Viſitatione; de præceptis Eccleſiaſticis; de prędicatione Verbi Dei; de Diuinis Officijs; de Horis Canonicis; de Ritibus, & Cæremonijs; de Cenſuris; de Irregularitate; de Examine, & alijs: Et proponuntur aliqua Compendia Sancti Euangelij, vt Euangelica Doctrina, iuxta ordinem Sacri Concilij Tridentini, captui omnium accommodata ſit.

QVAR-

QVARTÆ PARTIS SPECVLI SAPIENTIÆ,

Ad Hæreticos, de Regno Dei.

Titulus, Subiectum, Finis, Motiuum, Diuiſio.

TItulus eſt; De vſu methodi ſcientificæ, ad Doct. Catholicam de regno Dei colligendam, probandam, & conuerſioni hæreticorum accommodandam; Nec non ad omnes errores, & hæreſes illi contrarias confutandas.

Subiectum remotum eſt regnum Dei: Proximum eſt Doctrina Catholica, vt colligēda, atque probanda: Item Doctrina hæreticorū, vt confutanda.

Finis eſt, cum certitudine probare veritatem Catholicæ Doctrinæ, & falſitatem Doctrinæ hæreticorum confutare.

Vtilitas; Quia methodus ſcientifica eſt verum, & certum medium, ad probandū, quod Catholici ſtatuunt ſubiectum ſuæ Doctrinæ Regnum Dei; & de illo omnia ſcibilia cum certitudine colligunt, atque probant, Hæretici verò nullum horum faciunt; omnia confundunt; nihil certi probant; ſed nec probare poſſunt: Hæreticos enim impoſſibile eſt probare, quod talis Hæreticus ſit à Spiritu-ſancto edoctus; & quod Textus Biblicus, quo hæretici vtuntur, ſit verus; & quod quilibet hæreticus habeat veram intelligentiam ſcripturarum; Catholici autem dicta omnia, non

de ſingulis Catholicis, ſed de Eccleſia Catholica certiſſime probant: Et hæc certa probatio, per vſum methodi ſcientificæ apertè probari poteſt.

Diuiſio in ſex libros, & in quadam Opuſcula.

PRimus liber tractat De veritate; De certitudine; De completa tractatione, & de certa probatione; & probat hæc omnia, de Doctrina Catholica, plenè verificari; De Doctrina vero hæreticorum, nullum dictorum haberi poſſe.

Secundus liber tractat, De Verbo Dei ſcripto, & non ſcripto; & de vera, atque certa illius ſignificatione, & intelligentia; Et habetur de illo completa tractatio, & probatur, quod ſola Eccleſia Catholica eſt edocta à Spirituſancto, de vero Textu Biblico, & de vera illius intelligentia, atque interpretatione, & per illam poſſe fieri certam probationem de dictis: Hæretici verò de illis certam non poſſunt facere probationem.

Tertius liber tractat de Regno Dei, & Chriſti, & de illo à Catholicis habetur completa tractatio; & fit certa probatio: Hæreticorum vero doctrina de illo eſt negatiua, confuſa, incerta, lumini naturali contraria, nullo modo probata.

Quartus liber eſt de Eccleſia; Completa tractatio: Et certa probatio; quod ſola Eccleſia Catholica eſt vera: Eccleſiæ vero Hæreticorum falſæ.

Quintus eſt, De Primatus Summi Pontifi-
cis,

ciſ; & de viſibili Magiſtratu; & ſit certa probatio, & confutatio à diffinitione Regni Dei accepta.

Sextus eſt de Euangelio, & de completa Summa, & obſeruantia illius: Et ſit certa probatio, & confutatio.

PRIMVM OPVSCVLVM.

Titulus; Praxis ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine probandas; Et ad omnes errores, & hæreſes cum eadem certitudine confutandas; Et tradit modum ad rectè cum Hereticis diſputandum.

SECVNDVM OPVSCVLVM.

IN quo certiſſimè, omnibus modis, probatur, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, vera Chriſti Eccleſia eſt: Eccleſię verò cuiuſcunque ſectę Hæreticorum falſæ ſunt.

TERTIVM OPVSCVLVM.

Tituls eſt; Opuſculum de inſigni prelio, victoria, atque triumpho Catholicæ fidei, contra omnes hæreſes, in ſuperiori ſeculo ſuſcitatas, habita in celebratione ſacri Concilij Tridentini.

QVINTÆ PARTIS SPECVLI SAPIENTIÆ,

Ad Infideles, de vero Regno Dei.

Titulus, Ordo, Subiectum, Finis, Motiuum, Diuiſio.

Titulus eſt: De vſu methodi ſcientificę; Primo ad omnes errores, & falſas doctrinas cuiuſcunque Sectæ infidelium detegẽdas, & confutandas: Secundo ad doctrinam Euangelicam de Regno Dei, captui, intelligentiæ, & conuerſioni illorum accommodandam.

Ordo; Poſt accommodatam S. Euangelij doctrinam Catholicis, & Hæreticis, etiam infidelibus; qui lumen habent naturale, accommodanda erat.

Finis eſt; Confutare falſas Infideliũ Sectas, & Doctrinas: Et de veritate S. Euangelij, per lumen naturale dictum, methodus ſciẽtifica, à lumine ſupernaturali illuſtratum, conuincere illos.

Subiectum eſt; infidelitas confutanda; & Doctrina Euangelica comprobanda: Item bonus vſus methodi ſcientificæ, ad dicta efficienda: Regnum etiam Dei, & Diaboli ſubiectum huius Partis dici poteſt, ſed remotum: Datur enim ſpeculum ad veritatem, & falſitatem de vtroque cognoſcendam.

Motiuum fuit; Quia Chriſtus dixit; Docete omnes gentes; & prædicate Euangelium omni

omni creaturę; Methodus etiam ſcientifica, & lumen naturale, eſt medium valdè accommodatum ad infideles de multis; ſed non de omnibus ſupernaturalibus veritatibus, perſuadendos; ſi lumen fidei ſit illi coniunctum.

Diuiſio eſt in quinque libros ſequentes.

PRimus dat breuem Inſtructionem Doctori Eccleſiaſtico, vt bene ſciat vti Methodo, & Speculo pręſenti, ad omnes Sectas, & falſas doctrinas infidelium confutandas; & ad Doctrinam Euangelicam captui illorum accommodandam, & illis perſuadendam.

Secundus eſt ad Philoſophos: De vſu methodi ſcientificę, ad illorum doctrinam examinandam, illuſtrandam, corrigendam, ampliandam, perficiendam; & ad Doctrinam Euangelicam captui, & ſuaſioni illorum accommodandam.

Tertius dirigit Doctorem Eccleſiaſticum, ad omnes Sectas Infidelium colligendas; & bene vtendum methodo Logica, ad illas confutandas, & ad Doctrinam Euangelicam illis comprobandam, atque perſuadendam.

Quartus dirigit eundem Doctorem, ad legem, Doctrinam, & Sectam Mahometanam, mediante bono vſu methodi ſcientificæ lumine fidei illuſtratæ confutandam; & Doctrinã Euangelicam, captui illorum accommodandam, atque ſuadendam.

Quintus dirigit eundem Doctorem, ad idẽ de ſecta Iudeorum, & per eundem bonum vſum methodi logice, pręſtandum.

Demum

Demum in hac quinta parte ſpeculi, per methodum ſcientificam, lumine fidei illuſtratã, aperitur oſtium, & via commoſtratur ad omnes Sectas; falſas doctrinas; & ſomnia; atq; deliramenta infidelium; de Deo; de Regno Dei; de Mundo; de Homine; de virtutibus, & vitijs; de merito, & demerito; de premio, & pęna; de hac, & de alia vita; Demum de falſitate confutanda; & ad illos de veritate conuincendos; & ad oculos illorum illuminandos, vt in propoſito Speculo veritatem agnoſcant, & falſitatem.

SEXTÆ PARTIS
SPECVLI SAPIENTIÆ,
VARIA,

Titulus, Subiectum, Finis, Vtilitas, Diuiſio.

HÆc Pars varia colligit Opera; ſeu Specula, in methodo ſcientifica fundata; de quibus Summaria cognitio tradita erit.

Finis totius Operis, & Speculi eſt, vti methodo ſcientifica, ad ſapientiam tum humanam, tum diuinam captui omnium accommodandam. Hoc enim dictæ methodi proprium eſt. Ideo auctor, hoc facere deſiderans, Opuſcula, & Opera, quæ ſequuntur, effecit, & edidit, quorum aliqua hic notata erunt.

Primo, hortatu multorum Epiſcoporum, & eorum

& eorum, qui non pueros, ſed homines grandiores, ad ſenſum Doctrinam Euangelicam docent; author edidit libellulum; in quo, iuxta methodum ſcientificam, completam ſummam, & doctrinam S. Euangelij, in Sacro Cõcilio, & Catechiſmo, & in Doctrina Chriſtiana Romę edita fundatam, colligit, diſtinguit, diuidit, explicat, & bonum vſum, & obſeruantiam illius practice declarat.

Secundo, Alium Libellum, edidit; cuius Inſcriptio talis eſt; Breue inſtruttione intorno all'inſegnare, & imparare le coſe, che à tutti li fedeli è neceſſario ſapere, ſotto obligo di precetto, e di peccato mortale; In illo enim colliguntur ea, quę ſcire omnibus neceſſariũ eſt: Et tractatio bene fundata, atque probata eſt.

Tertio, eadem methodo vſus, Confeſſoribus, ac pœnitentibus totam latitudinem, & profunditatem cõſcientię, ad octo capita reduxit: Præceptis Decalogo cotriſpondentia; qui liber inſcribitur; Compartimento della latitudine, e profondità della conſcienza, e della lege di Dio: & Diuiſio facta probata eſt.

Quarto, eadem methodo vſus eſt, ad latitudinem, & profunditatem conſcientiæ breuiſſime, & cum ordine explicandam, & ad octo capita, iuxta Decalogum, reducendam; & de diuiſione fit certa probatio: Et hic liber inſcribitur: Memoriale per li Confeſſori, e per li penitenti.

Quinto, per eandem methodum, Diuinum cultum, ab Eccleſia per totum annum diſtributum, in vnum collectum, & in octo partes diuiſum

diuiſum eſt in libro, qui inſcribitur: Compartimento de' ſacri tempi dell'anno; Qui liber Parochis, & fidelibus deſeruit, vt in qualibet parte anni, cognoſcatur, quinam cultus Deo, ex præſcripto Eccleſiæ, exhibendus ſit.

Sexto, idem fecit in paruo libro, qui inſcribitur: Concerto per le diuine lodi.

Septimo, demum eadem methodo vſus eſt, ad dilucidandam difficillimam materiam Philoſophicam, de Phiſicis Præmotionibus; & de determinatione omnium rerum, & cauſarum ad actu operandum: Quod fit in libro, qui inſcribitur; Doctrina S. Thomæ de phiſicis Præmotionibus, & de determinatione omnium rerum, & cauſarum ad actu operandum: Methodus enim logica eſt optimum medium, vt docet Ariſtoteles, ad huiuſmodi difficultates dilucidandas.

Hoc eſt compendium, ſeu Summarium, ſeu Index, ſeu Diuiſio totius Speculi Sapientiæ, in ſex partes diſtributi: In ſingulis autem partibus Indices magis diſtincti propoſiti erunt.

PRI-

PRIMA PARS
SPECVLI SAPIENTIÆ,
DE METHODO SCIENTIFICA.

Cuius finis eſt,

Dirigere Lectorem, ad omnes artes, facultates, Scientias, et ipſam ſapientiam cognoſcendas, quærendas, obtinendas, docendas.

Auctore P. Don Ioanne Bellarino Clerico Regulari Congreg. S. Pauli.

CVM PRIVILEGIIS.

MEDIOLANI,

Apud hær. Pacifici Pontij, & Io. Baptiſtam Piccaleum, Impreſſores Archiepiſcopales. 1630.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE FINE,

Subiecto, Ordine, Motiuo, Diuiſione huius Partis.

Finis eſt, tradere Lectori modum, ad perfectam omnium rerum cognitionem obtinendam.

Subiectum eſt, methodus ſcientifica, ſeu modus ſciendi.

Ordo, eſt ex Ariſtotele; quia prius modus ſciendi, poſtea ſcientia quærenda eſt.

Motiuum eſt, maxima methodi vtilitas, & neceſſitas ad ſciendum.

Diuiſio huius tractationis de methodo eſt in tres partes.

Prima dicitur; Tractatio breuis.

Secunda dicta eſt; Tractatio diffuſa.

Tertia dici poteſt; Tractatio diſtincta, & ordinata, quæ etiam dicitur, Scala Sapientiæ.

PRIMA, ET BREVIS TRACTATIO DE METHODO SCIENTIFICA,

Ijs, qui incipiunt philoſophari, accommodata.

Ariſt. 1. Metaph, cap. 1.

Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant.

2. Metaph. cap. 3. tex. 15.

Abſurdum eſt, ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi.

DE

DE SVBIECTO, ET FINE primæ Tractationis.

SVBIECTVM huius primæ tractationis eſt Methodus ſcientifica, breuiori, & faciliori quadam ratione explicata; in lumine naturali fundata; & à ſupernaturali illuſtrata; & captui eorum, qui vel minus pollent ingenio, vel non magiſtri, ſed ſtudentes ſunt accommodata. Vt hoc enim præſtarem, à multis rogatus fui.

Finis eſt, per illam, dictos dirigere Lectores, ad recte veram ſapientiam, iuxta vires ſuas, addiſcendam, & obtinendam: Cum enim

plurimi homines, vt Mulieres, Pueri, Ruſtici, Rudes, in minimo gradu ingenij ſint; Alij multi mediocrem gradum teneant; Pauci vero in ſummo ingenij gradu ſint conſtituti; recte fieri viſum eſt; Si primo minus doctis, poſtea doctioribus, de Methodo ſcientifica cognitio tradita ſit. Cognitio enim illius altiſſima, & difficillima, & tamen vtiliſſima, & fere neceſſaria hominibus eſt, qui ſapientiæ ſtudioſi, & amatores ſunt.

De neceſſitate Methodi, ad veram, & certam cognitionem obtinendam.

Sicut, qui habet artem, & verum modum loquendi, ſcribendi, pingendi, & per illam, cum loquitur, ſcribit, pingit, certo ſcit, ſe recte, & ſecundum artem loqui, ſcribere, & pingere; & ſciet reddere rationem, cur ita faciat: Qui vero dictas artes non habet; &

illarum velit exercere operationes; ſemper dubius, nunquam certus erit, quod dictas operationes recte fecerit, & ſecundum artem; Ita qui habet veram, & rectam rationem, atque modum ſciendi; ſi, vel proprio ſtudio, vel alio docente, aliquid addiſcet; per dictum modum poterit certo ſcire, ſe rectam, vel non rectam cognitionem habuiſſe: Verum, ſi dictam de modo cognitionem non habet; non poterit eſſe certus, quod habita cognitio recte, & ſecundum verum modum ſciendi accepta ſit: Ideo Ariſtoteles ait, Abſurdum eſt, ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi: Sicut enim prius Opus eſt diſcere artem ſcribendi, poſtea efficere ſcripturam; ita conueniens eſt, prius diſcere modum ſciendi; poſtea ſcientiam. Cognitio igitur Methodi vtiliſſima, & pene neceſſaria eſt, & de illa erit nunc breuis, & facilis tractatio.

Hæc tractatio in tres diſtinctiones diuiſa eſt.

Prima eſt, de neceſſitate Me-

*thodi ad hominis cognitionem diri-
gendam.*

*Secunda eſt, de ipſa Methodo bre-
uis, & facilis tractatio.*

*Tertia, probat ſufficientiam bre-
uioris habitæ tractationis.*

*Quarta, dicta Methodi explicat
vſum.*

BRE-

BREVIS TRACTATIONIS DE METHODO.

DISTINCTIO I.

De homine; de cognitione, & de modo cognoſcendi ordinario; & de directione eiuſdem ad omnium rerum cognitionem obtinendam.

Cap. 1. De homine, & de fine illius.

CHRISTVS dixit; Deus habet vitam in ſemetipſo; eſt beatus in ſeipſo; Et Propheta ait; Nulla re indiget externa; Ait: Eſt fons viuus, & fons vitæ. Catechiſmus ait: Deus ſua ſponte, & voluntate, omnia ex nihilo creauit; non, vt aliquid boni à rebus

Euangel. Math. vlt.

Cate. ar. 2. num. 1.

creatis,

creatis, acciperet; ſed vt ſuam bonitatem; tanquam fons viuus, & ſupereffluens, illis communicaret; Ait; Et idem à ſacro Conc. Trid. affirmatum eſt: Deus omnia à ſe facta ad duos fines principales ordinauit: Et primus eſt Gloria Dei; Secundus eſt vtilitas creaturarũ; & præcipue hominis beatitudo.

Seſſ. 6. c. 7.

Colligitur, mundum eſſe veluti Theatrũ, & Scenam; in qua Deus, infinitis modis, per creaturas ſuam infinitam rappreſentat bonitatem; ſed, quia talis rappreſentatio otioſa, & inutilis eſſet: ſi nulli eſſent ſpectatores illam conſiderantes; admirantes; laudantes; Deus creauit homines, & Angelos, qui tales eſſent ſpectatores; ideo dedit illis intellectum, & diuinum lumen, vt, tum Deum, tum opera illius cognoſcerent, atque glorificarent: & per hanc cognitionẽ tum Dei, tum mundi; Deus voluit homines fieri beatos: Ideo Chriſtus dixit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: Finis ergo hominis eſt gloria Dei, & vita beata ipſius; Et cognitio eſt medium, ad vtrunque finem obtinendum; Anima enim per cognitionem, & amorem, & fruitionem Dei, beata fit; Corpus vero, per cognitionẽ, & bonum vſum mundi, ſuam obtinet felicitatem; quia, hoc pacto, homo omne bonũ increatum, & creatum poſſidet; quod eſt eſſe beatum.

Cate. ar. 1. num. 15.

S. Auguſt. Deus creauit hominẽ, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, poſſideret, frueretur, & beatus eſſet.

Ioan c. 17. verſ. 3.

Finis ergo hominis eſt gloria Dei, & vita beata, non Dei, ſed hominis; & operatio illius debet eſſe Dei cognitio, amor, atque frui-

Conc. ſeſſ. 6. cap. 7.

fruitio; Mundi autem cognitio, amor, & bonus vſus; Et omnia ad gloriam Dei ordinari.

Cap. 2. De ordinatione omnium rerum, & hominis in fines.

SAnctus Thomas ait; Diuina prouidentia, per leges, ordinat omnia in fines, tali ratione. 1.p.q.19.

Primo, determinat finem rei præciſum; Secundo, operationem finalem; Tertio, modum proprium illam producendi, qui fini ſit accommodatus; Quarto, dat rei virtutem productiuam operationis; Quinto, dat eſſentiam, quæ ſic poteſt diffiniri: Eſt prima entitas rei; nullam cauſam habens in re; apta nata agere, vel pati; & eſt prima, & immediata cauſa, non dico operationes, ſed virtutis productiuę illius; Sexto, dat principium, non dico productiuum operationis; ſed applicatiuum rei, & eſſentiæ, ad illam producendam; & hoc principium in naturalibus natura vocatum eſt: Et exemplo hominis declaratur: Finis enim hominis eſt gloria Dei: Operatio finalis; Cognitio, amor, & vſus, ſeu fruitio Dei, & modus operandi in homine eſt differens à modo Dei, & Angeli: Principium productiuũ operationis ſunt intellectus, voluntas, ſenſus; In Symb. art.1.n.82. Eſſentia hominis ſunt anima, & corpus; Principium applicatiuum, ait Catechiſmus, eſt virtus Dei omnia impellentis ad operandum: Et hæc virtus in naturalibus dicitur

Naturæ; in ſupernaturalib: gratia vocata eſt.

Itaque finalis operatio hominis erit cognitio, amor, fruitio Dei, & vſus mundi virtuoſus.

Cap. 3. De potentia hominis cognoſcitiua.

Ariſt. de anima. Experiẽtia IN homine duplex eſt potentia cognoſcitiua; & affectiua; ſenſus, & intellectus: Et ordinaria cognitio incipit in ſenſu, & perficitur in intellectu; & modus cognoſcendi alius eſt in ſenſu; alius in intellectu: Senſus enim præcipue cognoſcit ſingularia, corporea, & ſenſibilia; & in illis magis cognoſcit exiſtentiam, quam eſſentiam; & magis accidentia quinti prædicabilis, præcipue indiuiduantia; quam ſubſtantiam; & indiget lumine corporali ad cognoſcendum; & ſingularia ſunt illi primo cognita; & illius cognitio, ait Ariſt. non eſt ſcientia; quia per cauſam non cognoſcit; niſi forte cauſam efficientem ſingularem, veluti hunc eſſe patrem Titij: Intellectus autem cognoſcit vniuerſalia, & de illis potiſſimum cognoſcit eſſentiam; quidditatem; Accidentia per ſe; virtutem productiuam operationis finalis; ipſamque operationem: Tres habet cognitiones; ſeu operationes; prima eſt ſimplicium apprehenſio: Secunda, compoſitio, & diuiſio: Tertia, ratiocinatio; & in ſingulis poteſt errare; & illas maior pars hominum ignorat; & plurimi in illis errant; & magno labore, ſtudio, diligentia, & directione opus

Meta. lib. 1

eſt,

eſt, ad vitandos errores, & ad veram omnium cognitionem, iuxta finem ſuum, cum certitudine obtinendam. Et dicta pericula errandi valde expedit explicare, illiſque remedia dare.

Cap. 4. De cognitione in genere conſiderata.

SErmo eſt de cognitione hominis; & hoc nomen Cognitio ſignificat quaſi cognoſcentis actio; quæ ſic poteſt diffiniri; Cognitio eſt manifeſtatio rei exiſtentis, facta in aliquo cognoſcente, cum aduertentia illius; & conuenit ſenſui, & intellectui: Finis eſt amor; poſſeſſio; vſus rei cognitæ; ad recte tendendum in finem hominis: Materia eſt res cognoſcenda; præcipue Deus, mundus, & Regnum Dei, cum omnibus, quæ illis per ſe conueniunt; principia; paſſiones; & partes: Efficiens eſt intellectus, & ſenſus: Forma cognitionis eſt lumen manifeſtans; manifeſtatio, & aduertentia cognoſcentis: & declaratur exemplo: In Speculo, non aduertente, manifeſtatur leo; non eſt cognitio: In oculo aduertente, manifeſtatur; erit cognitio.

Proprietates cognitionis, vt ſit perfecta, debent eſſe quatuor; prima, vera; ſecunda, certa; tertia, completa; quarta, perfecta.

Vera eſt illa, quæ de rebus cognoſcit eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt: Falſa eſt, quæ de illis cognoſcit, non eſſe, quod eſt; & eſſe

& eſſe, quod non eſt: Ignorantia erit, cum de re cognoſcibili nihil cognitum eſt.

Vide in Praxi lib. 1. Certa eſt illa, quę habet firmum, & ſtabile fundamentum, quod res non poteſt aliter ſe habere, quam à cognoſcente, cognitũ eſt.

Ibid. Completa eſt illa, quæ cognoſcit omnia entia; & de ſingulis cognoſcit omnia, quæ de illis cognoſcibilia ſunt.

Ibid. Perfecta eſt illa, quæ omnia perfecta ratione cognoſcit; id eſt per cauſas primas, medias, & vltimas; demum, iuxta methodum ſcientificam, plene illa cognoſcit.

S. Th. contra gentes in præf. Doctrina à Deo per Chriſtum reuelata dat hominibus de Deo; de regno Dei; & de omnibus veram, certam, completam, & perfectam cognitionem; & iuſtum erat, vt illam daret: quia ſolus illam habebat; & omnino neceſſaria erat; ad finem mundi, & hominis, ab illo ſtatutum, obtinendum.

Ar. Meta. li. 1. & ſeq. Philoſophi falſa docent; plurima ignorãt; in cognitione Dei cæcutiunt; de primis cauſis, & alijs plurimis dubitant; ideo vera ſapientia à Deo quærenda eſt.

Cap. 5. De modo quo ſenſus rerum accipit cognitionem.

Gradus cognitionis, quatuor. COgnitio in homine quatuor habet gradus, qui ſunt: primus cognitio per ſenſum; ſecundus, cognitio per intellectum, proprio labore, & ſtudio obtenta: tertius, cognitio intellectiua, mediante aliquo homine docente accepta; quartus, cognitio à

Deo

Deo per lumen fidei deriuata. In his quatuor gradibus poteſt dari ignorantia, falſitas, imperfectio, & modus, quo cognitio rerum ſenſibilium fit per ſenſum, ſic poteſt explicari.

Primo, obiectum ſenſibile, vt aurum, per virtutem à Deo illi datum; fert, mediante lumine, ſpeciem, & ſimilitudinem ſui; illaq; per eandem Dei virtutem, recipitur in aere illuminato; & defertur ad ſenſum; qui illam recipit, & aduertit, ſe illam ab ipſomet auro accepiſſe; & ideo ſe factum eſſe, veluti tabulam, in qua verum aurum, & vera illius ſimilitudo delineata, & picta ſit: Hæc autem auri ſimilitudo, valde diminute, aurum rappreſentat: Cum enim completa auri exiſtentia, dicat, eſſe; eſſentiam; materiam; formã; compoſitum; virtutem operationis productiuam; ordinationem ad finem; & finis conſecutionem; & ſimilia; Species auri dicta omnia, vel non rappreſentat, vel valde confuſe hoc factum eſt. Vnde fit, quod per dictam ſpeciem perfecta auri cognitio facta nõ ſit; Et in hac cognitione plures errores contingere poſſunt ex parte, vel ipſius auri; ſeu obiecti, vel luminis; vel aeris; vel oculi; ſeu ſenſus male diſpoſiti ad ſpeciem recipiendam; & ſimilium; Ideo hæc cognitio indiget regulis, vt recte, & ſine errore, facta ſit. Primus.

Cap. 6.

Cap. 6. De primo modo, quo intellectus entia mundi cognoſcit.

Secundus gradus in Ariſt. de anima.

INtellectus eſt potentia cognoſcitiua, apta nata omnia entia cognoſcere; Deum; Regnum Dei & alia: & illius cognitio, vt ſit perfecta, multa requirit: In illo enim datur intellectus agens; Intellectus poſſibilis; Habitus primorum principiorum; Species intelligibilis; Ratio; Probatio; conſequentia; & methodus, ſeu modus ſciendi: Quę ſic aliqualiter explicantur: Intellectus poſſibilis eſt veluti tabula raſa, in qua nihil eſt; ſed apta nata eſt, vt in illa omnia picta ſint: Intellectus agens ſic diſtinguitur à poſſibili; ſicut pictor à tabula, in qua pingit: Sicut etiam in oculo Felis duo ſunt; oculus; qui videt; & lumen, quo in nocte occulta, & obſcura manifeſtat: ita intellectus poſſibilis eſt, veluti oculus, & agens veluti lumen: Homo ergo applicat intellectum agentem, & lumen illius ad phantaſma; id eſt ad rem iam cognitam in ſenſu; &, tali illuminatione, diſcernit, & diſtinguit, eſſentiam ab eſſe; totumq; vt compoſitum à partibus; ſubſtantiam ab accidentibus; virtutem operatiuam ab operatione; tendentiam in finem, & quietem in illo, & alia huiuſmodi: Et hac facta diſtinctione, groſſo quodam modo, format, vel de ſingulis propriam ſpeciem, & ſimilitudinem; vel vnam omnia continentem; & hoc facit abſtrahendo ab exiſtentia, & à condi-

tioni-

tionibus indiuiduantibus: Quæ ſpecies, ad intellectum poſſibilem defertur; &, cum illius aduertentia, recipitur; & hæc eſt intellectiua cognitio, ſed infimi gradus; & etiam rudibus eſt conceſſa. Nunc altior modus intellectiuæ cognitionis, magis doctis conueniens, ſic explicatur.

Deus, per naturam, dedit homini lumen, & habitum quendam, qui dicitur primorum principiorum; & eſt duplex: Vnus principiorum ſpeculatiuorum, & dicitur ab Ariſtotele intellectus principiorum: Alius operabilium in moralibus; & à Theologis dicitur Synderefes; & lumen conſcientię, & in Decalogo explicatur. Tertius gradus S. Th. 1. p. Ar. 1. poſt. 6. Eth. & in Met.

Principia ſpeculatiua alia in Logica, alia in Metaphyſica ſunt explicata: Logica enim explicat aliquos modos naturaliter notos, in prædicabilibus, prædicamentis, &c. qui dirigunt ad omnia entia, non ſuperficialiter, ſed profunde cognoſcenda: Metaphiſica vero explicat quaſdam generales cognitiones per ſe notas; ex quibus diſtincta, & profunda omnium rerũ cognitio accipi poteſt.

Hinc fit, quod intellectus humanus, duas habet operationes: Vna eſt, qua cognoſcit principia per ſe nota; & dici poteſt intellectio; alia, qua, ex principiis per ſe notis, plurimas de rebus, per conſequentiam, deducit cognitiones proprias; & hæc operatio dicitur ratiocinatio; & intellectus, quatenus hanc operationem producit, dicitur, Ratio, cui à Deo proprium lumen traditum eſt. De ratione S. Th. pr. p. q. 79. & diffuſa in Sũma contra gentes.

E Ex

Ex dictis altus modus cognitionis intellectiuæ ſic explicatur.

Cap. 7. De alto, & perfecto modo, quo intellectus entia mundi perfecte cognoſcit.

Quartus gradus. Ar. 1. Meta cap. 2. COgnitio ſenſitiua nõ eſt perfecta: Cognitio intellectiua habita, non ſecundũ methodum ſcientificam, ſed vel in totum, vel ex parte ſine illa, non eſt perfectã: Cognitio autem plene habita iuxta methodum ſcientificam, plena cognitio, atque perfecta eſt: Cognitio autem Methodica ex Logica, & Metaphiſica, ſic poteſt explicari.

Ar. lib. 1. Meta. ca. 2. Primo, ſupponendum, quod cognitio de Deo, de regno Dei, & de omnibus, & ſingulis, non quælibet, ſed perfecta habenda eſt à ſapiente: Perfecta autem cognitio, ſcientia, & ſapientia vocata eſt; & propterea vera diffinitio ſcientiæ in Logica data, & ſapiẽtiæ in Metaphiſica tradita plene cognoſcenda eſt, quæ infra poſita erit.

Lib. 1 poſter. Secundo, homo debet recte ſtatuere ſubiectum, vel ſcientiæ particularis, vel ſapientiæ vniuerſalis; & habere certam cognitionem de regulis Logicis, per lumen naturale homini notis, ad dictum ſubiectum recte ſtatuendum: Per tales enim regulas, ab intellectu certo cognitas, & à ratione certo applicatas, fit certa cognitio, quod tale ſubiectum recte ſtatutum ſit.

Ibidem. Tertio, recte ſtatuto ſubiecto, intellectus debet

debet habere certam regulam generalem ad cognoſcendum, non dico aliqua: ſed abſolute omnia, quæ de quolibet ſubiecto, vel ſcibilia, vel quæſita, vel ſcita eſſe poſſunt: Et ratio debet illam regulam huic ſubiecto particulari recte applicare, & per illam certo probare, quod de propoſito ſubiecto, ad ſummum, hæc, & illa ſcibilia, quæſita, digna ſcitu ſunt: Et quatuor, vel quinque ad ſummum affirmantur: An ſit; Quid ſit; Ad quid ſit; Quia ſit; propter quid ſit.

Quarto cognito, quot ſint ſcibilia, ſeu quæſita, neceſſe eſt de ſingulis, per Logicam, & Metaphyſicam diſtincte, & certo cognoſcere, omnia, quę de illis ſcibilia ſunt; & hoc primo in generali: poſtea per rationem applicare ſubiecto particulari, dictam cognitionẽ generalẽ, ad diſtinguendũ, quæ in ſpeciali de ſingulis ſcibilibus cognoſcenda ſunt. Logica, Metaph.

Quinto, cognitio eorum, quæ ſcibilia ſunt iudicata, vera, certa, & completa eſt procuranda: & methodus ſcientifica ad hoc præſtandum dirigit; ideo illius cognitio, & rectus vſus omnino eſt obtinendus, & recte adhibendus. Ex lib. poſter.

Hic eſt modus, & methodus ad perfectam cognitionem de omni ente in genere, & in ſpecie conſiderato, obtinendam.

Rudes, & ignari illius cognitionem, & vſum ignorant.

Homines mediocris ingenij, proprio ſtudio, ingenio, & labore, etiam longo tempore illam obtinere vix poſſunt: apti tamen ſunt, vt ab alijs de illa edoceantur, & ad il- Cate art. 16 num 6.

lam ex parte obtinendam, dirigantur.

Cate. ibid. Qui eminent ingenio, vt fuerunt Ariſtoteles, & S. Thomas, & alij proprio ſtudio, labore, & ingenio, à Deo adiuto, & longo tempore adhibito, poſſunt aliquem gradum obtinere perfectę cognitionis: ſed Deus habet illam omnibus numeris abſolutam, & illam per ſacram Scripturam hominibus cõmunicauit.

Cap. 8. De modo addiſcendi veram ſapientiam ab hominibus illam obtinentibus.

Experiẽtia Pauci admodum ſunt homines, qui, per proprium ſtudium, perfectam ſapientiam valeant obtinere, & plurimi ab alijs ſapientibus illam quærere debent: Qui autem alios docent, ſi, in docendo, vtantur methodo ſcientifica, ſuam doctrinam multo faciliorem reddent: Ariſtoteles autem philoſophicam doctrinam, & S. Thomas Theologicam cum methodo docent: ideo ab illis pręcipue eſt haurienda.

Cap. 9. De perfecta ſapientia à Deo obtinenda.

Ariſt. Metaph. lib. 2. & ſeq. Obiectum principale veræ ſapientię, eſt Deus, & Regnum illius: Hoc autem obiectum non eſt ſenſibile, & à ſenſu cognoſci non poteſt: Intellectus enim agens, & poſ-

& poſſibilis caligant in hac altiſſimâ cognitione: quia in homine deficiente vno ſenſu, deficit vna ſcientia: Philoſophi etiam modicam de illo cognitionem habuerunt: Solus enim Deus de ſeipſo, & de regno ſuo perfectam habet cognitionem: Neceſſe igitur omnino fuit, ad rectam mundi gubernationem, & ad gloriam Dei, hominiſque beatitudinem plene, vt Deo dignum eſt, promouendam; quod Deus ſuam ſapientiam hominibus communicaret: Hæcque ſapientia in ſacra Scriptura miraculis confirmata contẽta eſt: Et Spiritusſanctus docet Eccleſiam veram Scripturæ intelligentiam, & per illã veram ſapientiam: Ipſa vero Eccleſia à Spirituſancto edocta, cum certitudine, & cum priuilegio non errandi, docet totum mundũ veram ſapientiam à Deo reuelatam; & omnes eandem ab Eccleſia accipere debent: In Eccleſia autem ſunt Theologi, qui methodum ſcientificam, lumine fidei illuſtrantes, & lumen naturale cum ſupernaturali, & ſapientiam humanam, cum diuina coniungentes, perfectam ſapientiam, & captui hominum accommodatam, de Deo, & de Regno illius tradunt: & S. Thomas eminet inter illos; Qui, in Summa contra gentes, dictam ſapientiam, in lumine fidei, & naturali fundatam, & humanæ rationi accommodatam hominibus dedit.

Catech. in præf. & ar. primo.
Conc. Trid ſeſſ. 4. ca. 1.

S. Thomas vtraq; Summa.

Cap. 10. De duplici lumine, & Speculo ad perfectam ſapientiam obtinendam.

SAnctus Paulus ait. Videmus nunc per Speculum in Ænigmate: Et intellectus eſt, veluti oculus dexter, principia per ſe nota cognoſcere: Ratio eſt veluti oculus
S. Th. 1. p. q. 59. ſiniſter, applicans cognitionem principiorum, ad omnia ſcibilia de rebus cognoſcenda: Deus autem hominibus duplex lumen, & ſpeculum dedit ad perfectam ſapientiam cognoſcendam; & vnum eſt naturale, aliud ſupernaturale: Naturale eſt methodus ſcientifica in lumine naturali fundata: ipſa enim non eſt ſapientia, ſed ſpeculum ad veram ſapientiam naturalem cognoſcendam: Supernaturale eſt ſacra Scriptura, miraculis confirmata, & lumine fidei illuſtrata, per quam, ex Apoſtolo, tamquam per ſpeculum omnia humana, atque diuina à nobis cognita ſunt.

Vtroque Speculo homines vti debent ad veram ſapientiam perfecte obtinendam.

Nunc de methodo ſcientifica, lumine fidei illuſtrata, breuis tractatio habenda eſt.

Per illam .n. humanus intellectus, ad altã de vera ſapientia, cognitionem obtinendã, & ad plurimos errores, qui, in hominis cognitione, contingere poſſunt, euitandos; & ad falſas hominum doctrinas de Deo, de regno illius, & de aliis rebus detegendas,

& confutandas, adiutus, atq; directus eſt. Docet enim, quã ſit imperfecta cognitio ſenſus, & quomodo erret, atque deficiat: Explicat modum, quo intellectus de propoſita re, entitatem, eſſentiam, virtutem operatiuam, operationem, rectam in finem tendentiam, illorum finem, & alia ad veram ſapientiam pertinentia, cognoſcere poſſit: Et hæc methodus magna cauſa certitudinis dici poteſt: Et nunc de illa breuis tractatio habẽda eſt. Ex dictis enim apparet, magnam eſſe illius neceſſitatem, ad errores in cognitione vitandos, & ad perfectam omnium rerum cognitionem obtinendam, per quam cognitionem homo finem mundi, & ſuum, hoc eſt gloriam Dei, & vitam beatam ſuiipſius obtinere poteſt. Quid hac re dignius, & vtilius eſſe poteſt? Et quare tam digna, & neceſſaria methodus non eſt obtinenda?

BREVIS TRACTATIONIS DE METHODO.

DISTIN. II.

De ſubiecto, & fine huius Diſtin-ctionis.

SVbiectum eſt: Methodus ſcientifica cō-pendioſe explicata.

Finis eſt: tradere Lectori breuem, & fa-cilem modum, ad perfectam de quacunque propóſita re cognitionem obtinendam.

Cap. 1. De nomine, & diffinitione Methodi ſcientificæ.

HOc nomen Methodus ſignificat rē-ctam rationem; & eſt commune ſcientijs, artibus, & facultatibus, quæ prę́ſcribunt methodum, & re-ctam rationem, vel ſciendi, vel loquendi, vel operandi.

Methodus ſcientifica eſt illa, quæ efficit ſcientiam, & illi deſeruit.

Habet plura nomina: dicitur enim Modus ſciendi: lumen ſcientificum: Logica Meta-
phiſi-

Digitized by Google

phiſicalis: & metaphiſica Logicalis: & ſimilia.

Sic poteſt diffiniri: Eſt recta ratio, addiſcendi, ſciendi, docendi, quamcunq; ſcientiam, vel facultatem: Vel ſic. Eſt verus modus ſciendi: Vel ſic. Eſt recta ratio, ad perfectam de quacunque propoſita re, cognitionem obtinendam: Vel ſic. Eſt recta ratio ad omnia entia mundi perfecte cognoſcenda.

Cap. 2. De quatuor cauſis methodi ſcientificæ.

Finis eſt: Perfecta omnium rerum, atque ſcientiarum, & facultatum cognitio: Dat enim rectam rationem ad cognitionem dictam obtinendam.

Materia remota methodi ſcientificę ſunt, omnia entia mundi, vt plene cognoſcenda; materia minus remota ſunt omnes ſcientiæ, & facultates: Materia proxima ſunt operationes intellectus, vt dirigendæ ad omnia entia mundi, & ad omnes ſcientias perfecte cognoſcendas.

Forma eſt, recta ratio ad dictam rerum, & ſcientiarum cognitionem obtinendam.

Efficiens eſt, quoddam lumen à Deo per naturam homini inditum, quod ſolet appellari; Habitus primorum principiorum, & de illo ab Ariſtotele in Logica, & metaphyſica tractatio habita eſt.

Cap. 3. De completa Tractatione per Methodum ſcientificam habenda.

COmpleta tractatio eſt medium, ad completam de quacunq; propoſita re cognitionem obtinendam: Methodus autem docet, completam, ſic facere tractationem.

Primo, dat rectam rationem, ad ſubiectum in ſcientia, vel facultate recte ſtatuendũ.

Secundo, dat rectam rationem, ad omnia, quæ de illo ſubiecto ſcibilia ſunt; primo colligenda; ſecundo diſtinguenda; tertio explicanda; quarto ordinanda.

Tertio, dat rectam rationem, ad collecta ſcibilia de ſubiecto cũ certitudine probãda.

Quarto, dat rectam rationem, ad omnia veræ doctrinæ contrariantia, cum certitudine confutanda, & ad argumenta in contrarium facta ſoluenda.

Quinto, dat rectam rationem ad alios docendum, quod à magiſtro cognitum eſt.

Illa tractatio completa erit, in qua, iuxtà rationem methodicam, quinque iam dicta complete propoſita ſunt.

Cap. 4. De recta ratione ſtatuendi ſubiectum in qualibet ſcientia.

DE hoc Ariſtoteles ita docet: Non ens non poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ: Ita ens per accidens, vt muſicus albus: Ita entia à

caſu

caſu, & à fortuna: Ita contingentia: Demum accidentia quinti prædicabilis: Ratio eſt, quia dicta, vel non ſunt entia; vel non habent cauſam, & exiſtentiam determinatam: Scientia autem eſt de re certa, & quæ cauſam habet determinatam.

Omne ens, per ſe poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ, & facultatis.

Ens illud eſt per ſe ens; quod vel habet eſſe in ſeipſo, vt Deus: vel ab aliquo agente, eſt per ſe factum, & ad aliquem finem ordinatum.

Plura ſunt genera entium: Naturalia: Supernaturalia: Artificialia: Moralia: Legalia: Rationis: Hæc habent eſſe, & exiſtentiam, & cauſas per ſe, & poſſunt eſſe ſubiectum ſcientiæ, vel facultatis.

Subiectum ſequentes debet habere conditiones.

Primo, quod ſit ens per ſe.

Secundo, quod ſit vnum.

Tertio, quod in ſcientia ſit primum ſubiectũ, & in alio ſubiecto, non ſit, neq; dicatur.

Quarto, quod omnia in ſcientia conſiderata reducantur ad illud, vt principia, paſſiones, & partes.

Subiectum ſacræ Theologiæ Theologi dicunt: Eſt Deus ad intra, & ad extra conſideratus; ideſt Deus, & opera illius: Sanctum Euangelium videtur dicere; ſubiectum illius eſſe, Regnum Dei; ideſt totum mundum à Deo gubernatum.

Ariſtoteles ait: Subiectum primæ philoſophiæ eſt Ens, vt Ens;

Cap. 3. De completa Tractatione per Methodum ſcientificam habenda.

COmpleta tractatio eſt medium, ad completam de quacunq; propoſita re cognitionem obtinendam: Methodus autem docet, completam, ſic facere tractationem.

Primo, dat rectam rationem, ad ſubiectum in ſcientia, vel facultate recte ſtatuendũ.

Secundo, dat rectam rationem, ad omnia, quæ de illo ſubiecto ſcibilia ſunt; primo colligenda; ſecundo diſtinguenda; tertio explicanda; quarto ordinanda.

Tertio, dat rectam rationem, ad collecta ſcibilia de ſubiecto cũ certitudine probãda.

Quarto, dat rectam rationem, ad omnia veræ doctrinæ contrariantia, cum certitudine cõfutanda, & ad argumenta in contrarium facta ſoluenda.

Quinto, dat rectam rationem ad alios docendum, quod à magiſtro cognitum eſt.

Illa tractatio completa erit, in qua, iuxta rationem methodicam, quinque iam dicta complete propoſita ſunt.

Cap. 4. De recta ratione ſtatuendi ſubiectum in qualibet ſcientia.

DE hoc Ariſtoteles ita docet: Non ens non poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ: Ita ens per accidens, vt muſicus albus: Ita entia à

caſu, & à fortuna: Ita contingentia: Demum accidentia quinti prædicabilis: Ratio eſt, quia dicta, vel non ſunt entia; vel non habent cauſam, & exiſtentiam determinatam: Scientia autem eſt de re certa, & quæ cauſam habet determinatam.

Omne ens, per ſe poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ, & facultatis.

Ens illud eſt per ſe ens; quod vel habet eſſe in ſeipſo, vt Deus: vel ab aliquo agente, eſt per ſe factum, & ad aliquem finem ordinatum.

Plura ſunt genera entium: Naturalia: Supernaturalia: Artificialia: Moralia: Legalia: Rationis: Hæc habent eſſe, & exiſtentiam, & cauſas per ſe, & poſſunt eſſe ſubiectum ſcientiæ, vel facultatis.

Subiectum ſequentes debet habere conditiones.

Primo, quod ſit ens per ſe.

Secundo, quod ſit vnum.

Tertio, quod in ſcientia ſit primum ſubiectũ, & in alio ſubiecto, non ſit, neq; dicatur.

Quarto, quod omnia in ſcientia conſiderata reducantur ad illud, vt principia, paſſiones, & partes.

Subiectum ſacræ Theologiæ Theologi dicunt: Eſt Deus ad intra, & ad extra conſideratus; ideſt Deus, & opera illius: Sanctum Euangelium videtur dicere; ſubiectum illius eſſe, Regnum Dei; ideſt totum mundum à Deo gubernatum.

Ariſtoteles ait: Subiectum primæ philoſophiæ eſt Ens, vt Ens,

Subie-

Subiectum ſcientiarum particulariũ ſunt pars entis ab illis conſiderati, à Deo facti.

Subiecta artium, & facultatum ſunt entia, ab homine facta, vt rationis, & alia.

Cap. 5. De recta ratione ſcibilia omnia de ſtatuto ſubiecto colligenda.

Statuto ſubiecto, omnia ſcibilia de illo ſunt colligenda: Et regulæ ſunt,

Prima Ariſtotelis; Scibilia ſunt quatuor, ſed Clarius dicitur quinque ſunt.

Primum dicitur, An ſit, & explicat cauſam efficientem, & exiſtentiam rei.

Secundum dicitur, Quid ſit; explicans, eſſentiam ſubiecti, ſeu materiam, & formam.

Tertium dicitur, Ad quid ſit: declarans finem, ordinationem finalem, & rectam tendentiam in illum.

Quartum dictum, Quia ſit: Colligit omnia accidentia, & operationes, quæ rei, per ſe conueniunt.

Quintum dicitur, Propter quid, in quo dicta accidentia per cauſas probata ſunt.

Logica omnia, quæ de ſubiecto ſcibilia ſunt, reducit ad quinque iam dicta.

Hæc quinque ſcibilia à Metaphiſico, habent hæc nomina: primum eſt exiſtentiæ: ſecundum eſſentiæ: tertium ordinatio ad finẽ: quartum paſſiones: quintum cauſæ paſſionũ.

Secunda regula à Phiſica talis eſt: De omni re quatuor ſunt cognoſcenda: primo Finis rei, ſeu ſubiecti: ſecundo Operatio

finalis:

finalis: tertio Principium productiuum dictæ operationis; quod eſt materia, forma, & accidentia rei: Quarto principium applicatiuum ad operationem producendam; & hoc in naturalibus eſt natura: In ente rationis intellectus: In moralibus voluntas, ſeu finis: In artificialibus ars, & ſimilia.

Tertia regula Logica talis eſt; Illa omnia quæ in ſubiecto ſemper, & neceſſario inſunt ſcibilia de illo ſunt: Omnia autem, quæ ſubiecto per ſe conueniunt, neceſſario illi inſunt; Ideo modi per ſe ſunt vera regula ad omnia ſcibilia de ſubiecto colligenda.

Quarta regula ex Metaphiſica: Quatuor ſunt genera cauſarum: & in quolibet genere datur, Primum, Medium, & Vltimum, & omnia ſunt cognoſcenda.

Quinta ex Theologia. Omnia non ſolum naturalia, ſed etiam ſupernaturalia; Item nō ſolum lumine naturali, ſed etiam ſupernaturali ſunt cognoſcenda.

Hæc eſt methodica ratio ad ſcibilia colligenda.

Cap. 6. De concluſionibus ſtatuendis.

Scibilia ſunt ea, quæ ſubiecto cōueniunt, & de illo prædicantur: & ideo ad concluſiones ſunt reducenda, & tria capita in ſcientijs conſtituenda.

Primo enim de ſcibili logico concluſiones proponendæ ſunt, veluti de homine tales.

Homo eſt ſpecies; habet genera; differentias,

tias; indiuidua; propriũ, & accidentia: Eſt in prædicamento ſubſtantiæ; habet multa prædicata per ſe in primo, & in aliis modis per ſe, quæ poſſunt de illo demõſtratiue probari.

Secundo, fiunt concluſiones de ſcibili phiſico ſic: Homo habet naturam; Materiam; corpus; formam; animam: Eſt quantus, & qualis; habet motum, locum, tempus: Habet quatuor cauſas, & plurima accidentia.

Tertio, fiunt concluſiones de ſcibili Metaphiſicali; veluti, Homo eſt Ens; Habet eſſe, & eſſentiam; Materiam, & formam: Eſt compoſitum, & totum habens partes: Eſt ſubſtantia; Eſt in actu, & impotentia, & alia huiuſmodi.

Cap. 7. De ratione Methodica ad probandum.

NVNC dicendum de modo probandi concluſiones, & ſcibilia collecta de ſubiecto.

Ariſtoteles ait; Diffinitio ſubiecti, & prędicati ſunt medium demonſtrationis.

Prima concluſio erit: Concluſiones habentes prædicatum, & ſcibile logicum; ordinarie per diffinitionem prædicati, & termini logici, probari debent, ſic: Sit concluſio probanda, Homo eſt ſpecies: Probatio demonſtratiua ſic fiet; maior; Quod prædicatur de differentibus numero in quid, eſt ſpecies: Minor; ſed homo prædicatur de differentibus numero in quid; ergo eſt ſpecies.

Secun-

Secunda cõcluſio eſt talis: Concluſio, habens prædicatum metaphiſicale, ordinarie probatur per diffinitionem termini, & prædicati: Veluti, Concluſio ſit; Anima rationalis eſt forma hominis: Medium erit diffinitio formæ ſic: Maior, quod dat eſſe ſpecificum, eſt forma rei; Minor; Sed anima rationalis dat eſſe ſpecificũ homini; ergo eſt forma hominis: Et hæc eſt cauſa, cur Ariſtoteles in Metaphiſica plures tradat rerum diffinitiones.

Tertia concluſio; Propoſitio habens terminum phiſicum multiplex eſt: Terminus enim phiſicus eſt prædicatum, quod per ſe conuenit rei, ſiue ſit in primo, aut in alio modo per ſe: Veluti, Homo eſt rationalis; viuit; intelligit; eſt corporeus; quantus; mouetur, & alia. Et probatio optime fit per diffinitionẽ ſubiecti, & prædicati; Sed & alijs multis modis fit; & de hoc in praxi ſcientiarum dictum eſt. Nunc breuiter aliqua ſunt tradenda de probatione.

Probatio certa tribus modis fit; primo authoritate; ſecundo ratione; tertio experientia, & ſenſu.

Authoritas triplex; prima Dei aliquid dicentis, & hoc facit certiſſimam probationẽ; Secundo, Eccleſiæ Catholicæ aliquid de fide determinantis, & eſt certa: Tertia eſt ſapientum hominum, vt Ariſtotelis, Platonis, & ſimilium; & hæc non facit certitudinem, ſed probabilitatem; quia Deus, & Eccleſia, in dicendo non poſſunt errare: ſapientes vero, & iuſti, in dicto, & facto ſuo, licet de

raro

raro errent; tamen poſſunt errare: ideo non faciunt certam probationem.

Probatio ab experientia, & ſenſu, à Rethore dicitur exemplum; à Logico dicta eſt, Inductio, & ſi fundata eſt in clara euidentia, facit certam probationem de re viſa.

Probatio à ratione triplex habet fundamentum: Primum eſt ſenſus; quia, vt ait Apoſtolus, ratio à viſibilibus, & ab effectibus probat inuiſibilia, & cauſas illorum: Secundum, ſunt principia per ſe nota, in Logica, & Metaphiſica explicata, per quę plurimæ concluſiones demonſtratiue probatæ ſunt: Tertium, ſunt inſtrumenta ſciendi, quę in Praxi ſcientiarum decem enumerata ſunt.

Cap. 8. De Methodica ratione ad doctrinam habitam edocendam.

Methodus docet: Primo addiſcere ſapientiam: ſecundo illam docere: tertio, illam defendere à contrariantibus; & eadem ratione iam dicta facit omnia, ſic autem docet,

Primo docens debet explicare, quodnam ſit ſcientiæ verum ſubiectum, & probare.

Secundo opus eſt, proponere completam ſcibilium collectionem, & demõſtrare, quod ſit completa.

Tertio, debet ſcibilia ſcientifice probare; oſtendendo, quod probationes certæ ſint: Hoc autem facere docent decem inſtrumenta ſciendi in Praxi data.

Quarto

Quarto, docet confutare ſententias, & doctrinas veræ ſcientiæ contrarias: Soluere etiam argumenta facta in contrarium; Hoc eſt, defendere veram doctrinam, & confutare falſam.

Cap. 9. De Methodica ratione ad confutandum.

Confutatio oppoſitæ, & falſæ doctrinæ excellentiſſimę ita fit.

Primo, probatur per regulas ſupra explicatas, quod aduerſarius, de propoſita ſcientia, non rectè ſubiectū determinauit. Secundo, dato etiam, quod recte determinarit; probare per regulas iam datas, quod collectio ſcibilium non bene, ſed male,& incomplete facta eſt. Tertio, cum certitudine probare, quod aduerſarius ſcibilia à ſe poſita demonſtratiue, & certo non probat.

Hæc Ratio methodica eſt optimus modus ad demonſtratiue probandum, quod Doctrina omnium infidelium, & omnium hæreticorum cuiuſcuuque Sectæ ſint, nō eſt vera, ſed falſa; non certa, ſed incerta; non completa, ſed imperfecta. Euidenter enim poteſt probari, quod in Doctrina illorum non recte ſtatuitur ſubiectum; hoc eſt regnum Dei: Vel ſi nomen affirmant; Collectio ſcibilium eſt abſurdiſſima; multa negando, quæ regno Dei neceſſario inſunt, & multa affirmando, quæ illi conuenire impoſſibile eſt.

Eſt etiam verus modus ad demonſtratiue probandum, quod Doctrina Euangelica, quã

Eccleſia Catholica profitetur, omnibus numeris perfectiſſima eſt, quod ita eſſe in toto opere explicatum, atque probatum erit.

Cap. 10. *De ſolutione argumentorum.*

HÆc methodus cum certitudine docet, omnia ſoluere argumenta ſic.

Si aduerſarius afferat argumenta probantia, ſeu concludentia non recte ſtatutum ſubiectum; vel male collecta, aut probata ſcibilia; argumenta directe impugnant; ſed per regulas iam dictas, cum valde ſolido fundamento, manifeſtanda eſt veritas traditæ doctrinæ, & falſitas illius, quam argumenta ſupponunt; Ideo reſponderi poteſt; Argumenta in falſo niti fundamēto, & nihil certi probare.

Si autem neque ſubiectum, neque collectionem ſcibilium, neque probationes impugnent, dicendum eſt, illa argumenta, propoſitam doctrinam non impugnare.

Cap. 11. *Praxis, & compendium de vſu methodi ſcientificæ.*

PRimo, ſtatuendum eſt ſubiectum; Secundo, illius nomen explicandum; Tertio, diffinitio tradenda; Quarto, explicandę, & probādę quatuor cauſę illius, materia, forma, efficiens, & finis; Quinto, quia in aliquibus ſunt quędam principia operandi, vt natura

tura in naturalibus; Gratia in ſupernaturalibus; Voluntas, & virtus in moralibus, & ſimilia de illis, vbi ſunt, cognitio tradenda eſt; Sexto, vbi ſunt partes materiales, & gradus formales, illa de ſubiecto tractanda ſunt; Septimo, præciſa rei ad finem ordinatio omnino recte eſt explicanda; Octauo, omnia accidentia, quę fluunt ab eſſentia, & ſubiecto conueniunt per ſe, ſunt diſtinctę conſideranda. Idem de operationibus.

Octo iam dicta recte explicata, faciunt completam de ſubiecto tractationem, quia per illa habetur completa cognitio eorum omnium, quæ de re ſcibilia ſunt, & illi per ſe conueniunt.

Digitized by Google

PRIMÆ TRACTATIONIS DE METHODO.

DIST. III.

De fine, & ſubiecto huius Diſtin-ctionis.

SVbiectum eſt certa probatio eorum, quæ ſupra de methodo dicta ſunt.

Finis eſt facere Lectorem certum de veritate illorum.

Cap. 1. Proponitur concluſio probanda.

COncluſio probanda eſt hęc; Methodus ſcientifica eſt recta ratio, & modus, & medium, ad veram, certam, & completam tractationem, ſeu cognitionem de quacunque propoſita re cognoſcendam, examinandam, obtinendam, probandam, atque docendam.

Cap. 2. De probatione dictæ concluſionis.

MAior. Illa tractatio, ſeu cognitio, quæ de re propoſita, cum certitudine mani-

manifeſtat, & probat; primo, veram exiſtentiam indiuidualem cum circunſtantijs indiuiduantibus, per euidentiam ſenſus; ſecundo, Eſſentiam ſpecificam per intellectum, necnon genus, differentiam, & diffinitionem dictam eſſentiam exprimentia; tertio, Materiam, cum partibus illius, ſi habet; quarto, Formam, cum gradibus illius, cum habet; quinto, Totum, ſeu compoſitum, ſeu ſuppoſitum, ſeu perſona; ſexto, Cauſam efficientem; ſeptimo, Finem rei proprium; octauo, Ordinationem rei ad finem; nono, Accidentia, quæ fluunt à rei eſſentia, in quibus virtus operationis productiua poſita eſt, decimo, Principium applicatiuum ad opportune actu ipſam operationem producendam; vndecimo, Actualis productio operationis finalis; duodecimo, Recta tendentia rei in finem per illam; decimotertio, Conſecutio finis; decimoquarto, Quies, & beatitudo in fine obtento; decimoquinto, Firmitas, & ſtabilitas obtentæ beatitudinis: Illa inquam tractatio, & cognitio, quæ omnia, & ſingula dicta, cum certitudine, declarat, & probat vera, certa, & completa tractatio, & ſcientia eſt affirmanda. Et poteſt authoritate, ratione, & experientia probari.

Minor. Sed Methodus ſcientifica eſt recta ratio; verus modus, & optimum medium, ad dicta omnia, & ſingula, cum certitudine explicanda, cognoſcenda, atque probanda.

Concluſio. ergo, Methodus ſcientifica, eſt recta ratio, verus modus, & optimum medium, ad veram, certam, & completam

de propoſita re tractationem, atq. cognitionem obtinendam, probandam, examinandam, docendam.

Cap. 3. De probatione maioris.

PRimo, probatur authoritate; quia Ariſtoteles, S. Thomas, & alij Sapientes ita docent, obſeruant, probant.

Secundo, Ratione; Quia completa cuiuſcunq. rei eſſentia, exiſtentia, & operatio, in quindecim iam dictis, plene contenta, atque poſita eſt; vt per euidentiam ſenſus, & intellectus, & alijs modis probari poteſt: Illa autem cognitio eſt vera, quæ de re propoſita cognoſcit eſſe quod eſt; Eſt completa, quę omnia, in re exiſtentia, plene cognoſcit: Eſt certa, quæ in euidentia ſenſus, & intellectus fundata eſt: Si ergo quindecim iam dicta, totam complent rei exiſtentiam; & illa cognitio eſt completa, quæ omnia in re exiſtentia cognoſcit, manifeſte ſequitur, quod dictis omnibus cognitis, de propoſita re, cōpleta illius tractatio, & cognitio habita erit. Dicta autem omnia methodus ſcientifica cognoſcere docet; Et ſupradicta experientia confirmata ſunt; ergo maior vera eſt.

Cap. 4. De probatione minoris.

MInor probatur ex ſupradictis, & multo magis ex infra dicendis: Methodus enim

enim docet de propoſito ſubiecto completam, & perfectam habere cognitionem; Omnia enim colligit ſcibilia, illaq. probat, omnes explicat cauſas, principia, paſſiones, partes, operationes, accidentia per ſe, & alia omnia, vt infra dicendum eſt.

Cap. 5. De duplici fine Methodi ſcientificæ.

VT concluſio ſupra poſita magis clare probata ſit, opus eſt diſtinguere de duplici fine Methodi ſcientificæ; Eſt enim finis illius, dirigere intellectum, ad veram, certam, & completam, de quacunque propoſita re, tractationem, atque cognitionem, quærendam, cognoſcendam, examinandam, probandam, atque docendam. Ideo duplex eſt finis illius: Primus docere methodicam cognitionem, & tractationem in genere conſideratam, & nulli rei particulari applicatã; Secundus eſt, docere methodicam tractationem alicui ſubiecto, & rei particulari applicatam. Et de vtraque propoſita concluſio probanda eſt.

Cap. 6. De Methodica, & generica tractatione.

MEthodus generica ſic poteſt diffiniri; Eſt recta ratio, per quã in omni ſcientia, & facultate, recte ſtatuitur ſubiectum;

& omnia de illo ſcibilia collecta, atq. probata ſunt: Vel ſic: Eſt recta ratio, ad completam tractationem de quacunque propoſita re cognoſcendam, inquirendam, examinandam, probandam, atq. docendam.

Cap. 7. De Methodo rei particulari applicata.

METHODUS particularis ſic poteſt diffiniri. Eſt recta ratio, ad completam de tali re tractationem, cognoſcendam, habendam, examinandam, docendam: Vel ſic: Eſt recta ratio ad omnia, de tali re ſcibilia, colligenda, atque probanda.

Cap. 8. Explicatur recta ratio, ad omnia ſcibilia in genere colligenda, atq; probanda.

AD Methodum recte ſtabiliendam, maxime refert, diſtincta cognitio, atque probatio de iis, quæ per ſe ſcibilia ſunt; ſic enim maior propoſitio ſupra allata probanda eſt.

Sciendum ergo, quod tria potiſſimum media deſeruiunt ad probandum, & cum certitudine cognoſcendum, quod aliquid de rebus cognoſcibile ſit,

Primum eſt, Ens per ſe; ſecundum, Neceſſario ineſſe; tertium, Per ſe ineſſe, quod ita probatur.

Primo

Primò, Ens per ſe neceſſario eſt verum. Omne verum, per ſe, & neceſſario eſt cognoſcibile, & ſcibile. Idem enim eſt eſſe verum, & eſſe ſcibile; ergo ſi de aliqua re probetur eſſe ens per ſe; probatum erit, quod ſcibile ſit.

Secundo, Ariſtoteles ait: Scientia eſt de neceſſariis; Scibile autem illud eſſe diffinitur, de quo ſcientia haberi poteſt; ergo, ſi de aliquo ente probetur, quod hoc, veluti finis illi neceſſario inſit, probatũ erit, quod de illo ſcibile ſit.

Tertio, Ariſtoteles ait. Omne per ſe eſt neceſſarium; & ſcibile; ſecus, ſi tale non ſit; Si ergo, cum certitudine cognitum, & probatum ſit; quod igneitas per ſe conuenit igni; ferro autem ignito per aliud; hoc eſt per ignem ineſt; certo probatum erit; quod igneitas de ſolo igne ſcibile erit; Omne ergo, quod per ſe eſt ens; Et omne, quod neceſſario, & per ſe alicui conuenit, vel ineſt, ſcibile certo erit.

Cap. 9. Probatur, Omnia, in maiori enumerata, ſcibilia eſſe de re.

PRimo, de ente per ſe ſic probatur; Omne ens per ſe, & ſecundum quod ipſum eſt verum; Omne verum per ſe, eſt ſcibile per ſe; ergo omne ens per ſe, eſt ſcibile per ſe.

Secundo, omne ens per ſe, neceſsario habet eſse per ſe; Quia omne ens tale eſt, quale eſse habet; ergo quod eſt ens per ſe, eſt ſcibile per ſe.

Ter-

Tertio, Omne ens per ſe, neceſſario habet eſſentiam per ſe, & neceſſario; quia impoſſibile eſt, quod aliquid ſit ens, & non habeat eſſentiam; ergo eſſentia ſcibilis de illo.

Quarto, Multa entia per ſe, vt homo, habent ſuam eſſentiam, in duas partes diuiſã; & vna eſt materia, alia forma; & hoc illis conuenit neceſſario, & per ſe; ergo de dictis cognitio totius; & partium ſcibilis eſt.

Quinto, In multis, vt in homine, materia habet partes integrales; quæ neceſſario, & per ſe illi, & toti conueniunt; ergo de illis ſcibiles ſunt.

Sexto, Forma, in multis, per ſe, & neceſſario habet gradus formales; ergo, & iſti ſcibiles.

Septimo, in naturalibus per ſe, & primo ineſt principium illud, quod dicitur Natura; ergo hoc principium de illis, ſcibile eſt.

Octauo, Entia mundi per ſe, & neceſſario, habent cauſam efficientem: ergo ſcibilis.

Nono, Omnia entia per ſe habent finem: ergo ſcibilis.

Decimo, Omnia habent per ſe ordinationem ad finẽ: ergo hæc ordinatio ſcibilis eſt.

Vndecimo, Omnia per ſe habent virtutẽ productiuam operationis: ergo ſcibilis eſt.

Duodecimo, Habent per ſe operationem finalem: ergo ſcibilis.

Decimotertio, Operatio finalis per ſe apta eſt conſequi finem: ergo ſcibilis hæc conſecutio.

Decimoquarto, Cum motus ſit propter finem: illo plene obtento, neceſſario debet

ſequi

ſequi quies in illo: ergo dicta quies ſcibilis eſt.

Decimoquinto, In Beatis quies perpetua in obtento fine datur: ergo hæc quies ſcibilis eſt de illis.

Hæc eſt probatio à methodo ſcientifica, de ſcibilibus facta.

Cap. 10. *Afferuntur aliquæ diffinitiones, ad dictas probationes magis confirmandas.*

NVnc aliquæ diffinitiones afferentur, per quas allatę probationes ſunt confirmatæ.

Prima, Cognitio non per cauſam, non eſt ſcientia.

Secunda, Scientia eſt cognitio rei per cauſam.

Tertia, Scibile eſt, de quo poteſt haberi ſcientia.

Quarta, Neceſſarium eſt, quod non poteſt aliter ſe habere.

Quinta, Per ſe, eſt, aliquid per ſe ipſum habere.

Sexta, Ens dicitur, quod habet eſſentiam, & eſſe.

Septima, Eſſentia eſt prima entitas rei, apta nata agere, vel pati.

Octaua, Eſſe eſt actualis rei exiſtentia in ſeipſa, & extra ſuas cauſas.

Nona, Totum eſt, quid ex multis conſtitutum partibus,

Deci-

Decima, Partes ſunt multæ res, ſimul vnitæ, ad vnum conſtituendum.

Vndecima, Materia eſt primum ſubiectũ ex quo fit aliquid, cum inſit.

Duodecima, Forma eſt, quæ dat eſse rei.

Decimatertia, Compoſitum eſt, quo ex materia, & forma conſtitutũm eſt.

Decimaquarta, Efficiens eſt illud, à quo facta res eſt.

Decimaquinta, Finis eſt illud, ad quod res facta ordinata fuit.

Decimaſexta, Ordinatio ad finem eſt deſtinatio rei ad illum.

Decimaſeptima, Natura eſt principium, applicans res, vt tendant in finem naturalẽ.

Decimaoctaua, Virtus productiua operationis eſt, quæ poteſt illam producere.

Decimanona, Operatio eſt medium ad finem obtinendum.

Vigeſima, Recta tendentia in finem, eſt recta operatio ad illum.

Vigeſimaprima, Conſequi finem, eſt illum obtinere.

Vigeſimaſecunda, Quies in fine, eſt terminatio tendentiæ in illum.

Vigeſimatertia, Stabilitas in fine, eſt cõfirmatio in illo obtento.

His diffinitionibus vtitur Methodus ad ſcibilia diſtinguenda, atque probanda.

Cap. 11. Explicatur recta methodi ratio ad ſcibilia, de re particulari colligenda, atque probanda.

NVnc explicanda eſt recta ratio, ad ſcibilia rei particularis colligenda: & fit applicando, quæ de generali dicta ſunt: Veluti de homine, ſic:

Vtrum homo ſit Ens? Reſponſio: Eſt; & probatur per euidentiam ſenſus, & per ſextã diffinitionem, quia habet eſſentiam, & eſſe.

Vtrum ſit ens per ſe? Reſp. Eſt; probatur per ſenſum, & quintam diffinitionem.

Vtrum habeat eſſentiam, & eſſe? Reſp. Habet; & probatur per ſenſum, & per 6. 7 & 8. diffinitionem.

Vtrum habeat materiam, & formàm, & ſit compoſitum? Reſp. Habet; & probatur per ſenſum, & per allatas diffinitiones.

Vtrum materia habeat partes integrales? Reſp., vtſupra, habet in homine.

Vtrum forma habeat gradus formales? Reſp. vtſupra, habet in illo.

Vtrum habeat efficiens, finem, naturam, ordinationem finalem? Vtſupra.

Vtrum habeat accidentia, & virtutẽ productiuam operationis? Idem.

Vtrum homo aptus ſit recte tendere in finem, obtinere illum, & quieſcere permanenter in illo obtento? Idem.

Cap. 12.

Hic modus ſciendi tria dicit; ſtatuere ſubiectum; colligere ſcibilia; illa probare.

Media ad dicta præſtanda ſunt ſenſus: intellectus: ratio: habitus principiorum: Logica: Metaphiſica: ſtudium, & doctrina ab hominibus, & à Deo accepta.

Vltimum medium in intentione, & primum in exequutione, eſt natura, quæ homini dat habilitatem ad ſcientiam, & ad modum ſciendi; excitat in omnibus deſiderium ſciẽdi, amandi, poſſidendi, fruendi, vtendi, Deum diligendi, & illius gloriam, ſuamque beatitudinem appetendi.

Subiectum ſapientiæ, amoris, & vſus, ſeu fruitionis ſunt Deus, Regnum Dei, Mũdus; Omnia naturalia, artificialia, entia rationis, moralia, legalia; quatenus ad finem hominis deſeruiunt.

Scibilia ſunt quinque. An ſit; Quid ſit; Ad quid ſit; Quia ſit; Propter quid ſit.

Probatio fit certa: primo, per dictum Dei certum: ſecundo, per dictum Eccleſiæ certum: tertiò, per euidentiã intellectus: quarto, per euidentiam ſenſus. Dicta hominum, etiam Sapientum non faciunt certam probationem, quia etiam ipſos poſſe errare euidẽs eſt: faciunt tamen topicam, & probabilem probationem.

Cum finis veræ ſapientiæ ſit verus amor, & vſus boni, & recta hominis tendentia in finem mundi, & ſuum; omnino ſapientia debet dare completam, & perfectam cognitionem de fine mundi, & hominis; necnon de mediis, & de bono vſu illorum; Et quia

homo,

homo, abſque cognitione finis, & mediorũ, non poteſt tendere in illum: Sapientia omninò erit neceſſaria homini ad finem mundi, & ſuum obtinendum: Et quia ſolus Deus poteſt certo ſcire; quis ſit verus mundi, & hominis finis; vera etiam media, quia hæc ab illo ſunt conſtituta: Homines vero, nec certo, nec plene talem poſſunt habere cognitionem, & circa hoc plurimi errant: Oportet affirmare, quod ad perfectam mundi gubernationem, neceſſarium omnino fuit: Deum ipſum, de dictis, ſuam ſapientiam reuelaſſe, Et hæc in ſacra Scriptura contenta eſt. Ideo vera ſapientia ab hominibus quidem de naturalibus, ſed imperfecta; à Deo autem tam de naturalibus, quam de ſupernaturalibus, perfecta eſt accipienda.

Methodus autem ſcientifica, eſt certum medium, ad demonſtratiue probandũ, quod ſapiẽtia hominum eſt valde imperfecta; Dei perfectiſſima: ideo iſta ſummo ſtudio quærenda eſt.

Cap. 12. De propria, & diſtincta rerum particularium cognitione.

ARiſtoteles ait. Scientia eſt ex propriis: Ideo cognitio rerum particularium debet eſſe appropriata illis, & methodus ad talem dirigere conueniens eſt.

Sciendum ergo, quod varij ſunt gradus entium; & inter ſe valde diſtincti; quædam enim ſunt prima, vt Deus; quędam vltima, vt materia; quædã media, vt Angelus, homo, & alia plurima. In quolibet autem gradu entis, quatuor poſſunt conſiderari. Primo, propria exiſtentia; Secundo, propria cognitio, & veritas; Tertio, proprius amor, & bonitas; Quarto, talis poſſeſſio, & vſus.

Propria, & diſtincta rei particularis exiſtentia, duo dicit; primo, collectionem eorum omnium, quæ talem exiſtentiam perficiunt; veluti quindecim iam dicta; ſecundo, de ſingulis gradus præciſus eſt aſſignandus; veluti, quis proprius gradus eſſentiæ, & exiſtentiæ ſit in Deo, & in materia, & idem in aliis.

Propria, & diſtincta rei cognitio eſt illa; quæ omnia ad rei exiſtentiam pertinentia, iuxta gradum rei, præciſe cognoſcit; & ad talem cognitionem methodus ſcientifica dirigere debet,

Diffinitio ergo proprie, & diſtincte cognitionis alicuius rei talis eſt affirmanda. Eſt eorum omnium, quæ ad rei conſideratæ pertinent

tinent exiſtentiam, iuxta proprium gradum completa, & certa cognitio: Et hęc diffinitio eſt medium demonſtratiuum ad probandum quænā cognitio diſtincta, & propria ſit.

Methodus ergo ſcientifica debet dirigere ad completam, & diſtinctam, & propriam cognitionem omnium, & ſingularum rerum, modo ſuperius dicto, quia de tali cognitione cum certitudine probatur, quod vera, certa, completa, propria, diſtincta, atque perfecta ſit; quod eſt concluſionem ab initio propoſitam comprobaſſe.

Hęc fuſius in ſecunda parte Speculi explicata, atque probata erunt.

Cap. 13. Epilogus primæ partis Speculi.

OMnis ordo, & proportio, & perfectio mundi, & eorum, quæ in ipſo ſunt, in his tribus poſita eſt; Verus finis; vera media; Bonus vſus mediorum.

Finis mundi, & hominis principalis, eſt Gloria Dei; Secūdarius, vita beata hominis.

Primum medium eſt, Fruitio Dei in anima, & bonus vſus mundi etiam in corpore.

Secundum medium, vt ſic dicam, eſt, Poſſeſſio Dei, & mundi.

Medium ad poſſeſſionem obtinendam, eſt amor à virtute regulatus.

Medium ad amorem virtuoſum habendū, eſt vera ſapientia.

Medium ad ſapientiam veram, eſt Modus verus ſciendi.

Hic

Cap.12. De propria, & diſtincta rerum particularium cognitione.

ARiſtoteles ait. Scientia eſt ex propriis: Ideo cognitio rerum particularium debet eſſe appropriata illis, & methodus ad talem dirigere conueniens eſt.

Sciendum ergo, quod varij ſunt gradus entium; & inter ſe valde diſtincti; quædam enim ſunt prima, vt Deus; quędam vltima, vt materia; quædã media, vt Angelus, homo, & alia plurima. In quolibet autem gradu entis, quatuor poſſunt conſiderari. Primo, propria exiſtentia; Secundo, propria cognitio, & veritas; Tertio, proprius amor, & bonitas; Quarto, talis poſſeſſio, & vſus.

Propria, & diſtincta rei particularis exiſtentia, duo dicit; primo, collectionem eorum omnium, quæ talem exiſtentiam perficiunt; veluti quindecim iam dicta; ſecundo, de ſingulis gradus præciſus eſt aſſignandus; veluti, quis proprius gradus eſſentiæ, & exiſtentiæ ſit in Deo, & in materia, & idem in aliis.

Propria, & diſtincta rei cognitio eſt illa; quæ omnia ad rei exiſtentiam pertinentia, iuxta gradum rei, præciſe cognoſcit; & ad talem cognitionem methodus ſcientifica dirigere debet.

Diffinitio ergo proprie, & diſtincte cognitionis alicuius rei talis eſt affirmanda. Eſt eorum omnium, quæ ad rei conſideratæ pertinent

tinent exiſtentiam, iuxta proprium gradum completa, & certa cognitio: Et hęc diffinitio eſt medium demonſtratiuum ad probandum quænā cognitio diſtincta, & propria ſit.

Methodus ergo ſcientifica debet dirigere ad completam, & diſtinctam, & propriam cognitionem omnium, & ſingularum rerum, modo ſuperius dicto, quia de tali cognitione cum certitudine probatur, quod vera, certa, completa, propria, diſtincta, atque perfecta ſit; quod eſt concluſionem ab initio propoſitam comprobaſſe.

Hęc fuſius in ſecunda parte Speculi explicata, atque probata erunt.

Cap. 13. *Epilogus primæ partis Speculi.*

OMnis ordo, & proportio, & perfectio mundi, & eorum, quæ in ipſo ſunt, in his tribus poſita eſt; Verus finis; vera media; Bonus vſus mediorum.

Finis mundi, & hominis principalis, eſt Gloria Dei; Secūdarius, vita beata hominis.

Primum medium eſt, Fruitio Dei in anima, & bonus vſus mundi etiam in corpore.

Secundum medium, vt ſic dicam, eſt, Poſſeſſio Dei, & mundi.

Medium ad poſſeſſionem obtinendam, eſt amor à virtute regulatus.

Medium ad amorem virtuoſum habendū, eſt vera ſapientia.

Medium ad ſapientiam veram, eſt Modus verus ſciendi.

Hic

Cap. 12. De propria, & diſtincta rerum particularium cognitione.

ARiſtoteles ait. Scientia eſt ex propriis: Ideo cognitio rerum particularium debet eſſe appropriata illis, & methodus ad talem dirigere conueniens eſt.

Sciendum ergo, quod varij ſunt gradus entium; & inter ſe valde diſtincti; quædam enim ſunt prima, vt Deus; quędam vltima, vt materia; quædã media, vt Angelus, homo, & alia plurima. In quolibet autem gradu entis, quatuor poſſunt conſiderari. Primo, propria exiſtentia; Secundo, propria cognitio, & veritas; Tertio, proprius amor, & bonitas; Quarto, talis poſſeſſio, & vſus.

Propria, & diſtincta rei particularis exiſtentia, duo dicit; primo, collectionem eorum omnium, quæ talem exiſtentiam perficiunt; veluti quindecim iam dicta; ſecundo, de ſingulis gradus præciſus eſt aſſignandus; veluti, quis proprius gradus eſſentiæ, & exiſtentiæ ſit in Deo, & in materia, & idem in aliis.

Propria, & diſtincta rei cognitio eſt illa; quæ omnia ad rei exiſtentiam pertinentia, iuxta gradum rei, præciſe cognoſcit; & ad talem cognitionem methodus ſcientifica dirigere debet.

Diffinitio ergo proprie, & diſtincte cognitionis alicuius rei talis eſt affirmanda. Eſt eorum omnium, quæ ad rei conſideratæ pertinent

tinent exiſtentiam, iuxta proprium gradum completa, & certa cognitio: Et hęc diffinitio eſt medium demonſtratiuum ad probandum quænā cognitio diſtincta, & propria ſit.

Methodus ergo ſcientifica debet dirigere ad completam, & diſtinctam, & propriam cognitionem omnium, & ſingularum rerum, modo ſuperius dicto, quia de tali cognitione cum certitudine probatur, quod vera, certa, completa, propria, diſtincta, atque perfecta ſit; quod eſt concluſionem ab initio propoſitam comprobaſſe.

Hęc fuſius in ſecunda parte Speculi explicata, atque probata erunt.

Cap. 13. *Epilogus primæ partis Speculi.*

Omnis ordo, & proportio, & perfectio mundi, & eorum, quæ in ipſo ſunt, in his tribus poſita eſt; Verus finis; vera media; Bonus vſus mediorum.

Finis mundi, & hominis principalis, eſt Gloria Dei; Secūdarius, vita beata hominis.

Primum medium eſt, Fruitio Dei in anima, & bonus vſus mundi etiam in corpore.

Secundum medium, vt ſic dicam, eſt, Poſſeſſio Dei, & mundi.

Medium ad poſſeſſionem obtinendam, eſt amor à virtute regulatus.

Medium ad amorem virtuoſum habendū, eſt vera ſapientia.

Medium ad ſapientiam veram, eſt Modus verus ſciendi.

Hic

Cap. 12. De propria, & diſtincta rerum particularium cognitione.

ARiſtoteles ait. Scientia eſt ex propriis: Ideo cognitio rerum particularium debet eſſe appropriata illis, & methodus ad talem dirigere conueniens eſt.

Sciendum ergo, quod varij ſunt gradus entium; & inter ſe valde diſtincti; quædam enim ſunt prima, vt Deus; quędam vltima, vt materia; quædã media, vt Angelus, homo, & alia plurima. In quolibet autem gradu entis, quatuor poſſunt conſiderari. Primo, propria exiſtentia; Secundo, propria cognitio, & veritas; Tertio, proprius amor, & bonitas; Quarto, talis poſſeſſio, & vſus.

Propria, & diſtincta rei particularis exiſtentia, duo dicit; primo, collectionem eorum omnium, quæ talem exiſtentiam perficiunt; veluti quindecim iam dicta; ſecundo, de ſingulis gradus præciſus eſt aſſignandus; veluti, quis proprius gradus eſſentiæ, & exiſtentiæ ſit in Deo, & in materia, & idem in aliis.

Propria, & diſtincta rei cognitio eſt illa; quæ omnia ad rei exiſtentiam pertinentia, iuxta gradum rei, præciſe cognoſcit; & ad talem cognitionem methodus ſcientifica dirigere debet.

Diffinitio ergo proprie, & diſtinctæ cognitionis alicuius rei talis eſt affirmanda. Eſt eorum omnium, quæ ad rei conſideratæ pertinent

tinent exiſtentiam, iuxta proprium gradum completa, & certa cognitio: Et hęc diffinitio eſt medium demonſtratiuum ad probandum quænā cognitio diſtincta, & propria ſit.

Methodus ergo ſcientifica debet dirigere ad completam, & diſtinctam, & propriam cognitionem omnium, & ſingularum rerum, modo ſuperius dicto, quia de tali cognitione cum certitudine probatur, quod vera, certa, completa, propria, diſtincta, atque perfecta ſit; quod eſt concluſionem ab initio propoſitam comprobaſſe.

Hęc fuſius in ſecunda parte Speculi explicata, atque probata erunt.

Cap. 13. Epilogus primæ partis Speculi.

OMnis ordo, & proportio, & perfectio mundi, & eorum, quæ in ipſo ſunt, in his tribus poſita eſt: Verus finis; vera media; Bonus vſus mediorum.

Finis mundi, & hominis principalis, eſt Gloria Dei; Secūdarius, vita beata hominis.

Primum medium eſt, Fruitio Dei in anima, & bonus vſus mundi etiam in corpore.

Secundum medium, vt ſic dicam, eſt, Poſſeſſio Dei, & mundi.

Medium ad poſſeſſionem obtinendam, eſt amor à virtute regulatus.

Medium ad amorem virtuoſum habendū, eſt vera ſapientia.

Medium ad ſapientiam veram, eſt Modus verus ſciendi.

Hic

Hic modus ſciendi tria dicit; ſtatuere ſubiectum; colligere ſcibilia; illa probare.

Media ad dicta præſtanda ſunt ſenſus: intellectus: ratio: habitus principiorum: Logica: Metaphiſica: ſtudium, & doctrina ab hominibus, & à Deo accepta.

Vltimum medium in intentione, & primum in exequutione, eſt natura, quæ homini dat habilitatem ad ſcientiam, & ad modum ſciendi; excitat in omnibus deſiderium ſciẽdi, amandi, poſſidendi, fruendi, vtendi, Deum diligendi, & illius gloriam, ſuamque beatitudinem appetendi.

Subiectum ſapientiæ, amoris, & vſus, ſeu fruitionis ſunt Deus, Regnum Dei, Mũdus; Omnia naturalia, artificialia, entia rationis, moralia, legalia; quatenus ad finem hominis deſeruiunt.

Scibilia ſunt quinque. An ſit; Quid ſit; Ad quid ſit; Quia ſit; Propter quid ſit.

Probatio fit certa: primo, per dictum Dei certum: ſecundo, per dictum Eccleſiæ certum: tertiò, per euidentiã intellectus: quarto, per euidentiam ſenſus. Dicta hominum, etiam Sapientum non faciunt certam probationem, quia etiam ipſos poſſe errare euidẽs eſt: faciunt tamen topicam, & probabilem probationem.

Cum finis veræ ſapientiæ ſit verus amor, & vſus boni, & recta hominis tendentia in finem mundi, & ſuum; omnino ſapientia debet dare completam, & perfectam cognitionem de fine mundi, & hominis; necnon de mediis, & de bono vſu illorum; Et quia

homo,

homo, abſque cognitione finis, & mediorũ, non poteſt tendere in illum: Sapientia omnino erit neceſſaria homini ad finem mundi, & ſuum obtinendum: Et quia ſolus Deus poteſt certo ſcire; quis ſit verus mundi, & hominis finis; vera etiam media, quia hæc ab illo ſunt conſtituta: Homines vero, nec certo, nec plene talem poſsunt habere cognitionem, & circa hoc plurimi errant: Oportet affirmare, quod ad perfectam mundi gubernationem, neceſſarium omnino fuit: Deum ipſum, de dictis, ſuam ſapientiam reuelaſſe, Et hæc in ſacra Scriptura contenta eſt. Ideo vera ſapientia ab hominibus quidem de naturalibus, ſed imperfecta; à Deo autem tam de naturalibus, quam de ſupernaturalibus, perfecta eſt accipienda.

Methodus autem ſcientifica, eſt certum medium, ad demonſtratiue probandũ, quod ſapiẽtia hominum eſt valde imperfecta; Dei perfectiſſima: ideo iſta ſummo ſtudio quærenda eſt.

NOTA EORVM, quæ de omni re tractanda ſunt.

SVmmaria, & breuiſſima explicatio de vſu methodi ſcientificæ, in Praxi fundata, docet, quæ modo dicentur eſſe facienda.

Primo, Recte ſtatuendum ſubiectum, de quo ſcientia quærenda eſt, veluti homo.

Secundo, Nominis ſignificatio explicanda: Deſeruit enim ad cognitionem rei ſignificatæ.

Tertio, Diffinitio rei, ſeu ſubiecti, tradenda: Hæc enim diffinitio eſt veluti Speculum, in quo tanta rei quidditas, cum certitudine, eſt conſpicienda.

Quarto, Explicanda, atq; probanda cauſa finalis; tum quia eſt cauſa principalis rei; tum quia maxime deſeruit, ad omnia alia cognoſcenda, atq; probanda.

Quinto, Explicanda cauſa materialis, cũ partibus ſuis integralibus, ſi illas habet.

Sexto, Explicanda cauſa formalis, & gradus illius, ſi illos habet, veluti in homine vegetatiuum, ſenſitiuum, rationale.

Septimo, Tractandum de cauſa efficienti, veluti in homine, efficiẽs animæ, & corporis.

Octauo, In multis rebus ſunt aliqua principia, veluti natura in naturalibus; gratia in ſupernaturalibus; voluntas in moralibus; ars in artificialibus; & de illis conſideratio habenda eſt.

Nono, Omnia accidentia, quæ fluunt ab eſſen-

eſſentia rei; vel per ſe illi conueniunt, conſideranda: Hæc autem accidentia, ſi ſunt qualitates, dicuntur paſſiones, & proprietates; ſi ſunt actiones, dicuntur operationes. De his enim omnibus vera ſcientia, & ſcientifica probatio haberi poteſt.

Decimo, Partes rei, ſi habet, conſiderandæ ſunt: Methodus enim docet, non confuſam, ſed diſtinctam de rebus cognitionem habendam.

In decem dictis methodus ſcientifica plene explicata eſt. Probatur, quia per illa de propoſita re explicantur: primo ipſa res; ſecundo principia, & cauſæ; tertio paſſiones, & operationes; quarto partes. Quod eſt completam de propoſita re cognitionē habuiſſe.

Hæc eſt vera ratio diſcendi, cognoſcendi, docendi. Eſt etiam recta ratio ad omnes ſcientificas tractationes, vel ſuas, vel aliorum examinandas.

Per hanc methodum poterit demonſtratiue probari, quod ſectæ, & ſcolæ hæreticorū, infidelium, philoſophorum, non habent veram ſapientiam: quia de illis dicta plene non verificantur.

De doctrina Euāgelica omnia dicta plene poſſunt conſiderari.

Per hanc methodum, plene cognitam, & lumine fidei illuſtratam, poterit demonſtratiue probari, quod philoſophia eſt ſcientia valde diminuta, & quod ſola doctrina Euangelica, vera, certa, & completa ſapientia eſt.

Hæc omnia in toto hoc opere explicanda, atque probanda ſunt.

ANNOTATIONES

In primam tractationem de methodo circa Vſum illius.

Finis methodi eſt perfecta omniũ rerum cognitio.

Notandum, quod hęc perfecta cognitio ad quatuor capita reduci poteſt: & primum dicitur Ars: ſecundum Facultas: tertium Scientia: quartum Sapientia. Et methodus dirigit ad omnia obtinenda.

Notanda regula methodica, quæ eſt talis.

Methodus ſemper in tribus fundata eſt; quæ ſunt: primo, ſtatuere finem: ſecundo, determinare media ad illum obtinendum: tertio, præſcribere bonum vſum mediorũ: Hæc methodus in omni facultate, facere debet.

Notanda diffinitio artis: Eſt enim recta ratio rerum factibilium.

Factibilia ſunt omnia artificialia, vt Domus, Gladius: Ars eſt recta ratio ad illa efficienda; & hæc ratio in tribus poſita eſt iã dictis, veluti, Ars primo ſtatuit finẽ, vt Aperire Oſtium, & claudere: ſecundo, determinat medium, quod eſt clauis dicto fini accõmodata: tertio, bonum vſum præſcribit.

Perfecta de claui cognitio ſic habetur: Primo cognoſcendum, quis ſit finis illius; ſecundo, An habeat omnia vtilia, & neceſſaria ad obtinendum finem; & an hoc probet per ipſum finem: tertio, quis bonus vſus illius: Idẽ in artibus.

Facultates dicuntur à faciendo; veluti Grammatica, Rethorica, & ſimilia.

Tria faciunt: primo determinant finem: ſecundo medium: tertio bonum vſum illius. Et de his perfecta cognitio habenda eſt: Medium autem poteſt dici ſubiectum, veluti in Grammatica: Finis eſt congrua de omnibus locutio: Subiectum, & medium ſunt voces, & regulæ, quæ à Grammatico præſcribuntur de illis.

De hoc medio, & ſubiecto, vt habeatur perfecta cognitio, neceſſe eſt à priori, & per finem, habere certam probationem, quod voces, & Regulæ dictæ complete colligunt omnia, quæ vtilia, vel neceſſaria ſunt ad finem obtinendum.

Bonus vſus ſemper à fine eſt regulatus, & ad illum ordinatus.

De ſcientia, Notandum, ſic diffiniri: Eſt perfecta de aliqua re per cauſas cognitio.

Cognitio perfecta ſic diffinitur: Eſt illa, quæ, de propoſita re, plene omnia cognoſcit, quæ cognoſcibilia ſunt.

Subiectum ſcientiæ eſt ipſa res cognoſcenda; & ſcientia tunc eſt perfecta, quãdo de illa omnia ſcibilia collecta, & per cauſas probata ſunt: & hoc methodus docet.

Sapientia ſic diffinitur: Eſt perfectiſſima rerum omnium per altiſſimas cauſas cognitio. Methodus dat modum ad dictam cognitionem obtinendam.

Ex dictis apparet; quod Methodus ſcientifica dat modũ ad oẽs artes, facultates, ſcientiã, atq; ſapientiã cognoſcẽdas, & obtinẽdas.

Fun-

Fundamentum philoſophicum Methodi ſcientificæ tale dici poteſt.

Vbi eſt finis, ibi neceſſario media ad illũ obtinendum eſſe debent: Et qualis eſt finis, talia media, & talis vſus mediorum eſſe debent. Ideo, qui plene de re facienda, vel cognoſcenda cognoſcit finem, media, & bonum vſum mediorum; plenam de illa cognitionem habebit.

De methodo ergo poteſt fieri talis probatio: Maior, Qui cognoſcit plene omnia, quæ, de propoſita re, cognoſcibilia ſunt; plenam, & perfectã de illa cognitionem habet: Minor. Sed Methodus ſcientifica tradit modum, ad omnia cognoſcibilia, de quacunq. propoſita re, plene cognoſcenda: Concluſio. ergo Methodus dicta dat modum, ad omnia entia mundi plene, & perfecte cognoſcenda, atque facienda.

INDEX

Titulorum primæ Tractationis de Methodo.

DISTINCTIO I.

Cap. 1. De homine, & de fine illius. 49
Cap. 2. De ordinatione omnium rerũ, et hominis in fines. 51
Cap. 3. De potentia hominis cognoſcitiua. 52
Cap. 4. De cognitione in genere conſiderata. 53
Cap. 5. De modo, quo ſenſus rerum accipit cognitionem. 54
Cap. 6. De primo modo, quo intellectus entia mundi cognoſcit. 56
Cap. 7. De alto, & perfecto modo, quo intellectus entia mundi perfecte cognoſcit. 58
Cap. 8. De modo addiſcendi veram ſapiẽtiam ab omnibus illam obtinentibus. 60
Cap. 9. De perfecta Sapientia à Deo obtinenda. 60
Cap. 10. De duplici lumine, & Speculo ad perfectam ſapientiam obtinendam. 62

DIST. II.

De ſubiecto, & fine huius Diſtinctionis. 64
Cap. 1. De nomine, & diffinitione Methodi ſcientificæ. 64
Cap. 2. De quatuor cauſis Methodi ſcientificæ. 65
Cap. 3. De completa tractatione per Methodum ſcientificam habendam. 65
Cap. 4. De recta ratione ſtatuendi ſubiectum in qualibet ſcientia. 66
Cap. 5. De recta ratione ſcibilia omnia de ſtatuto ſubiecto colligenda. 68

Cap. 6.

Cap 6. De concluſionibus ſtatuendis. 69
Cap. 7 De ratione Methodica ad probandum. 70
Cap. 8. De Methodica ratione ad Doctrinam habitam edocendam. 72
Cap 9. De Methodica ratione ad confutandum. 73
Cap 10. De ſolutione argumentorum. 74
Cap. 11. Praxis, & Compendium de vſu methodi ſcientificæ. 74

DIST. III.

De fine, & ſubiecto huius diſtinctionis. 76
Cap. 1. Proponitur concluſio probanda. 76
Cap. 2. De probatione dictæ concluſionis. 76
Cap. 3. De probatione maioris. 78
Cap. 4. De probatione minoris. 78
Cap. 5. De duplici fine Methodi ſcientificæ. 79
Cap. 6. De Methodica, & generica tractatione. 79
Cap. 7. De Methodo rei particulari applicata. 80
Cap 8. Explicatur recta ratio ad omnia ſcibilia in genere colligenda, atque probanda. 80
Cap. 9. Probatur omnia in maiori enumerata ſcibilia eſſe de re. 81
Cap. 10. Afferuntur aliquæ diffinitiones ad dictas probationes magis confirmandas. 83
Cap. 11. Explicatur recta methodi ratio ad ſcibilia de re particulari colligenda, atque probanda. 85
Cap. 12. De propria, & diſtincta rerum particularium cognitione. 86
Cap. 13. Epilogus primæ partis ſpeculi. 87
Nota eorum, quæ de omni re tractanda ſunt. 88
Annotationes in primam tractationem de Methodo circa vſum illius. 90

PRAXIS SCIENTIARVM, SEV DIFFVSA TRACTATIO DE METHODO SCIENTIFICA;

Ex Ariſtotele, & Sancto Thoma potiſſimum accepta;

In lumine naturali, & ſupernaturali fundata.

Per quam dirigitur Lector ad omnia entia Mundi plene cognoſcenda, & ad omnes artes, facultates, ſcientias, & ipſammet ſapientiam recte quaerendas, obtinendas, docendas.

Nunc denuo reuiſa, & ampliata.

Authore Patre Don Ioanne Bellarino Clerico Regulari Congregationis Sancti Pauli.

Cum Indice rerum, & Titulorum.

MEDIOLANI,

Apud hær. Pacifici Pontij, & Io. Baptiſtam Piccaleum, Impreſſores Archiepiſcopales. 1630.

PRÆFATIO

Ad ſtudioſum amatorem Sapientiæ.

QVI magno, & excellenti ingenio, benigne Lector, prædici ſunt, ſi ad culmē vnius, vel plurium, vel omnium ſcientiarum & ipſiuſmet ſapientiæ aſpirare cupiunt; Nihil præſtantius, nihil dignius, nihil ad finem ſuum obtinendum vtilius, præſtare poſſunt, quam ſi, vt veram ſciendi Methodum, & perfectam philoſophandi rationem obtineant, ſummo ſtudio, totiſq; viribus enitantur.

Si enim Methodus eſt res nobiliſſima, quæ veluti domina, in domo ſapientiæ, ea; quæ in illa tractanda ſunt, determinat, determinata diuidit, ordinat, ſuis locis collocat, ac recta ratione probare docet: Si etiam cognoſcere de vera, & perfecta Methodo, ex vna parte difficillimum eſt, paucis conceſſum, multis negatum, ex alia vero ſcitu digniſſimum ſit; quia anima ſcientiæ ordo, & methodus eſt: Si quoque hæc ad omnes ſcientias obtinendas, & rectum, & facilem aditum parat; Si demū, abſque hac methodo, impoſſibile eſt, aliquam ſcientiam plene, atque perfecte poſ-

ſidere: Ideo Ariſtoteles dixit; Philoſophiam antiquorum ſimilem fuiſſe puerulo balbutienti, quia Logicam, & Methodum ſciendi non obtinebant: Quis non dicet excellenti ingenio nihil dignius, nihil præſtantius, affirmari debere; quam, vt dictum eſt, ſi Methodum ſcientificam totis viribus ſtudeat obtinere, intelligere, poſſidere? Hanc igitur Methodicam rationem, cum ego, ex grauiſſimis Authoribus, præcipue ex Ariſtotele in Philoſophia, & ex Sancto Thoma in Theologia, ſummo ſtudio, per multos annos mihi comparaſſem, in illaq; me diu, ſtudendo, legendo, docendo exercuiſſem; vtiliſſimum fore exiſtimans, ſi de eadem ad meam, & aliorum vtilitatem, completam, quantum poſſem, tractationem haberem; ad hoc opus peragendum conſtanter aggreſſus ſum; illoq; abſoluto typis dandum eſſe, multorum conſilio, determinaui. Cum autem, illo edito, certior factus fuerim, & doctis viris placuiſſe, & à Typographis ſæpius impreſſum fuiſſe; iterum adhibita diligentia, ad ipſum ampliandũ, & locupletandũ, in lucẽ dare, & amatoribus Sapiẽtiæ dedicare perſuaſus ſum: Vtinã autẽ dicti mei labores, & Deo grati, & Lectoribus vtiles, & mihi ad meritum ſint.

INTRODVCTIO IN PRAXIM SCIENTIARVM

Philoſophis accommodata.

CVM magnum, & arduum opus ſit, tractare, tum practice, tum ſpeculatiue, de modo examinādi, inuenien-di, addiſcendi, & docendi omnes ſcientias, & facultates; ſed etiam tale Opus vtiliſſimum ſit; &, vt multi iudicant, à nullo Scriptore ex profeſſo, & complete explicatum; vt, & magna vtilitas oſtendatur, & grauis difficultas, quantum fieri poteſt, auferatur; In hac introductione, præmittere, quæ ſequuntur, maxime opportunum viſum eſt.

Cap. 1. De Fine, Subiecto, & Titulo huius Praxis.

FInis huius Praxis Scientiarum eſt dirigere ſtudioſum Lectorem, ad ea, quæ ſequuntur

 quuntur

quuntur, in artibus, ſcientijs, & facultatibus recte præſtanda.

Primo, dirigere ad quancunq; ſcientiam, vel facultatem addiſcendam.

Secundo, ad ſcientiam aquiſitam memoria retinendam.

Tertio, ad examinandum, & iudicandum an, qui de aliqua ſcientia, vel facultate ſcripſit, plenam, & completam habuerit tractationem.

Quarto, ad completam tractationem, de quacunque propoſita re inſtituendam.

Quinto, ad ſcientiam, & facultatem à ſe habitam alios edocendam.

Sexto, ad concluſiones, à ſe propoſitas, defẽdẽdas, & ꝓpoſitas ab aliis impugnãdas.

Cum ergo finis iam dictus huic Praxi propoſitus ſit, & medium ad hunc finem obtinendum ſit Methodus ſcientifica; ipſa ſubiectum huius Praxis ſtatuenda eſt: & ideo ſubiectum erit, Modus ſciendi, tum ſpeculatiue, tum practice conſideratus, quo aliqua ſcientia, vel ars, vel facultas, traditur, examinatur, iudicatur.

Inſcribitur autem, Praxis Scientiarum, non quia doceat ſolã Praxim, ſed quia Theoriam practicam, & ad Praxim accommodatam proponit: Dicitur etiam, Scientiarum, non quia ad ſolas ſcientias deſeruiat; artibus enim, & facultatibus vtilis eſt; ſed quia ſcientiæ primum locum obtinent, & ab illis artes, & facultates modum addicendi, docendi, explicandi, tractandi, quaſi mutuo accipiunt.

Potuiſ-

Potuiſſet autem hæc Praxis alias habere accommodatas inſcriptiones; veluti, Scala Scientiarum: Modus Sciendi: Speculum Sapientiæ: Logica Metaphiſicalis, vel Metaphiſica Logicalis: ſed melius à fine, Praxis Scientiarum, & Methodus ſcientifica debere denominari iudicatum eſt.

Cap. 2. De fine hominis, & de neceſſitate Sapientiæ ad illum obtinendum.

Hominem, & Mundum eſſe ordinatos ad finem, omnes rectè philoſophantes affirmant: Quis autem ſit iſte finis, & quę media ad illum obtinendum, explicare difficile eſt. Sed ex Ariſtotele, S.Thoma, S.Auguſtino, & ſacro Concilio Tridentino ita concludi poteſt.

Ariſtoteles in Æthicis ait: Beatitudo eſt finis hominis, & virtus eſt medium ad illum obtinendum. In Metaphiſica ait; Gloria Dei eſt finis mundi, & ſapientia eſt medium per quod obtinetur. Eth. lib. 8 Meta. lib. 12. cap. vlt. tex. 52.

Sacrum Concilium Tridentinũm expreſſe docet: Finem hominis, & per conſequens mundi, eſſe Gloriam Dei, & vitam beatam hominis: idem ait S.Thomas. Seſſ. 6. c. 7.

Sanctus Auguſtinus de fine, & medio hominum, ita ait: Deus creauit hominem, vt ſummum bonum intelligeret; intelligendo amaret; amando poſſideret; poſſidendo frue-

Ex 1. Eth. retur; & in hac fruitione beatitudo hominis poſita eſt. Et idem de mundo dici poteſt; S.Th. 1.2. q.1.& ſeq. Fruitio enim Dei eſt beatitudo animę; Bonus vſus mundi eſt corporis beatitudo: Fruitio autem, & bonus vſus habetur per cognitionem, & amorem, ſeu per Sapientiam, & virtutem: Ex quo manifeſte colligitur, quod ſapientia eſt omnino neceſſaria homini, ad finem ſuum, & mundi obtinendum: Et, ratione etiam probatur; quia abſque cognitione Dei, & operum illius impoſſibile eſt illum glorificare: Et bonus vſus mundi, abſque notitia bonitatis illius, haberi non poteſt: Sapientia ergo homini neceſſaria.

Cap. 3. De Philoſophica diffinitione Sapientiæ, atq; Sapientis.

Expoſitio FInis huius partis Speculi eſt tradere Lectori modum, ad omnia entia mundi Ar. Meta. lib.1.cap.2 perfectiſſime cognoſcenda: Eſt autem triplex gradus cognitionis: Infimus, qui ſimplex dicitur cognitio, & conuenit etiam aliquo modo animalibus: Medius, qui dicitur ſcientia, & eſt cognitio rei per cauſas proprias: Perfectus dictus ſapientia, quæ eſt perfectiſſima omnium rerum per cauſas proprias, & generaliſſimas, ſeu primas cognitio; & de hac afferenda philoſophica deffinitio.

1.Poſt.cap. 2. Scientia ab Ariſtotele ſic diffinitur; Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quā res eſt, & quoniam illius cauſa eſt, & non contingat aliter ſe habere.

Sa-

Sapiēs ab illo in Metaphiſica ſic diffinitur. Lib. 1 ca.2 Ibidem.

Primo ait: Opinamur ſapientem maxime omnia, vt poſſibile eſt, ſcire, non habentem ſingulariter eorum ſcientiam.

Secundo ait: Deinde illum, qui difficilio- Ibidem. ra, neque ſcitu facilia homini cognoſcere poſſit, ſapientem exiſtimamus: Sentire enim omnibus commune eſt, quamobtem facile, & neutiquam ſapientis eſt.

Tertio ait: Item illum, qui certior, & Ibidem. magis docere valens, cauſas reddit, ſapientem in omni ſcientia eſſe.

Hæc tria Ariſtoteles requirit in ſapiente, Ibidem. & ad duo poſſunt reduci, & vnum explicat res cognoſcendas, aliud modum cognoſcendi: De cognoſcendis ait: Debet ſcire maxime Omnia; potiſſimum digniora, & ſcitu difficiliora: De modo ſciendi ait: Debet cōgnoſcere res in generali, & per cauſas, & cū magna certitudine, & ita, vt alios docere poſſit.

Ex dictis autem talis colligitur diffinitio Ibidem. Sapientiæ: Eſt perfectiſſima cognitio, tam ex parte rei cognitæ, quam ex parte modi cognoſcendi: Sapientia enim eſt illud, quo quis efficitur Sapiens.

Cap. 4. *De Methodo ſcientifica, & de neceſsitate illius.*

SIcut Sapientia, & ſcientia eſt neceſſaria homini ad finem ſuum, & mundi obtinendum: ita methodus ſcientifica eſt neceſ- Ar.2.Meta tex.15.c.3

ſaria

ſaria ad perfectam ſcientiam, atque ſapientiam poſſidendam: Dixi autem ad perfectam ſapientiam obtinendam; quia multi, ſine methodo, imperfectam ſapientiam, vt Ariſtoteles ait de antiquis, obtinere potuerunt; ſed nulli abſque illa, perfectam poſſident ſapientiam.

Ibidem. Methodus autem ſic poteſt diffiniri; Eſt recta ratio ad omnia, & ſingula entia mundi, plene, atque perfecte cognoſcenda: Vel ſic: Eſt verus modus addiſcendi, ſciendi, atque docendi; & explicatur: Methodus ſignificat rectam rationem; ſcientificum, effectiuũ ſcientiæ: Et methodus ſcientifica, erit recta ratio ad ſcientiam, & perfectam cognitionẽ plene efficiendam: Sicut enim Grammatica eſt recta ratio, ad congrue loquendum: Rethorica ad perſuadendum: Pictura ad pingendum, ita de aliis: & ſine arte impoſſibile eſt recte facere artificialia, quia implicat, aliquid eſſe ſecundum artem, & contra artem: ita implicat, quod aliqua cognitio ſit perfecta, & non ſit facta ſecundum rectam rationem.

Experiẽtia

Methodus ergo ſcientifica ad perfectam cuiuſcunque rei, & omnium rerum: Item ſcientiarum, & facultatum cognitionem obtinendam, neceſſaria eſt.

Cap. 5. Methodi ſcientificæ quis finis ſit.

Ibidem. EX Ariſtotele, & experientia, finis methodi ſcientificæ eſt omnium, & ſingularum

larum rerum perfecta cognitio: Methodus enim non eſt ſcientia, ſed habet pro fine ſcientiam: ita Grammatica non eſt congrua locutio, ſed eſt modus, & ratio, ad recte loquendum: Idem in aliis.

Operatio autem methodi ſcientificæ, per quam finem ſibi propoſitum debet obtinere, eſt remouere illa, quæ perfectam rerum cognitionem impediunt; & proponere illa omnia, quæ adiuuant, & perficiunt illam.

Cap. 6. De materia, & ſubiecto methodi ſcientificæ.

HOc explicatu difficile eſt: Videtur .n. plura poſſe aſſignari ſubiecta: veluti, primo, omnia entia, vt perfecte cognoſcenda: ſecundo, cognitio omnium rerum, vt obtinenda, & perficienda: tertio, operationes intellectus; vt dirigendæ ad perfectam rerũ cognitionem obtinendam: quarto, modus ſciendi, & bonus vſus illius: quinto, entia rationis, ad perfectam cognitionem dirigendam: ſexto, lumen Logicale, & Metaphiſicale, ſeu principia cognitionis, & bonus vſus illorum: ſeptimo, hæc tria videntur eſſe ſubiectum methodi: Recte ſtatuere ſubiectum: poſtea de illo omnia colligere ſcibilia: Deinde dicta ſcibilia probare: octauo, regulæ, & praxis ad dicta tria præſtanda, ſubiectum methodi eſſe videntur. Demum ſubiectum dici poteſt remouere ea, quæ impediunt; & procurare ea, quæ adiuuant ad per-

De hoc & in breui tractatione In Logica. In Metaph

fectam rerum cognitionem obtinendam.

Experiētia Probatur: quia finis methodi eſt perfecta rerum cognitio, vt obtinenda, & probanda, atque alijs tradenda: Confirmatur: Sicut Grammatica, Rethorica, Poetica tradunt regulas, modum, & rectam rationem ad cõgrue, ornate, & delectabiliter loquendum: ita methodus ſcientifica dat regulas, & bonum vſum illarum, ad ſubiectum in qualibet facultate recte inſtituendum, & ad omnia ſcibilia de illo colligenda, atque probanda.

Cap. 7. De forma Methodi ſcientificæ.

Ex 5. Meta tex. 15. Dici poteſt, quod forma methodi ſcientificæ ſit recta ratio tradendi regulas, & præcepta, & modos, & inſtrumenta, & bonum vſum illorum; demum omnia adiuuantia, ad completam omnium rerum cognitionem quærendam, obtinendam, poſſidendã, atque aliis communicãdam, & probatur experientia: Ita forma Grammaticæ, Rethoricæ, Poeticæ, eſt tradere regulas, & bonum vſum illarum, & omnia deſeruientia, ad habendam congruam, vel ornatam, vel delectabilem locutionem de omnibus rebus, quæ in mundo ſunt.

Ex Ar. ibi. & in Log. Probatur etiam ratione: Omnes enim artes, ſcientiæ, & facultates, aliquem ſibi conſtituunt finem, ad quem omnia ordinant, quę ab illis tractata, vel regulata ſunt; &, à fine propoſito, rectam deſumunt rationem determinandi omnia ad ſuum finem deſeruientia.

For-

Forma ergo methodi ſcientificæ eſt recta ratio faciendi, quæ ſequuntur.

Primo, Conſiderare finem propoſitæ ſcięti, vel facultatis.

Secundo, Recte ſtatuere ſubiectum in illa, dicto fini accommodatum.

Tertio, Colligere omnia, quæ de illo ſubiecto, in ordine ad finē, cognoſcibilia ſunt.

Quarto, Dicta ſcibilia omnia, cum certitudine probare.

Quinto, Soluere argumenta in contrariū allata.

Sexto, Doctrinas oppoſitas confutare.

Septimo, Alios doctrinam iam habitam docere.

Tria autem principalia ſunt: Statuere ſubiectum: Colligere ſcibilia: illa probare: His enim recte habitis: Solutio argumentorum; & confutatio oppoſitæ doctrinæ, & modus docendi cognita erunt.

Cap. 8. De efficiente Methodi ſcientificæ.

Dici poteſt de Methodo, quod Ariſtoteles ait de virtute. Dicit enim virtus nō eſt à natura: ſed eſt ſecundum naturam: Vitium vero eſt contra naturam: Ita methodus fundata eſt in natura, & ab illa originem habet, & poteſt dici fundata in Logica naturali: Explicatur autem ſic: Diuina Prouidentia, homo etiam, & omne agens per intellectum, ordinant omnia ab illis facta, in proprios fines, per propria media, & per *In Ethicis lib. 2. cap. 1. Meta. c. 1*

bonum

Eth. lib. 1. cap. 1.

bonum vſum mediarum; Ariſtoteles autem ait: Media alia ſunt res, vt medicina: alia sūt operationes; vt ſcriptio, & ædificatio; Et omne agens per intellectum determinat operationem, & determinat etiam propriū modum illam producendi, vt in rebus apparet. Deus ergo per naturam determinauit in homine proprium modum cognoſcendi, qui à modo Dei, & Angeli, & animalium valde diuerſus eſt: ideo methodus, quæ eſt modus cognoſcendi, à Deo per naturam determinatus eſt.

S. Th. 1. p. q. 79. art. 11. & 12.

Arist. in Ethic. lib. 6 cap 1. & ſeq.

Explicatur magis: Deus, per naturam, dat homini duplicem habitum naturalem primorum principiorum: Vnum ſpeculatiuum, alium practicum; Principia enim per ſe nota, alia ſunt ſpeculatiua, alia operabilia: Et vterque habitus fundatur in lumine naturali; & Speculatiuus dirigit ad cognitionem; Practicus ad operationem; & à tali lumine deriuatur praxis, & modus tum cognoſcendi, tum operandi. Cum autem in homine plures ſint operationes, veluti cognitio, amor, virtus, & externa operatio; modus illas producendi à dictis principiis per ſe notis reſpectiue eſt deriuatus: Veluti Logica, & Metaphiſica, ex principiis per ſe notis ſpeculatiuis, deducunt verum modum cognoſcendi; Ethica colligit à principiis operabilibus modum agendi; Artes ab eiſdem colligunt modum efficiendi; Omnis ergo methodus, & modus, tum cognoſcendi, tum operandi, à principiis per ſe, & naturaliter notis, per diſcurſum, & rationem ſunt deriuata:

Idem.

uata: Et Deus humano intellectui, & rationi, dedit lumen, & habilitatem ad dictas deriuationes recte faciendas;& vnus eſt magis alio aptus; & cum ſtudio, atque labore facienda eſt hæc deriuatio: & ſæpe factam ab aliis accipere opus eſt: Et nunc hâc ego propono deriuationem ab aliis ex maiori parte acceptam. 1.p q 79. art. 12.

Cap. 9. Conſiderationes circa bonum Vſum methodi.

NVnc de vſu methodi aliquid eſt dicendum.

Theologus videtur ſic methodum diffinire: Eſt recta ratio tendendi in finem mundi, & ſuum. S.Th. 1.2. q.1.& ſeq

Sanctus Auguſtinus videtur ſic illam diffinire:| Methodus eſt recta ratio cognoſcendi, amandi, poſſidendi, vtendi,atq. fruendi.

Philoſophus ait; Hæc recta ratio in ordine poſita eſt; Ait; Hic ordo à fine eſt deſumendus; Ait. Verus ordo in tribus præcipue poſitus eſt; Primum eſt, Verum determinare cuilibet rei finem: ſecundum, ſtatuere media fini accommodata: tertium, preſcribere bonum vſum mediorum. Lib.6.Eth. c.1.& ſeq.

Sanctus Thomas ait: Vſus cuiuſcunq; rei à vero fine illius eſt deſumendus. 1.2. q.16.

Vſus ergo methodi ad cognoſcendum, de hoc enim eſt ſermo, ſic poteſt declarari.

Primo, Cognoſcendus eſt finis rei,ſeu artis,ſeu ſcientiæ,& facultatis, vt Grammaticę. Ar. 6.Eth. c.1. & ſeq.

Ibidem. Secundo, Res cognoſcenda; ideſt ordinata ad illum finem: ſiue ſit res, ſiue operatio, ſiue aliud; ſtatuenda eſt ſubiectum methodicę tractationis.

Arg. ibid. Tertio, Omnia, quæ de tali ſubiecto ſcibilia ſunt, colligere opus eſt, iuxta regulas, quę à methodo tradita ſunt.

Ar. 1. poſt. cap. 1. Quarto, dicta ſcibilia de ſubiecto probanda per inſtrumenta à methodo aſſignata. Hic methodi ſcientificæ bonus vſus eſt; & nunc magis explicatus erit.

Cap. 10. *De recta ratione ſtatuendi ſubiectum.*

Metaph. PRima regula; Non ens; item Ens per accidens, non poſſunt conſtitui ſubiectū.

Ibidem. Secunda, omne ens per ſe; ideſt per ſe factū, & per ſe ordinatum ad finem; poteſt conſtitui ſubiectum ſcientiæ, vel facultatis.

Experiētia Tertia, entia per ſe ſunt; Deus; naturalia; ſupernaturalia; artificialia; entia rationis: vt Syllogiſmus; Moralia, vt virtus: Legalia, vt Teſtamentum.

1. p. q. 22. Ar. 1. Ethi. Quarta, omne ens per ſe, Deo excepto, eſt ordinatum ad aliquem finem, & per propriā operationem: Et tum ipſum, tum illius operatio poſſunt eſſe ſubiectum.

6. Ethic. Quinta, aliud eſt ſcientia, aliud ars, & facultas: Scientia habet pro fine ſcire, & illius ſubiectum eſt res cognoſcenda, Facultas dicitur à faciendo, & illius finis eſt opus, ſeu res facienda; & ſubiectum eſt operatio, per

quam

quam res illa facienda eſt: Hæc autem operatio in bono vſu mediorum poſita eſt:

Sexta, Subiectum debet eſſe vnum: Non debet dici de alio ſubiecto, nec eſſe in alio ſubiecto, & omnia in ſcientia conſiderata, debent reduci ad illud, vel vt principia, vel vt paſſiones, vel vt partes. 1. Poſter.

Subiectum Diuinę Sapientiæ Deus eſt; Subiectum Euangelicæ Sapientiæ eſt Regnum Dei, & Chriſti: Subiectum metaphiſicæ Ens, vt Ens; Subiectum philoſophię naturalis partes entis, corpus, cælum, anima: Subiectum philoſophiæ moralis, eſt ens morale, Virtus, Vitium; Logicæ ſubiectum eſt Ens rationis directiuum cognitionis: Grammaticæ Ens rationis directiuum congruæ locutionis, ſeu directio illius ſubiectum eſt. Idem de Rethorica, Poetica, Hiſtoria, Iuris prudentia: Subiectum artium, & facultatum, eſt recta productio, & bonus vſus illorum, quæ ab illis facienda ſunt, veluti ſcriptio, ędificatio, cantus, & ſimilia. S. Th. 1. p. Cate pct. 2

Cap. II. De recta ratione ad ſcibilia colligenda.

De hoc Ariſtoteles, multa dicit, & præcipue ſequentia.

Primo ait; De omni ſcibili, & factibili ſubiecto, quatuor cauſæ ſunt cognoſcendæ. 1. Poſt.

Secundo ait: Omnia, quæ ſubiecto ſtatuto ſemper, & neceſſario inſunt, ſcibilia ſunt. Ibidem.

Tertio ait: Omnia, quæ per ſe ſubiecto Ibidem.

conueniunt, ſcibilia de illo ſunt.

2.Poſt.c.1. Quarto ait: Scibilia, quæſita, & ſcita, quatuor ſunt: An ſit; Quid ſit; Quia ſit; Propter quid ſit: Sed magis practice dici poteſt, eſſe quinque: An ſit: Quid ſit: Ad quid ſit: Quia ſit: Propter quid ſit; Et de his ſummatim aliquid dicendum.

Ibidem. Scibile an ſit, explicat cauſam efficiẽtem, productionem, exiſtentiam, & corruptionem propoſitæ rei.

Ibidem. Quid ſit; explicat eſſentiam, materiam, & formam, & partes, ac gradus illarum.

In Ethic. Ad quid ſit; declarat finem, ordinationẽ finalem, & rectam tendentiam in illum.

2.Poſt. Quia ſit: Colligit omnia accidentia, paſſiones, proprietates, operationes, quæ rei per ſe, & in ordine ad proprium finem, conueniunt.

Ibidem. Propter quid ſit, aſſignat cauſas dictorũ, & dat modum, & inſtrumenta ad illa de ſubiecto cum certitudine probanda.

Experiẽtia Dictis autem addendum, quod de ſubiecto, quod ſit ens reale; plura genera ſcibiliũ, ſeu prædicatorum poſſunt conſiderari, vt in homine patebit.

Phiſica. Et primum eſt prædicatorum realium; veluti, Homo habet animam, intellectum.

Logica. Secundum, continet prædicata Logicalia; veluti, Homo eſt ſpecies, habet genera, & differentias.

Metaphiſ. Tertium, dicit prædicata metaphiſicalia, veluti, Homo eſt Ens, habet Eſſentiã, & Eſſe.

Ethica. Quartum, habet prædicata moralia, veluti; Hic homo eſt bonus, virtuoſus, prudens.

Quin-

Quintum, explicat legalia; veluti, Hic homo eſt hæres Titij, Dominus Seij.

Sextum, prædicata Theologica, S. Petrus fuit Apoſtolus.

Ex dictis poſſunt colligi ſcibilia de propoſito ſubiecto; Habetur etiam ratio ad illa diſtinguenda, ordinanda, explicanda. Et de hoc ſuo loco.

Cap. 12. *De recta ratione ad ſcibilia probanda.*

CVM ſcientia ſit certa cognitio, neceſſe eſt, quod methodus ſcientifica dirigat ad certam de ſcibilibus cognitionem obtinendam; certa autem probatio ad hoc præſtandum optimũ eſt medium: ideo ad illã pertinet tradere modum certæ probationis. Hoc autem ita fieri poteſt. Ar. 1. poſt.

Primo, proponendæ ſunt cõcluſiones probandæ; in quibus ſtatutum ſubiectum ſit minus extremum, & ſcibilia ſunt prædicata; veluti ſit homo ſubiectum, & prædicata ſint ſex: primum phiſicum, homo habet vitam: ſecundum metaphiſicale; Homo eſt Ens: tertium Logicum; Homo eſt ſpecies: quartum morale; Homo eſt capax virtutis: quintum Legale; Hic homo eſt verus hęres Titij: ſextum Theologicum, Petrus fuit Apoſtolus, & ſimilia. Logica.

Secundo, inuenienda ſunt media certæ probationis; quæ alia eſt affirmatiua, alia negatiua; & talis eſt regula ad media inuenienda; quando aliquod tertium diſtinctum à prædicato, & ſubiecto propoſitæ concluſio- 1. & 2. poſt ex Met.

nis, habet vel neceſſariam connexionem; vel neceſſariam diſiunctionem cum vtroque; tunc tale tertium erit verum medium ad certam probationem, tum affirmatiuam; tum negatiuam de illa concluſione efficiendam: Exempla ſint.

Eſſentia hominis habet neceſſariam connexionem cum homine, & cum Ente; ideo eſt verum medium, ad probandum, quod homo ſit ens; & probatio ita fit; maior. Omne habens eſſentiam eſt Ens: Minor: Homo habet eſſentiam: ergo, vel ſic: Omne Ens habet eſſentiam; Chimera, vel roſa in hieme non habet eſſentiam: ergo.

Ita anima habet neceſſariam connexionē cum homine, & cum vita, ideo tale medium erit ſic: Omne habēs animā viuit: Homo &c.

Sic diffinitio ſpeciei habet neceſſariam connexionem cum ſpecie, & cum homine, & probatio ita fit: Quod prædicatur de pluribus differentibus numero, in quid, Species eſt; Homo ita prędicatur. ergo.

Idem eſt de diffinitione virtutis: Eſſe ſecundum rectam rationem eſt virtus: Homo eſt aptus natus eſſe ſecundum rectam rationem; ergo aptus natus eſſe virtuoſus.

Ita lex, & teſtamentum aliquando habent neceſſariam connexionem cum hæreditate, & cū hærede, & probatio ita fit: Ille, cui lex, vel teſtamentum dat hæreditatem, verus hæres eſt; Sed huic homini datur à lege, vel teſtamento. ergo.

1. Poſter. Ariſtoteles ait; Medium ordinarium certæ probationis eſt diffinitio ſubiecti, & prædicati;

dicati; ſed prædicati, in concluſionibus habentibus terminos Metaphiſicales, Logicales, Morales, Legales. Et de hoc fuſius loco ſuo.

Cap. 13. *De diuiſione huius Praxis in quatuor Libros.*

IN quatuor Libros hæc Praxis diuiſa eſt. In primo Libro diffinitur, quid ſit perfecta cognitio; quæ methodi ſcientificæ finis eſt. Diffinitur; quid ſit ſcibile; quot ſint ſcibilia; & dantur regulæ ad diſtinctam de omnibus, & de ſingulis perfectam cognitionem obtinendam.

In ſecundo, tractatur de regulis Logicis; per quas cum certitudine probatur, quænam ſint vera ſcibilia; & quot; & ſunt dictæ regulę verum fundamentum certæ cognitionis, & probationis.

In tertio proponuntur decem inſtrumenta ſciendi, per quæ poſſunt fieri certæ probationes de omnibus, quæ de ſubiecto ſcibilia ſunt.

In quarto tractatur de tota methodo: ideſt de modo vtendi tum regulis, tum inſtrumentis, tum principiis; De recta etiam ratione diuidendi ſcientiam in Libros, & in capita, & omnia in illa diſponendi, vt completa tractatio habita ſit.

Hæc pro philoſophica introductione pro nunc dixiſſe ſufficiat.

SECVNDA INTRODVCTIO IN PRAXIM SCIENTIARVM

Sacrę Theologiæ accommodata.

Sum. cont. gentes l. 1. in præf. & lib. 2. cap. 4.

CVM Sanctus Thomas doceat de rebus humanis, atque diuinis duplicem poſſe haberi ſciētiam, & cognitionem; & vna eſt per humanam rationem, & per lumen naturale, qualis eſt doctrina Philoſophorum; alia eſt à Deo reuelata, & in lumine fidei fundata; qualis à Theologis tradita eſt; Ad vtranque autem cognitionem recte obtinendam methodus ſcientifica, lumine naturali, & ſupernaturali illuſtrata deſeruiat; ſitque recta ratio, & modus vtrique accommodatus; iuſtum eſſe videtur, vt aliquid de methodo ſcientifica, in ordine ad ſacrā doctrinam, pro introductione dictum ſit.

Cap. 1. Doctrina de Methodo ſcientifica in ordine ad ſupernaturalia, & ad doctrinam à Deo reuelatam.

Catech. in præf.

CErtum eſt, dari duplicem ordinem rerum; vnum ordinarium, qui dicitur naturalis;

Digitized by Google

turalis;alium extraordinarium dictus ſuper-naturalis: Sicut enim Rex in ſuo regno aliqua facit, iuxta leges ordinarias, alia, ſupra leges, ad libitum ſuum; ita & Deus. Vterque autem ordo à Deo eſt: & Sanctus Thomas ait, entia ſuperioris ordinis ſe habent ad entia inferioris, non æquiuoce, ſed analogice; ideo inter ſe magnam habent, ſed proportionalem conuenientiam; ita vt in vtriſque quatuor conſiderentur, vt ſupra dictum eſt; Exiſtentia, Cognitio, Amor, & vſus, ſeu fruitio; & in ſingulis conueniunt inter ſe, & habeant multa prædicata cõmunia; veluti vtraque ſunt entia per ſe; habent eſſentiam; eſſe; ſuppoſitum; materiam; formam; partes; cauſã efficiẽtem; finalem; ordinationem ad finem; operationem, & alia. De Deo enim dicitur; Eſt ens per ſe; habet eſſe; eſſentiam; non eſt compoſitum: non habet materiam; nec poſſe pati, non habet cauſam efficientem, aut finalem; ſed ipſe eſt cauſa finalis, formalis, & finalis omnium; Eſt omnipotens: habens virtutem ad omnia, quæ vult, efficiẽda: habet operationes ad intra, & ad extra; Deus eſt maxime ſcibilis; & eſt primum ens, à quo omnia ſunt ordinata: Quibus ita exiſtẽtibus, manifeſte apparet; quod eadẽ ſcientia poteſt eſſe de ſubiecto analogo, ſi proportio inter analogata diſtincta ſit: Quod ſi eadem ſcientia poteſt eſſe de Deo, & de creaturis; ſequetur omnino; quod modus ſciendi, & methodus ſcientifica poterit analogice eſſe cõmunis vtriſque: & ſit methodus ſcientifica in genere conſiderata, etiam in ſuper-

S. Th. contra gentes in præfat. Cont. gentes lib. 1. c. 33, & 34

Ex S. Tho. ibidem.

naturalibus locum habebit; & erit recta ratio, & modus ad perfectam de ſupernaturalibus cognitionem indicandam; non dico autem efficiendam; Et poſſent poni ſequentes concluſiones.

Cap. 2. Concluſiones de Methodo ſcientifica lumine fidei illuſtrata.

Et 1. p. q. 73. art. 11. & 12. Ar. 1. poſt. & 6. Eth.

PRima, Methodus ſcientifica eſt lumen, & ſpeculum, & medium, & indicium à Deo, per naturam, hominibus datum, ſimili ratione, qua dedit illis habitum primorum principiorum ſpeculatiuorum, & operabilium; cuius finis eſt, facere homines, qui illo bene vtuntur, certiſſimos, quænam doctrina humana, vel Diuina, vera, vel falſa ſit; nec non, quęnam cognitio de dicta doctrina; certa, vel incerta; completa, vel incompleta; nec inconuenit, quod veritas ſit ſupernaturalis, & ex ſe ignota; inditium vero per ſe notum: Reges enim; cum promulgant aliqua lege, ſuam occultam voluntatem; per promulgationem, & inditia omnibus publica, & nota, hoc fieri neceſſe eſſe, omnes affirmant.

Gen. ca. 3.

Secunda, Hoc lumen, & medium per peccatum Adæ fuit obſcuratum.

Conc Trident. ſeſſ. 5

Tertia, Per lumen fidei, non ſolum reſtituitur in priſtinum; ſed multo magis perficitur, augetur, eleuatur, illuſtratur.

S. Th. contra gentes in præfat.

Quarta, Methodus ſcientifica, lumine naturali, & ſupernaturali illuſtrata; ſi quis illa bene vtatur, eſt optimum medium, lumen, indi-

iudicium, ad veram, certam, completam ſapientiam, tam humanam, quam Diuinam, cũ certitudine cognoſcendam; & à falſa diſcernendam; & ad omnes errores, & hæreſes, & falſas doctrinas cũ certitudine confutandas.

Quinta, Certa cognitio, & bonus vſus illius Theologo valde eſt accommodata. S. Tho ibi.

Sexta, Per illam imperfectio philoſophię, & humanæ ſapientiæ, cum certitudine demonſtratur.

Septima, Per illam neceſſitas ſapientiæ à Deo reuelatæ euidentiſſime comprobatur. Catech. in præfat.

Cap. 3. De differentia inter Theologum, & Philoſophum, & inter Theologiã, atq; philoſophiam ex S.Thoma.

Philoſophus profitetur cognitionem omnium rerum, ait S. Thomas, per cauſas proprias, & vt in ſeipſis conſideratæ ſunt: Theologus profitetur cognitionem de omnibus principaliter in ordine ad Deum; & quatenus ab ipſo, in ipſo, & ad ipſum ſunt: Secundario cognitionem earundem, quatenus in ſeipſis exiſtunt. In Summa cont.gent. lib.2.ca.4.

Philoſophia eſt cognitio rerũ per proprias cauſas; Theologia per proprias, & per altiſſimas. Arg. ibid.

Cap. 7. De recta ratione ſtatuendi ſubiectum ſapientiæ.

PRimo, Homo proprio ingenio, & lumine naturali, examinat de obiecto recte ſtatuendo: ſecundo conſiderat quid Ariſtoteles, & alij iudicauerint, & docuerint de illo recte conſtituendo; tertio quid dicat ſacra Scriptura de tali ſubiecto; Veluti Ariſtoteles ait; ens, vt ens; Theologus ait; Deus ad intra, & ad extra conſideratus: Euangelium in vno loco ait; Deus eſt ſubiectum ſapientiæ; in alio ait; Regnum Dei; & coincidit cum dicto Theologorum: Et ſic Methodus, quoad hanc partem, erat illuſtrata lumine naturali, & ſupernaturali, ſicut Theologo conueniens eſt.

Cap. 8. De modo Theologico ad omnia ſcibilia colligenda.

THeologus primo debet conſiderare, quid dicat Ariſtoteles in Metaphiſica de neceſſitate colligendi omnia ſcibilia; & in Logica de recta ratione hoc faciendi; ſecundo, Ingenio ſuo, ſi vult, & valet, examinabit, an dicta Ariſtotelis, tamquam vera, ſint ſupponenda: tertio conſiderabit, quid Theologi, & quid ſacra Scriptura de hac completa collectione dicant, & ex his iudicabit, quænam ſit completa collectio.

Cap. 9.

Cap. 9. De modo probandi ſcibilia collecta.

THeologus conſiderabit, quid Ariſtoteles dicat de neceſſitate probandi cnm certitudine omnia collecta ſcibilia; & quomodo fiat certa, & demonſtratiua probatio: ſecundo examinauit, ſi vult, an dicta Ariſtotelis ſupponenda ſint vera, & certa: tertio, videndum, quid Theologi, & ſacra Scriptura dicant de duplici modo faciendi certam probationem: primo in lumine naturali; ſecundo in ſupernaturali fundatam: Tunc rectam rationē probandi, determinabit Theologicam.

Hoc modo Theologus rectam rationem quærere debet, & obtinere ſi poteſt, ad veram ſapientiam cognoſcendam, inquirendā, obtinendam; Et in hoc libro de hac methodo datur ſatis exacta cognitio: Sed S. Thomas in vtraque Summa, practice docet vſum illius, ad veram ſapientiam vtroque lumine inquirendam.

PRA-

Cap. 4. De differentia inter ſcientiam ab homine aquiſitam, & à Deo reuelatam.

S. Th. ibid in præf.

AQuiſita poteſt eſſe non vera; vt plurimum non eſt certa; & eſt valde diminuta; ex quo arguitur neceſſitas doctrinę à Deo reuelatæ: Hæc vero doctrina eſt maxime vera, certa, completa, atque perfecta: Et ſcientia de vtraque analogice prędicatur.

Cap. 5. De ſapientia in genere, & in ſpecie conſiderata.

Argum in Meta.ca.2.

SApientia in genere conſiderata ſic poteſt diffiniri: Eſt perfectiſſima, & certiſſima cognitio, de proprio obiecto; & de omnibus quæ per ſe illi conueniunt; ſeu de illo ſcibilia ſunt; & conuenit ſapientiæ Dei, Angelorũ, & hominum.

1. p. q. 14.

Species illius ſunt tres: prima Dei; ſecunda Angeli; tertia hominis.

S. Th. 1. p. q. 14.

Scientia Dei eſt naturalis, per ſe, & neceſſario illi ineſt; & ſic poteſt diffiniri; Eſt perfectiſſima cognitio de ſeipſo, & de regno ſuo; ideſt de omnibus, quæ à Deo facta, & gubernata ſunt; Vel ſic; eſt perfectiſſima cognitio de proprio obiecto, & de omnibus, quæ de illo ſcibilia ſunt: Modus ſciendi eſt neceſſarius, naturalis, æternus.

1. Meta. c. 1 & l. 2. tx. 15

Homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed à

natura

natura non habet ſcientiam, neque modum ſciendi plene determinatum: Opus eſt, vt quęrat, tum ſcientiam, tum modum ſciendi; ita Ariſtoteles. Et vtrunque tribus modis aquirere poteſt: primo per ſe ipſum, ſecundo ab aliquo homine docente; tertio per doctrinam à Deo reuelatam.

Cap. 6. De Methodo in genere, & in ſpecie conſiderata.

IN genere ſic poteſt diffiniri: Eſt recta ratio ad verum obiectum ſapientiæ, & omnia de illo ſcibilia certiſſime cognoſcenda: Conuenit Deo, Angelis, & hominibus. Ibidem.

Modus cognoſcendi in Deo ſic poteſt deſcribi: Eſt modus, ſeu ratio, qua Deus, ab æterno cognoſcit ſeipſum, & opera ſua, ſeu regnum ſuum: Simile quid de Angelo dici poteſt. 1. p. q. 14.

Modus, quo homo cognoſcit ſupra deſcriptus eſt: Cum hic modus eſt perfectus, dicitur methodus ſcientifica; & poteſt perfici per proprium ſtudium, per doctrinam hominũ, & per doctrinam à Deo, hoc eſt per lumen fidei: Perfectio autem illius in tribus poſita eſt; primo in recte ſtatuendo ſubiecto ſapiẽtiæ; ſecundo in ſcibilibus complete colligendis; tertio in certa probatione dictorum ſcibilium: Et hæc tria homo poteſt quęrere, proprio ſtudio, hominum doctrina, & à Deo docente. In 1. met.

Cap. 4. De differentia inter ſcientiam ab homine aquiſitam, & à Deo reuelatam.

S. Th. ibid in præf.

AQuiſita poteſt eſſe non vera; vt plurimum non eſt certa; & eſt valde diminuta; ex quo arguitur neceſſitas doctrinę à Deo reuelatæ: Hæc vero doctrina eſt maxime vera, certa, completa, atque perfecta: Et ſcientia de vtraque analogice prędicatur.

Cap. 5. De ſapientia in genere, & in ſpecie conſiderata.

Argum in Meta. ca. 2.

SApientia in genere conſiderata ſic poteſt diffiniri: Eſt perfectiſſima, & certiſſima cognitio, de proprio obiecto; & de omnibus quæ per ſe illi conueniunt; ſeu de illo ſcibilia ſunt; & conuenit ſapientiæ Dei, Angelorũ, & hominum.

1. p. q. 14.

Species illius ſunt tres: prima Dei; ſecunda Angeli; tertia hominis.

S. Th. 1. p. q. 14.

Scientia Dei eſt naturalis, per ſe, & neceſſario illi ineſt; & ſic poteſt diffiniri; Eſt perfectiſſima cognitio de ſeipſo, & de regno ſuo; ideſt de omnibus, quæ à Deo facta, & gubernata ſunt; Vel ſic; eſt perfectiſſima cognitio de proprio obiecto, & de omnibus, quæ de illo ſcibilia ſunt: Modus ſciendi eſt neceſſarius, naturalis, æternus.

1. Meta. c. 1 & l. 2. tx. 15

Homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed à

natura

natura non habet ſcientiam, neque modum ſciendi plene determinatum: Opus eſt, vt quęrat, tum ſcientiam, tum modum ſciendi; ita Ariſtoteles. Et vtrunque tribus modis aquirere poteſt: primo per ſe ipſum, ſecundo ab aliquo homine docente; tertio per doctrinam à Deo reuelatam.

Cap. 6. De Methodo in genere, & in ſpecie conſiderata.

IN genere ſic poteſt diffiniri: Eſt recta ratio ad verum obiectum ſapientiæ, & omnia de illo ſcibilia certiſſime cognoſcenda: Conuenit Deo, Angelis, & hominibus. Ibidem.

Modus cognoſcendi in Deo ſic poteſt deſcribi: Eſt modus, ſeu ratio, qua Deus, ab æterno cognoſcit ſeipſum, & opera ſua, ſeu regnum ſuum: Simile quid de Angelo dici poteſt. 1. p. q. 14.

Modus, quo homo cognoſcit ſupra deſcriptus eſt: Cum hic modus eſt perfectus, dicitur methodus ſcientifica; & poteſt perfici per proprium ſtudium, per doctrinam hominũ, & per doctrinam à Deo, hoc eſt per lumen fidei: Perfectio autem illius in tribus poſita eſt; primo in recte ſtatuendo ſubiecto ſapiẽtiæ; ſecundo in ſcibilibus complete colligendis; tertio in certa probatione dictorum ſcibilium: Et hæc tria homo poteſt quęrere, proprio ſtudio, hominum doctrina, & à Deo docente. In 1. met.

Cap. 7.

Cap. 4. De differentia inter ſcientiam ab homine aquiſitam, & à Deo reuelatam.

S.Th. ibid in præf.

AQuiſita poteſt eſſe non vera; vt plurimum non eſt certa; & eſt valde diminuta; ex quo arguitur neceſſitas doctrinę à Deo reuelatæ: Hæc vero doctrina eſt maxime vera, certa, completa, atque perfecta: Et ſcientia de vtraque analogice prędicatur.

Cap. 5. De ſapientia in genere, & in ſpecie conſiderata.

Argum in Meta.ca.2.

SApientia in genere conſiderata ſic poteſt diffiniri: Eſt perfectiſſima, & certiſſima cognitio, de proprio obiecto; & de omnibus quæ per ſe illi conueniunt; ſeu de illo ſcibilia ſunt; & conuenit ſapientiæ Dei, Angelorũ, & hominum.

1.p. q. 14.

Species illius ſunt tres: prima Dei; ſecunda Angeli; tertia hominis.

S. Th. 1.p. q.14.

Scientia Dei eſt naturalis, per ſe, & neceſſario illi ineſt; & ſic poteſt diffiniri; Eſt perfectiſſima cognitio de ſeipſo, & de regno ſuo; ideſt de omnibus, quæ à Deo facta, & gubernata ſunt; Vel ſic; eſt perfectiſſima cognitio de proprio obiecto, & de omnibus, quæ de illo ſcibilia ſunt: Modus ſciendi eſt neceſſarius, naturalis, æternus.

1.Meta.c.1 & l.2.tx.15

Homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed à

natura

natura non habet ſcientiam, neque modum ſciendi plene determinatum: Opus eſt, vt quęrat, tum ſcientiam, tum modum ſciendi; ita Ariſtoteles. Et vtrunque tribus modis aquirere poteſt: primo per ſe ipſum, ſecundo ab aliquo homine docente; tertio per doctrinam à Deo reuelatam.

Cap. 6. De Methodo in genere, & in ſpecie conſiderata.

IN genere ſic poteſt diffiniri: Eſt recta ratio ad verum obiectum ſapientiæ, & omnia de illo ſcibilia certiſſime cognoſcenda: Conuenit Deo, Angelis, & hominibus. Ibidem.

Modus cognoſcendi in Deo ſic poteſt deſcribi: Eſt modus, ſeu ratio, qua Deus, ab æterno cognoſcit ſeipſum, & opera ſua, ſeu regnum ſuum: Simile quid de Angelo dici poteſt. 1. p. q. 14.

Modus, quo homo cognoſcit ſupra deſcriptus eſt: Cum hic modus eſt perfectus, dicitur methodus ſcientifica; & poteſt perfici per proprium ſtudium, per doctrinam hominũ, & per doctrinam à Deo, hoc eſt per lumen fidei: Perfectio autem illius in tribus poſita eſt; primo in recte ſtatuendo ſubiecto ſapiẽtiæ; ſecundo in ſcibilibus complete colligendis; tertio in certa probatione dictorum ſcibilium: Et hæc tria homo poteſt quęrere, proprio ſtudio, hominum doctrina, & à Deo docente. In 1. meta

Cap. 4. De differentia inter ſcientiam ab homine aquiſitam, & à Deo reuelatam.

S. Th. ibid in præf. AQuiſita poteſt eſſe non vera; vt plurimum non eſt certa; & eſt valde diminuta; ex quo arguitur neceſſitas doctrinę à Deo reuelatæ: Hæc vero doctrina eſt maxime vera, certa, completa, atque perfecta: Et ſcientia de vtraque analogice prędicatur.

Cap. 5. De ſapientia in genere, & in ſpecie conſiderata.

Argum in Meta. ca. 2. SApientia in genere conſiderata ſic poteſt diffiniri: Eſt perfectiſſima, & certiſſima cognitio, de proprio obiecto; & de omnibus quæ per ſe illi conueniunt; ſeu de illo ſcibilia ſunt; & conuenit ſapientiæ Dei, Angelorũ, & hominum.

1. p. q. 14. Species illius ſunt tres: prima Dei; ſecunda Angeli; tertia hominis.

S. Th. 1. p. q. 14. Scientia Dei eſt naturalis, per ſe, & neceſſario illi ineſt; & ſic poteſt diffiniri; Eſt perfectiſſima cognitio de ſeipſo, & de regno ſuo; ideſt de omnibus, quæ à Deo facta, & gubernata ſunt; Vel ſic; eſt perfectiſſima cognitio de proprio obiecto, & de omnibus, quæ de illo ſcibilia ſunt: Modus ſciendi eſt neceſſarius, naturalis, æternus.

1. Meta. c. 1 & l. 2. tx. 15 Homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed à

natura non habet ſcientiam, neque modum ſciendi plene determinatum: Opus eſt, vt quęrat, tum ſcientiam, tum modum ſciendi; ita Ariſtoteles. Et vtrunque tribus modis aquirere poteſt: primo per ſe ipſum, ſecundo ab aliquo homine docente; tertio per doctrinam à Deo reuelatam.

Cap. 6. De Methodo in genere, & in ſpecie conſiderata.

IN genere ſic poteſt diffiniri: Eſt recta ratio ad verum obiectum ſapientiæ, & omnia de illo ſcibilia certiſſime cognoſcenda: Conuenit Deo, Angelis, & hominibus. Ibidem.

Modus cognoſcendi in Deo ſic poteſt deſcribi: Eſt modus, ſeu ratio, qua Deus, ab æterno cognoſcit ſeipſum, & opera ſua, ſeu regnum ſuum: Simile quid de Angelo dici poteſt. 1. p. q. 14.

Modus, quo homo cognoſcit ſupra deſcriptus eſt: Cum hic modus eſt perfectus, dicitur methodus ſcientifica; & poteſt perfici per proprium ſtudium, per doctrinam hominũ, & per doctrinam à Deo, hoc eſt per lumen fidei: Perfectio autem illius in tribus poſita eſt; primo in recte ſtatuendo ſubiecto ſapiẽtiæ; ſecundo in ſcibilibus complete colligendis; tertio in certa probatione dictorum ſcibilium: Et hæc tria homo poteſt quęrere, proprio ſtudio, hominum doctrina, & à Deo docente. In 1. tract.

Cap. 7.

Cap. 7. De recta ratione ſtatuendi ſubiectum ſapientiæ.

PRimo, Homo proprio ingenio, & lumine naturali, examinat de obiecto recte ſtatuendo: ſecundo conſiderat quid Ariſtoteles, & alij iudicauerint, & docuerint de illo recte conſtituendo; tertio quid dicat ſacra Scriptura de tali ſubiecto; Veluti Ariſtoteles ait; ens, vt ens; Theologus ait; Deus ad intra, & ad extra conſideratus: Euangelium in vno loco ait; Deus eſt ſubiectum ſapientiæ; in alio ait; Regnum Dei; & coincidit cum dicto Theologorum: Et ſic Methodus, quoad hanc partem, erat illuſtrata lumine naturali, & ſupernaturali, ſicut Theologo conueniens eſt.

Cap. 8. De modo Theologico ad omnia ſcibilia colligenda.

THeologus primo debet conſiderare; quid dicat Ariſtoteles in Metaphiſica de neceſſitate colligendi omnia ſcibilia; & in Logica de recta ratione hoc faciendi; ſecundo, Ingenio ſuo, ſi vult, & valet, examinabit, an dicta Ariſtotelis, tamquam vera, ſint ſupponenda: tertio conſiderabit, quid Theologi, & quid ſacra Scriptura de hac completa collectione dicant, & ex his iudicabit, quænam ſit completa collectio.

Cap. 9.

Cap. 9. De modo probandi ſcibilia collecta.

THeologus conſiderabit, quid Ariſtoteles dicat de neceſſitate probandi cnm certitudine omnia collecta ſcibilia; & quomodo fiat certa, & demonſtratiua probatio: ſecundo examinauit, ſi vult, an dicta Ariſtotelis ſupponenda ſint vera, & certa: tertio, videndum, quid Theologi, & ſacra Scriptura dicant de duplici modo faciendi certam probationem; primo in lumine naturali; ſecundo in ſupernaturali fundatam: Tunc rectam rationē probandi, determinabit Theologicam.

Hoc modo Theologus rectam rationem quærere debet, & obtinere ſi poteſt, ad veram ſapientiam cognoſcendam, inquirendā, obtinendam; Et in hoc libro de hac methodo datur ſatis exacta cognitio: Sed S. Thomas in vtraque Summa, practice docet vſum illius; ad veram ſapientiam vtroque lumine inquirendam.

PRA-

PRAXIS SCIENTIFICÆ.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt

De ſcientia, & ſcibili.

VT modus ſciendi, vel Praxis, aut methodus ſcientifica proponatur, neceſſe eſt in primo libro de ſcibili, & de ſcientia pertractare. Sicut enim, ſi quis vellet addiſcere rectam rationem domus ædificandæ, prius illi opus eſſet plene cognoſcere, quæ ſit vera forma domus, & quæ apta ad illam materia reperiatur (qui enim ignorat, quæ ſit forma, & quæ materia, ignorat etiam, quæ forma, & in quã materiam ſit introducenda; hoc autem eſt omnino ignorare, quomodo domus facienda ſit,) ità, qui vult addiſcere modum, vel aquirendi ſcientiam, vel illam docendi, nunquã hoc conſequi poterit, niſi prius, quæ ſit forma ſcientię, & quę illius materia optime norit. Si enim ignoret, quæ ſit forma ſcientiæ, ergo, vt dictum eſt, neſciet producere illam; & ſi non cognoſcit, quæ ſit materia ſcientiæ; ergo nec talem materiam poterit inuenire; At vnamquanque rem ex propria materia, & forma conſtare omnibus notum eſt. Igitur neceſſe eſt primo de materia, & forma ſcien-

tiæ

tiæ conſiderare: Materia autem ſcientiæ ſcibile eſt; forma vero in ipſamet ſciẽtia exiſtit; ideo de ſcibili, & ſcientia primo tractandum erit.

DIST. I.

De cognitione, & de gradibus illius.

ARiſtoteles docet, quod cognitio eſt genus ſcientiæ; cum enim diffinit ſcientiam ait; ſcientia eſt cognitio rei per cauſam: vt igitur cognoſcatur quid ſit ſcientia, primo de cognitione dicendum eſt; 1. poſt. tx. 8

Num. 1. *Quid ſit cognitio.*

DIffinitio cognitionis ab Ariſtotele tradita non eſt, ideo tum ex dictis ab ipſo, tum ex natura rei, tum ex aliis Authoribus colligi debet: videtur itaque ſic diffinienda: cognitio eſt manifeſtatio alicuius rei facta in aliquo, cum aduertentia illius: pro cuius intelligentia ſciendum eſt, quod ad cognitionem duo concurrunt, nempe res, quæ cognoſcitur, ſeu obiectum; & ille, qui cognoſcit, ſeu potentia cognoſcitiua, & vtraque harum rerũ confert aliquid cognitioni: ex parte igitur obiecti eſt manifeſtatio; illud enim quod manifeſtatur eſt obiectum; ex parte vero potentiæ eſt aduertentia; illud enim, quod aduertit cognitioni, cognoſcens eſt: Duo igi-

Ex D. Th. 1. p. q. 106. art. 1. & q. 111. ar. 1.

ex Ar. 2. & 3. de anim

2. 2. q. 173. art. 2.

tur,

tur, vt recte ait D. Thomas in cognitione reperiuntur; vnum eſt manifeſtatio, ſeu apprehenſio rei; aliud eſt iudicium, vel aduertentia, vel expreſſio conceptus, aut verbi. Et perfectio cognitionis magis à ſecundo, quam à primo procedit: vbi enim non eſt aduertentia, ibi cognitio, niſi forte imperfecta, eſſe non poteſt; ſi enim ſola manifeſtatio eſſet cognitio, etiã manifeſtatio facta in ſpeculo cognitio eſſet. Dicitur ergo; cognitio eſt manifeſtatio; quia ſine manifeſtatione non datur cognitio: quæ enim ſunt occulta, vel latent, vel non manifeſtantur, non dicuntur cognoſci, ſed ignorari: dicitur; facta in aliquo; quia hæc manifeſtatio ſemper vel in ſenſu, vel in intellectu fit: dicitur; cum aduertentia illius; quia ad perfectionem cognitionis requiritur iudicium, & aduertentia eius, qui cognoſcit: & hoc indicauit Ariſt. cum dixit, quod ſenſus, & intellectus diſcernunt res, quas cognoſcunt; diſcernere enim ſine iuditio, & aduertentia non fit. Ex natura etiam rei ita eſſe probatur: ſi quis enim obſeruet, quod facies manifeſtatur in ſpeculo; & luna in puteo; & omnia colorata in aere; vnde verum erit, quod talia in illis manifeſtentur; & tamen nullus dicet, quod ſpeculum, vel puteus, vel aer cognoſcant; de ſenſu vero, & intellectu affirmatur cognitio, cum tales in illis manifeſtationes fiunt; iſte apertiſſime intelliget, hanc differentiam ex eo prouenire, quod ſenſus, & intellectus aduertunt rebus manifeſtatis; puteus vero, vel ſpeculum hoc non habent.

De anim. lib. 2. tex. 150. & 3. de ani. tex. 40.

3. de anim tex 67. 68. & 69.

Num. 2.

Num. 2. De cauſis cognitionis.

QVia finis huius operis eſt tradere modum ad cognitionem obtinendam; neceſſe eſt declarare, quomodo fiat cognitio; hoc autem non poteſt dici, niſi quatuor cauſæ illius proponantur; de illis ergo dicendum eſt. Finis igitur cognitionis eſt perfectio potentiæ cognoſcitiuæ; & per illam totius hominis; qui per cognitionem dirigitur ad recte operandum: materia cognitionis, ſicut & aliorum accidentium eſt duplex; vna in qua; & hæc eſt intellectus, & ſenſus; in his enim, vt in ſubiecto reperitur cognitio; Alia circa quam; & hæc eſt obiectum, vel res cognita; circa illam enim verſatur cognitio; & eſt illud, quod in cognitione manifeſtatur; Forma cognitionis dicit duo; nempe manifeſtationem, & aduertentiam, ſeu apprenſionem, & iuditium. In his duobus enim ratio præciſa, & ſpecifica cognitionis fundata eſt. Ad cauſam vero efficientem cognitionis tria potiſſimum concurrunt; primo quidem obiectum; ſecundo lumen; tertio potentia: hoc autem in cognitione ſenſitiua manifeſtum eſt; primo enim res, vt aurū ſeipſam manifeſtat; ſecundo hoc facit virtute luminis; vnde in tenebris poſitum non valet ſe manifeſtare; tertio viſus in hac manifeſtatione iudicat, vel aduertit aurum eſſe; ideo concurrit quadam ratione actiue ad iuditium ferēdū, quod aurum ſit: cum ergo in cognitione duo conſiderētur, manifeſtatio, & iuditium, vel diſcretio

ex 2. de anim. tex. 54. &c.

Ibidem, & tx. 63. &c.

2. de ani. tex. 63. & tex. 136. & ſeq. & tex. 120.

3. de ani. tx. 18. &c. 2. de anim. tex. 66. 67. &c.

de ani. l. 2. tex. 150. & tex. 65.

tio, vt ait Ariſtoteles, quod attinet ad manifeſtationem lumen, & obiectum cauſa efficiẽs ſunt: quod vero pertinet ad iudicium potentia cognoſcitiua cauſa erit; vnde etiam propter hoc cognitio eſt quædam actio; vt enim dicit manifeſtationem, potius quædam paſſio eſſe videtur: Hæ igitur cauſæ illius ſunt.

Num. 3. De lumine intellectuali, & illius applicatione.

Ar. 3. de ani. tex. 17. & 18. & D. Th. 1. p. q. 106. ar. 1. & qu. 111. ar. 1.

Ar. 3. de anim. tex. 18.

SIcut natura in oculo felis duo principia collocauit; vnum, quo illuminet res in nocte; aliud, quo res videat illuminatas; ita in hominis intellectu poſuit, tum virtutem illuminandi omnes rerum veritates, tũ principium illas iam illuminatas cognoſcendi; Hinc fit, vt in homine Ariſt. duplicem aſſerat intellectum; & vnus dicitur agens, cuius officium eſt rerum veritates illuminare; alius dicitur poſſibilis, ad quem ſpectat res ab intellectu agente illuminatas cognoſcere, & intueri: hoc lumen, & principium omnis cognitionis intellectiue: hoc lumen aliud eſt naturale; & hoc omnes homines habent à natura; & Philoſophia in hoc lumine eſt fundata: aliud eſt ſupernaturale; & hoc non omnibus datũ eſt: & prouenit à Deo; & Theologia ab ipſo ſuam obtinet cognitionẽ: Nunc autem de naturali dicendum eſt: Hoc ita pōt diffiniri. Eſt virtus veritatis manifeſtatiua: Omne n. quo aliquid manifeſtatur, lumẽ eſt. Hoc lumẽ aptũ eſt manifeſtare oẽs rerũ veritates:

Arist. tex. 24 de ani. tex. 69. 70.

tates: licet nō oēs, vt ait Ariſt. eadem claritate manifeſtet: ſunt autē veritates in entibus, ſicut colores in rebus; qua enim ratione colores sūt Arg. 3. de
ratio, qua colorata ſenſui viſus ſe manifeſtent; ani. tex. 18
ita veritates ſunt ratio, qua entia intellectui manifeſta fiant; Hæc veritatum manifeſtatio nunquam fit ſine applicatione luminis intellectualis; & quo melius, & diuturnius fit hęc applicatio; eo perfectius veritates manifeſtæ per 1. poſt. tex.
illam redduntur. Super omnia autem veritates 27.
primorum princi piorum hoc lumine, & illius applicatione recte facta clariſſimæ fiunt. Hoc lumine, qui recte ſcit vti, aptus eſt, vt magnus Philoſophus fiat. Ex varia igitur huius luminis applicatione varij gradus in cognitione repe-riuntur: & de his gradibus modo dicere opus eſt.

Nu. 4. *De ignorantia, & de cauſa illius.*

COgnitioni contraria eſt ignorantia; igitur cum contrariorum ſit eadem diſciplina, de iſta quoque dicendum eſt. Ait autem Ariſt. 1. poſt. tex.
duplex eſt ignorantia; vna puræ negationis; & 12.
eſt illa, qua homo ſimpliciter neſcit; veluti ſi quis omnino artem medendi ignoret; alia prauæ deceptionis; & eſt illa, qua homo decipitur in cognoſcendo, exiſtimans ſe ſcire, quod neſcit; veluti ſi credat ſe eſſe peritum in medēdo, cum talis non ſit: & hæc eſt peior altera ignorantia: Porro cauſa primæ ignorantiæ eſt, quia nō fit applicatio luminis intellectualis, vel parum, & debiliter fit, veluti, ſi quis non applicet

intellectum, vt medicinam addiſcat: cauſa vero poſterioris ignorantiæ eſt mala luminis applicatio; veluti quod parum, vel ſuperficialiter applicet; ideo profundã, & intimam rei quidditatem non attingat; ſed iuxta ſuperficiem de re iuditium ferat; decipiaturq; iudicando, quod ſit hoc, cum aliud ſit.

Num. 5. De difficultate cognoſcendi, & de cauſa illius.

1. metaph. proem. 2. meta. tex. 1

Ariſtoteles aſſerit quidem, omnes homines naturaliter ſciendi deſiderium habere; ſed ait etiam non eſſe facile, imo difficile ſcientiam obtinere; ita tamen diſtinguit: quod aliqua ſcire facile eſt; omnia vero intelligere, difficillimum; quod enim quis ex parte medicinam addiſcat, ſi applicet animum, nõ difficile eſt; quod vero perfecte illam poſſideat, magnam difficultatem habet: Ita aliqua de homine faciliter cognoſcuntur: omnia vero, quæ de illo ſcibilia ſunt intelligere, difficile admodum eſt. Duplicem autem videtur attingere cauſam huius difficultatis; vna eſt ex parte rerum; altera vero ex parte intellectus: ex parte quidem rerum, immaterialia, quia ſenſu cognoſci non poſſunt, difficillima cognitu ſunt: per ſenſum enim intellectus ſuam obtinet cognitionem; materialia vero, cum habeant eſſentias tectas, & obuolutas accidentibus; ita vt ſenſus accidentia ſolum cognoſcat, ad eſſentias vero rerum penetrare non poſſit: ſequitur ex parte rerum difficultatẽ oriri in cognoſcendo;

2. metaph. tex. 1.

2. metaph. tex. 1.

do; ſed etiã ex parte intellectus noſtri eſt hæc difficultas; quia vt ait Ariſtoteles, ſicut veſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent; ita & intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ manifeſtiſſima omniũ ſunt. Igitur à rebus, & ab intellectu difficultas datur in cognoſcendo; ex qua difficultate euenit, vt intellectus multa ignoret, in multis decipiatur, aliqua ex parte tantũ: nonnulla imperfecte cognoſcat; pauci etiam, & non ſine magno ſtudio, & labore, plenam, & perfectam obtinent cognitionem: ob hanc igitur difficultatem expedit, ait Ariſtoteles eſſe qui doceant, vt dirigant ad diſcendum.

Nu. 6. De his, quæ adiuuant cognitionem.

PLurima etiam ſunt, quæ adiuuant intellectum, & dirigunt illum ad cognoſcendũ: primo enim innatum deſiderium ſciendi excitat illum ad cognitionem; lumen intellectuale præſto adeſt; & eſt in poteſtate hominis applicare illud ſi velit; res etiam cum ſuis veritatibus per ſenſum intellectui ſe offerunt; Datum eſt homini intellectus agens, qui ſua virtute valet remouere ab eſſentiis rerum per ſenſum cognitarum velamina, & inuolucra accidentiũ adhoc, vt intellectus poſſibilis res ipſas intime, & eſſentialiter cognoſcere poſſit: Huic intellectui data eſt virtus diſcurſiua, vt poſſit à re nota ad ignotam; à cauſa ad effectum; ab effectu ad cauſam; à ſigno ad ſignatum tranſire: data eſt etiã ipſi intellectui Logica naturalis, cuius auxilio valet omnium rerum inquirere veritates,

1. Metaph. proem. 3. de anim. tex. 18.

tes: Data eſt à natura ſpetialis facultas ad prima principia euidenter,& claro lumine cognoſcenda: Demum natura ita comparatum eſt, vt vnus homo tum voce, tum ſcriptura poſſit alium dirigere ad diſcendum: ſiue hoc faciat immediatè veritates rerum proponendo: vt Ariſt. in Philoſophia facit; ſiue regulas tradendo, vt per illas intellectus dirigatur ad veritates cognoſcendas, quod in Logica ab eo præſtitum eſt; ſiue vtroque modo fiat; ſicut à docentibus ſæpiſſime fieri poteſt. Ex quibus omnibus apparet, quod cognitio plures poteſt habere gradus, & de illis modo dicere opus eſt.

1. poſt. tex. 27. 2. Metaph. tex. 2

Num. 7. *De conditionibus, vel differentijs, vel gradibus cognitionis.*

Ariſt. locis infra citat.

EX Ariſtotele, & ex natura rei colligitur, quod in cognitione reperiuntur quinque conditiones, vel differentiæ, vel gradus: modo enim de nominibus longe ſit diſputatio: prima eſt, quod cognitio ſit vera, vel falſa: ſecunda, quod ſit adæquata, vel inadæquata: tertia, ꝙ ſit diſtincta, vel indiſtincta: quarta, quod ſit certa, vel incerta: quinta, quod ſit euidens, vel ineuidens. Ad hæc quinque exiſtimo reduci omnia, quæ ad diſtinguendam cognitionem valeant pertinere. Et de his modo dicendum eſt, quia hæc cognitio ad Praxim ſcientificam eſt valde accommodata.

Num. 8.

Num. 8. De cognitione vera, vel falſa.

VEritas ſic ſolet communiter ad mentem Ariſtotelis diffiniri. Veritas eſt adæquatio, ſeu conformitas inter intellectum, & rem intellectam. Quæ diffinitio duo dicit; primo, quidem quod veritas conſiſtit in quadam relatione, quæ eſt inter intellectum, & rem intellectam; ſecundo, quod talis relatio ſit conformitatis, vel adæquationis: Explicat autẽ Ariſtoteles quid ſit hæc conformitas, vel adæquatio dicens; quando intellectus cognoſcit eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt; tunc inter intellectum, & rem eſt illa relatio, quæ conformitas, vel adæquatio, vel veritas appellatur; cũ vero intellectus cognoſcit eſſe quod non eſt; & non eſſe quod eſt; tunc adeſt alia relatio, quæ inadæquatio, & difformitas, & falſitas appellatur; vera igitur erit cognitio, cum intellectus ita cognoſcit, ſicut eſt in re: falſa; quando aliter cognoſcit, quam ſit in re: vnde ait Ariſt. ex eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa.

Ex Ariſt. 1. peri.cap. 1. & 6 meta. tex. 8. & 2. meta.tex. 4.

4. meta. tex. 27.

Lib. prid. c. de ſubſt.

Num. 9. De cognitione adæquata, & inadæquata.

ADæquatum idem eſt quod proprium, & conuertibile cum ipſa re: illud enim eſt adæquatum alicui, quod neque excedit illud, neque exceditur ab illo; ideſt neque plus, neq; minus dicit, quam ſit in re; veluti diffinitio, & diffi-

Lib. ſpr ad. c. 5. 1. poſt. tex. 11.

diffinitum:inadæquatum dicitur,quod vel excedit, vt genus excedit ſpetiem; vel exceditur, vt homo exceditur ab animali. Adæquata igitur cognitio illa eſt, in qua totum illud cognoſcitur,quod eſt cognoſcibile in re,& neq;plus, neque minus:inadæquata cum vel plus,vel minus cognoſcitur, quam ſit cognoſcibile in re.

Num. 10. *De cognitione diſtincta, & indiſtincta.*

Ar.1.phiſ. tex. 3. 4.5. CLarum,& obſcurum contrariantur: diſtinctum vero, & cõfuſum oppoſita ſunt: Eſt igitur confuſum illud, quod cũ partes habeat, in ratione ſolum totali acceptum eſt:diſtincta vero cognitio erit,cum ſecundũ omnem rationem partium res cognita fuit: cũ enim partes habeant duplex eſſe; vnum in toto; & hoc eſt confuſum, & indiſtinctum; totum enim vnum quoddam eſt, & partes in ipſo conſideratæ nõ vt plura, ſed vt vnum conſiderantur; aliud in ſeipſis, & hoc eſt diſtinctum,quia in ſeipſis cõſideratæ propriam,& diſtinctam rationem habent; euenit vt ſola conſideratio totius, vt hominis, confuſam dicat cognitionem reſpectu partium; cum vero partes hominis ſeparatim Ibid.,tx.5. cognoſcũtur, tunc de homine diſtincta cognitio dicatur.Dicit ergo Ariſt. diffinitum, vt homo, cognitũ in ratione ſola hominis;dicit quidem cognitionem illius adæquatam:non tamẽ diſtinctam: diffinitum enim totum quoddam confuſum eſt,ait.Diffinitio autem dicit diſtinctam, quia diuidit in ſingula, dum partes eſſentiales explicat rei.

Num.11.

Num. 11. *De cognitione certa, et incerta.*

4. Metaph. tex 18. 1. poſt. tex. 16 & tex. 44.

AIT Ariſtoteles, ſi opinans cum ſciente comparetur ſe habet, ſicut male affectus ad veritatem; vbi docet, quod tum opinans, tũ ſciens ſe habent ad veritatem; ſed ſciens firmiter, & immobiliter; opinans vero leuiter, & mobiliter ſe habet ad illam; hoc autẽ eſt, quia ſciens eſt certus de veritate; opinans autem eſt dubius de illa: igitur ex Ariſt. ſic poteſt certitudo diffiniri: Eſt firma, & immobilis adhæſio intellectus ad cognitam veritatem; incertitudo vero erit debilis adhæſio illius ad eandem: cum itaque in cognitione duo ſint; manifeſtatio ex parte obiecti; & iuditium ex parte intellectus: certitudo dicet firmitatem, & perfectionem iuditij eius veritatis, de quo cognitio habita eſt.

Num. 12. *De cauſis certitudinis.*

Ex Ariſt. 1. poſt. tx. 15. & 44. & 2. poſt. tex. 37.

MAxime refert, vt cauſæ certitudinis cognoſcantur; duæ igitur potiſſimum illius cauſæ ſunt; vna ex parte obiecti; alia ex parte intellectus; ex parte obiecti, eſt neceſſitas cognitæ veritatis: cum enim veritas cognita eſt neceſſaria, veluti quod anima ſit cauſa vitæ; apta eſt efficere, vt intellectus firmiter adhæreat illi; & hoc eſt quod Ariſt. ſæpe dicit; ſcientia eſt tantum ex neceſſarijs: quæ enim non ſunt neceſſaria, ſed poſſunt aliter ſe habere, dubium omnino reddunt intellectum, quod

veri-

veritas illa nõ ſemper ita ſit. Altera igitur cauſa certitudinis ex parte intellectus eſt, quod cognoſcant neceſſitatem cognitæ veritatis, veluti quod anima neceſſario cauſa vitæ ſit; & hoc eſt, quod Ariſt. dixit in diffinitione ſcientiæ; oportere cognoſci, quod non contingat rem aliter ſe habere, quam ab intellectu cognitum ſit: cum enim intellectus cognoſcit aliquã veritatem eſſe neceſſariam, & inuariabilem; tunc firmiter, & immobiliter illi adhæret. Sed remanet conſiderare, quomodo intellectus obtineat certum iuditium de neceſſitate veritatis; & dicendum, quod duæ ſunt cauſæ, nempe euidentia, de qua modo dicetur; & fides Diuina, de qua in Theologia tractatur: ambæ autem ad lumen, ſiue naturale, ſiue ſupernaturale reducuntur: Neceſſitas ergo obiecti eſt fundamentum certitudinis; fides vero, & euidentia cauſæ illius ſunt.

1. poſt. tex. 5. & locis citatis.

Num. 13. *De cognitione euidenti, & ineuidenti.*

Ex Ariſt. 2. de ani. tex. 69. & ſeq. & 3. de anim. tx. 18 & 2. poſt. tex. 37. & 1. poſt. tx. 5. & 6.

QVinta conditio eſt euidentia: Euidenti opponitur obſcurum; ſicut certo dubiũ oppoſitum eſt. Differunt autem certitudo, & euidentia; illa enim reſpicit neceſſitatem obiecti; iſta vero claritatem luminis intuetur: illa dicit adhæſionem intellectus ad veritatem; iſta dicit, quodam modo, adhæſionem intellectus ad ipſum lumen: certitudo etiam ſæpiſſime eſt effectus euidentiæ; & hæc illius cauſa eſt; Videtur autem euidentia idem ſigni-

ſignificare, quod clara videntia, & ſic recte poteſt diffiniri: Euidentia eſt rei clara viſio; vbi tria verba ſunt: primum eſt rei; & hoc exprimit materiam, & obiectum euidentiæ; res enim, quæ videtur, obiectum, & materia viſionis eſt; ſecunda particula eſt, viſio; & hæc exprimit perfectum iuditium intellectus; viſio enim rei perfecta cognitio eſt; tertia eſt, clara; & hæc dicit excellentiam luminis, & cognitionis; Ad hoc enim, vt viſio dicatur clara, duo omnino requiruntur; vnum eſt, quod lumen ſit magnum, & clarum; aliud quod videns non à longe, ſed prope; non obiter, ſed attente, & conſiderate videat rem. Cognitio igitur tūc erit euidens, cum intellectus claro lumine, & firma, certaue viſione veritatem intuetur; tunc vero erit ineuidens, vel obſcura, cum vel lumē non clarum, ſed obſcurum eſt; vel intellectus aciem, & acumen ſuum non intenſe, ſed leuiter in cognitam veritatem intendat.

Num. 14. *De cauſis euidentiæ.*

SCiendum eſt, quod manifeſtatio eſt quidā effectus; cuius cauſa adæquata eſt lumen, non qualitercunque ſe habens, ſed applicatum rei illi, quæ debet manifeſtari: omne enim, quo aliquid manifeſtatur, lumen eſt: ſicut ergo cauſa ſe habet ad effectum; ita & effectus ſe habet ad cauſam; vnde fit, quod ſi magnum, & clarū lumen rei alicui non à longe, ſed prope applicetur; tunc res illa veram obtinebit manifeſtationem; ſi vero vel paruum lumen, vel à longe applicatum ſit; tunc obſcuram, & dubiam dicetur

Ex locis citatis.

dicetur habere manifeſtationem. Cum itaque euidentia dicat perfectam manifeſtationem, apparet, quod cauſa illius ſit perfecti luminis congrua, & optima applicatio. Duplex autem reperitur euidentia: vna in ſenſu, alia in intellectu; nunc de intellectuali tantum dicendum eſt. Igitur lumen intellectuale plenum, & plene applicatum euidentiæ vera, & propria cauſa eſt. Ponatur autem, quod in homine ſit naturale lumen ſufficiens ad ſcientificam euidentiã, quæ in quacunq; ſcientia deſideratur; ſed hoc lumen non efficere euidentiam, niſi congrua illius fiat applicatio: Ponatur etiam, quod in tali applicatione duo conſiderentur; nempe res, cui applicatur, & modus applicandi; & quod ille, qui habet rectam rationem, & modum cognoſcendi quibus, & quomodo hoc lumen debeat applicari, vt hanc, vel illam ſcientiam, & euidentem cognitionẽ obtineat; iſte dicetur habere modum ſcientiam addiſcendi, inueniendi, atq. docendi: quod ad finem, & vſum huius Praxis cognoſcẽdum poterit deſeruire. Ex hoc autem apparet, quod in hac Praxi debet tradi modus, & ratio, quo quis ſciat, quibus, & quomodo, circa propoſitam rem, lumen intellectuale debeat applicare. Hæc igitur de gradibus cognitionis dicta ſufficiant.

Nu. 15. *De perfecta cognitione, quid ſit.*

8. phiſ. tex. 63. & 5. meta. tx. 25. & 31 EX dictis poteſt determinari quid ſit perfecta cognitio: neceſſe eſt autem hoc facere, quia ſcientia quædam perfecta cognitio eſt.

eſt. Perfectum autem ait Ariſtoteles eſt illud, cui nihil abeſt; ſeu cui nihil deeſt; ſed omnia habet, quæ habere debet: totum enim, & perfectum, ait, vel idem ſunt, vel differunt parum; perfectum enim dicitur quaſi plene factum: Illa igitur cognitio erit perfecta, quæ habet omnia, quæ in cognitione poſſint deſiderari: ſi enim habet omnia, quæ in cognitione dicunt perfectionem, ergo cognitio perfecta eſt: quænam autem ſit talis cognitio dicendum eſt. Perfecta igitur cognitio erit, ſi habeat has quinq; cōditiones: primo quod ſit vera: ſecundo quod ſit adæquata: tertio quod ſit diſtincta: quarto quod ſit certa: quinto quod ſit euidens. Quod ſi vna tantum harum conditionum, quæcunq; illa ſit, deſit; tunc cognitio illa prout modo accipitur, perfecta non erit: quia aliquid illi deerit, quod in cognitione perfectionem dicere poteſt; & verum erit dicere, quod in tali cognitione, aliquid deeſt: ideo plene facta non ſit; probatur autem duplici ratione, quod talis cognitio perfecta ſit.

Prima ratio eſt hæc. Cum in cognitione dentur quinque differentiæ: nempe quod ſit vera, vel falſa: adæquata, vel inadæquata: diſtincta, vel confuſa; certa, vel dubia; euidens, vel obſcura; nullæque aliæ differentiæ alicuius momenti, præter has, in cognitione reperiantur; ſintq. hæ differētiæ ita inter ſe oppoſitæ, vt vna dicat perfectionem, alia imperfectionem: manifeſte apparet, quod ſi in cognitione, quam diximus, remotæ ſunt omnes differentiæ, quæ dicunt imperfectionem; & collectę ſunt illæ, quæ *Arg. ex locis citatis.*

perfectionem dicunt: Illa vere, & realiter perfecta cognitio dicenda eſt: ſi enim colligit omnem perfectionem, & nullam omittit, ergo perfectiſſima eſt.

1. phiſ. tex. 1. 2. phiſ. tex. 27. Secunda ratio eſt hæc. Illa res dicitur eſſe perfecta, quæ plene, & perfecte habet omnes, & ſingulas cauſas, quæ illam producunt: hoc apud omnes notiſſimum eſt; & omnes ita fatentur; & Ariſt. ſæpiſſime hoc dicit; & ratio ipſa ſuadet; ſi enim tota rei perfectio à cauſis dependet; ergo perfectio cauſarum ipſius rei certiſſimam perfectionem continebit: Modo apparet, quod cognitio, cui inſunt quinque conditiones iam dictæ, plene, & perfecte habet omnes, & ſingulas ſuas cauſas, nempe materialem; formalem; efficientem, & finalem; ideo perfectiſſima erit; probatur autem ita eſſe. Materia cognitionis eſt duplex; in qua; & hæc eſt intellectus; circa quã; & hæc eſt obiectum: illa igitur conditio; Certa; cum dicat perfectam adhæſionem intellectus ad veritatem, perfectiſſime dicit cognitionem intellectui tanquam ſubiecto inhærere: illæ vero duæ conditiones; adæquata, & diſtincta; dicunt totum illud, quod in obiecto cognoſcibile eſt; cum enim obiectum cognoſcitur in ratione adęquata totius; & in ratione diſtincta partiũ; omnis ratio obiectiua plene, & perfecte accepta eſt: cauſa igitur materialis ſuam obtinet perfectionem: porro cauſa efficiens cognitionis ſunt lumen, & intellectus; illud eſt cauſa manifeſtationis; iſte iuditij; cauſa vero formalis ſunt ipſa manifeſtatio, & iuditium; cum ergo

go illæ duæ conditiones; certa; & euidens; dicant perfectionem manifeſtationis, & illius cauſæ; ſimiliter perfectionem iuditij, & illius cauſæ; euidentia enim dicit perfectionem luminis, & manifeſtationis; certitudo vero dicit vehementem applicationem intellectus, & certitudinem, vel determinationẽ ſui iuditij; manifeſtiſſime apparet, quod cauſa formalis, & efficiens perfecta eſt: Demum illa conditio; vera, dicit plenam rationem cauſæ finalis; quia finis cognitionis eſt, vt res homini, ſicuti ſunt, innoteſcant; ex hoc enim hominis operationes recte dirigentur.

Hæc igitur eſt diffinitio perfectæ cognitionis: ſaltem, quod omnes dictæ conditiones in perfecta cognitione requirantur, certiſſimum eſt: ſi quis autem velit aliquid addere, faciat vt libet: mihi ſatis eſt in hac Praxi dirigere, vt quis cognitionem cum dictis conditionibus valeat obtinere: hæc igitur diffinitio quadam ratione ianua eſt, & fundamentum eorum omnium, quæ in toto hoc opere circa Praxim dicenda ſunt. Ipſa enim exprimit completam rationem finalem eorum omnium, quæ in hac Praxi tradere opus eſt. Intentio enim eſt dirigere lectorem, vt poſſit perfectam obtinere cognitionem cuiuſcunque propoſitæ rei: igitur quæ de cognitione dicta ſunt, ſi bene intelligãtur, magnum lumen ad ea, quæ in hoc opere ſunt dicenda, afferre poſſunt. Nunc de ſcientia dicendum eſt.

DIST. II.

De ſcientia, & modo ſciendi.

ARiſtoteles in principio Methaphiſicę dedit diffinitionem ſapientis; & in initio Poſteriorũ attulit ſcientię diffinitionem; & hoc non ſine cauſa fecit; tractatum enim de prima Philoſophia, & de modo ſciendi, à diffinitione ſcientiæ initiũ habere, conueniens erat: nobis igitur idem, & eadem ratione faciendum eſt.

Num. 1. Quid ſit ſcientia.

1. poſt. tx. 2 SCientia generice, & largo modo accepta communiter ita diffinitur: eſt intellectiua cognitio vera, certa, & euidens: dicitur cognitio, quia omnis ſcientia cognitio eſt; & Ariſt. ait, ſcire eſt cognoſcere: dicitur intellectiua; quia non in ſenſu, ſed in intellectu datur illa cognitio, quæ ſcientia eſt. Dicitur vera; quia ſcientia eſt tantum de veritate, ait Ibidem. Ariſt. & per hoc diſtinguitur à cognitione ſophiſtica, quæ non veritatem, ſed apparentiam, & deceptionem habet. Dicitur certa; vt diſtinguatur ab opinione, quæ dubia cognitio eſt: Dicitur euidens; vt diſtinguatur à fide, quæ poteſt habere certitudinem, non tamen euidentiam: hæc igitur deſcriptio conuenit omni ſcientificę cognitioni, tam principiorum, quàm concluſionum; ideo ſcientiæ largo modo acceptæ diffinitio eſt.

Num. 2.

Num. 2. De ſcientia actuali, & habituali; ſeu totali, & partiali.

SCientia modo diffinita, alia eſt totalis; ſeu, vt alij dicunt, habitualis; alia partialis, ſeu vt aliter dicitur, actualis. Totalis eſt, in qua tota (quæ de re poſſit haberi) cognitio continetur; veluti Ariſt. in Phiſicis, omnia collegit, quæ ad cognitionem corporis naturalis pertinebant: idem fecit in libris de cælo, & de anima, atque ita de alijs: partialis eſt, quæ non dicit totum, ſed partem cognitionis alicuius rei. Veluti in Phiſicis cognitio, quid ſit natura, vel motus; talis enim cognitio pars eſt totalis cognitionis, quæ eſt de corpore naturali: Totalis autem ſcientia dicitur habitualis, quia tot cognitiones collectæ in vnum non poſſunt ſimul haberi actu; ſed habitu tantum obtinentur: Partialis vero dicitur actualis; quia vnica rei cognitio actu etiam ſimul haberi poteſt: de totali igitur modo dicendum eſt: Eſt enim intẽtio tradere modum, vt quis poſſit colligere omnes ſcientificas cognitiones, quę de quacunque propoſita rè poſſint haberi. Vt phiſica. Metaphiſi. Ethica. &c.

Num. 3. De diffinitione ſcientiæ traditæ ab Ariſt. primo libro Poſteriorum.

SCientia ab Ariſt. ſic diffinitur. Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt; quoniam illius cauſa eſt; & non contingat aliter ſe habere. In qua diffinitione Ariſt. tria 1. poſt. tx. 2

aſſerit ad ſcientiam requiri; primo quod ſit cognitio rei per cauſam, à qua res ineſſe dependet; ſecundo quod ſciatur, quod illa ſit cauſa, & vera cauſa; veluti non ſufficit cognoſcere, quod omne habens animam habet vitã; ſed neceſſe eſt cognoſcere, quod anima vera cauſa vitæ ſit; tertio debet ſciri, quod non poſſit aliter ſe habere, quàm ab ipſo cognitum ſit; quod eſt habere certitudinem, & euidentiam. Sunt autem aliquæ dubitationes circa hanc diffinitionem; prima eſt, an hæc diffinitio conueniat tantum ſcientiæ accidentium, quę in demonſtratione per cauſam cognoſcuntur; ibi enim videtur in gratiam demonſtrationis diffiniri: ſed dicendum conuenire etiam ſcientiæ, quæ de ſubſtãtia habetur; quia ſæpe Ariſt. hoc affirmat, & ratio ſuadet; quia etiã ſubſtantia cauſas habet; & per illas ſcientia de ipſa haberi debet: ſecunda dubitatio eſt, an quando vel accidens, vel ſubſtantia plures cauſas habent, ſufficiat cognoſcere per vnam tantum, cum Ariſt. in ſingulari dicat per cauſam; & dicendum, quod Ariſt. ait per cauſam, propter quam res eſt; ſiue igitur ſit vna, ſiue plures, modo per illas res exiſtat, cognitio per eaſdem haberi debet. Hæc igitur eſt bona diffinitio ſcientiæ, & communis eſt; licet demonſtratiuæ ſcientiæ magis propria videatur.

Vt ait pri. phiſ. tx. I.

Num. 4. De diffinitione ſcientiæ habitualis, vel totalis.

SCientia habitualis ſic poteſt diffiniri. Eſt perfectiſſima rei coguitio; vel ſic: Eſt propoſitæ

poſitæ rei intellectiua cognitio vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens: patet autem ita eſſe: Si enim perfecta cognitio has conditiones requirit; & ſcientia eſt perfectiſſima cognitio; ergo illas omnes habere debet. Sed ex Ariſt. etiam ita probatur: ipſe enim in ſuis tractationibus ſcientiam cum his conditionibus tradit; ipſe docet, quod ſcientia debet omnino eſſe ex veris; ex primis, ſeu proprijs; quod in ſcientia debet haberi cognitio diſtincta, certa, & euidens: vnde diffinitio ſcientiæ bene ſic tradita eſſe videtur. Ex Ar. locis ſupra cit.

Num. 5. De Vnitate ſcientiæ.

VNitas ſcientiæ potiſſimum accipitur ab vnitate ſubiecti; illa enim ſcĭētia eſt vna, quæ de vna aliqua re tractat, veluti de corpore naturali, de anima, & ſimilibus: Vnum autē dicitur ſubiectum, non tantum, quia ſimplex quædam res ſit, ſed magis, quia ſub vna quadā ratione conſideratur; vnde contraria in eadē ſcientia conſiderantur; ita Ariſt. ſimul agit de generatione, & corruptione; de longitudine, & breuitate vitæ: ita ſimul agit de corporibus ſimplicibus, nempe cęlo, & elementis; quæ tamen plura ſunt. 1. poſt. tex. 43.

Num. 6. De ſcientia practica, & ſpeculatiua.

AIt Ariſt. ſcientia eſt ſpeculatiua, cuius finis eſt veritas, ideſt in qua ſapiens tan- 2. Metaph. tex. 3.

tum intendit ſcire, non operari; & ſic philoſophia ſcientia ſpeculatiua eſt: practica illa dicitur, cuius finis eſt opus: veluti medicina practica eſt, quia eius cognitio ad opus communiter ordinatur.

Num. 7. De ſcientia ſubalternante, & ſubalternata.

1. poſt. tex. 20. & 23. & 30. SVbalternatio eſt quædã ſubordinatio vnius ſcientiæ ad aliam: ita vt vna ſub alia ſit; illa vero dicitur ſubalternans, ſub qua alia conſtituitur; illa vero ſubalternata, quæ ſub illa eſt conſtituta: talis autem inter ipſas eſt differentia; ſubalternata accipit à ſubalternante principia, quibus probet concluſiones, quæ de ſuo ſubiecto probandæ ſunt: & hæc ſubalternatio potiſſimum in mathematicis locum habet. Verum ad Praxim parum refert de his conſiderare; ideo longa de illis tractatio habenda non eſt.

Num. 8. De modo ſciendi, & quid ſit.

2. Metaph. tex. 15. QVod ſcientia diſtinguatur à modo ſciendi, aperte docet Ariſt. dicens, inconueniens eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi; ſi ergo prius vult quæri modum ſciendi, quàm ſcientiam, ergo aliud eſt modus ſciendi, quam ſcientia: patet etiam ratione; ſicut enim ſe habet ars ædificandi ad domum, quæ ædificatur; ita ſe habet modus ſciendi ad ſcientiam, quæ per illum obtinetur;

ſed

ſed ars ædificandi diſtinguitur à domo: ergo & modus ſciendi diſtinguitur à ſcientia: deinde ſcientia eſt perfecta rei cognitio; modus autem ſciendi eſt veluti quædam ratio, qua quis poſſit talem perfectam cognitionem obtinere; ſic igitur poteſt diffiniri. Modus ſciendi eſt recta ratio rerum ſcibilium: ſicut enim Ariſt. de arte ſic ait; eſt recta ratio rerum factibilium; quia eſt tale, quid, vt per artem factibilia recte fiant; ita modus ſciendi dicetur recta ratio rerum ſcibilium; quia per ipſum de ſcibilibus recte ſcientia haberi poteſt. Omne igitur, quod poteſt dirigere, & manuducere intellectum ad obtinendam de propoſita re cognitionem veram, adæquatam, diſtinctam, certam, & euidentem, illud ad modum ſciendi, ſeu ad methodum ſcientificam pertinebit.

Num. 9. De fine, & cauſis modi ſciendi.

Finis modi ſciendi, ſeu methodi, eſt ipſa ſcientia: ſicut enim finis artis ædificandi eſt domus, quæ ædificatur: ita finis modi ſciendi eſt ſcientia: Materia illius, ſeu illud circa quod verſatur, ſunt iſta tria, nempe, primo colligere omnia ſcibilia: ſecundo ordinare: tertio probare: hæc enim tria ſunt veluti media ad ſcientiam obtinendam: forma eſt recta ratio, vt hæc tria præſtentur: poſſunt enim dicta tria fieri bene, & male: methodus autem docet facere bene. Efficiens dictæ methodi, quoad completam inuentionem, fuit Ariſt., qui illam

Ex Ariſt. 3. Metaph. tex. 15. Vt apud tract. Ar. log. phiſic. Meta. &c.

inuenit, & docuit tum in Logica, tum in Metaphiſica: Illi etiam, qui vtuntur hac methodo, poſſunt dici efficientes quoad vſum, reſpectu illius rei, de qua volunt habere ſcientiã. De hac autem methodo in quarto libro fuſius dicetur: vt enim plena de illa cognitio habeatur multa præmittere opus eſt: nunc aliquid attigiſſe conueniens fuit. Hæc igitur de ſcientia, & modo ſciendi dicta ſufficiant.

DIST. III

De ſubiecto ſcientiæ.

OMnis ſcientia, omniſque facultas ſubiectum aliquod ſibi proponit, vt circa illud verſetur: ita enim Grãmatica, Rhetorica, Poetica, Hiſtoria: ita Medicina, Philoſophia, atque Theologia faciunt. Hoc ſubiectum eſt fundamentum eorum omnium, quæ in ſcientia, vel facultate tractantur: ad hoc omnia reducuntur; Et ab ipſo quoque initium ſcientiæ, & modi ſciendi accipere opus eſt: primo autem dicendum eſt, quot modis accipiatur ſubiectum: 2. quæ ſint conditiones veri ſubiecti: tertio de ſcientijs, & facultatibus.

Num. 1. De duplici ſubiecto materiali, & formali.

IN primis itaque ſciendum eſt, quod in quacunque facultate duplex eſt ſubiectum: & vnum

vnum dicitur materiale; quia ad modum materiæ ſe habet: aliud appellatur formale: quia eſt tanquam forma eius ſubiecti, quod materiale vocatur: ſubiectum igitur materiale alicuius facultatis, eſt res in illa conſiderata: formale eſt modus cõſiderandi; & diſtinctio ſciẽtiæ aliquando accipitur ab vtroque ſubiecto: aliquando tantum à formali: Exempla. Philoſophia tractat de rebus, prout ſunt cognoſcibiles lumine naturali: Theologia agit de eiſdem, prout cognoſci poſſunt ſupernaturali: ecce ſubiectum materiale idem eſt, formale diuerſum: ita Phiſica tractat de corpore hominis, vt eſt ens naturale: Medicina agit de eodem, vt eſt arte ſanabile: ita Hiſtoricus, Poeta, & Orator poſſunt habere idem ſubiectum materiale, veluti eundem Ducem, vel Regnum, vel virtutem: & tamen in ſubiecto formali erunt differentes: quia Hiſtoricus conſiderabit ſub ratione ſimplicis, & veræ narrationis: Poeta per modum curioſæ, & delectabilis rappreſentationis: Orator ad finem perſuaſionis, differunt ergo: & optimum eſt in quacunque facultate diſtinctam vtriuſque cognitionẽ habere. Ex Ariſt. meta. 4. tx. 1. & li. 11. Summa 3. cap. 1.

Num. 2. De ſubiecto materiali adæquato, partiali, & tranſcendenti.

SVbiectum materiale triplex dicitur eſſe: vnũ dicitur tranſcendens: & eſt illud, quod excedit ſcientiam, ideſt totum non conſideratur in ſcientia, veluti non omnis qualitas cõſideratur à Medico, ſed ſanitas tantum: nec Ex Ar. ibi.

omne corpus, ſed humanum ſolum; ideo qualitas, & corpus in medicina ſunt ſubiectum tranſcendẽs: Aliud dicitur ſubiectum adæquatum; & eſt illud, quod neque excedit ſcientiã, neque exceditur ab illa: veluti corpus humanum, & ſanitas ſunt adæquatum ſubiectum medicinæ; quia hæc neque excedunt, neque exceduntur à tractatione illius. Partiale etiam dicitur ſubiectũ: & hoc eſt pars ſubiecti adæquati: veluti tractare de febri pertinet ad medicinam, ſed hoc ex parte: quia alia etiam ab ipſa conſideranda ſunt: Hoc ſubiectum partiale, aliud eſt principale: & hoc eſt pars dignior: veluti demonſtratio in Silogiſmo: & in Logica: aliud minus principale, vt Silogiſmus Topicus, & ſimilia: de ſubiecto igitur adæquato modo dicendum eſt. Hoc enim ſciẽtiæ præcipuum fundamentum exiſtit, & ſcientia de illo vere dicitur eſſe.

Nu. 3. De obiecto adæquato intellectus.

2. Metaph. tex. 4. & 4. Meta. tx. 1. PRimo autem dicendum eſt de obiecto adæquato intellectus: Ens igitur in ſua latitudine acceptum eſt obiectũ adæquatum intellectus: Ratio eſt, quia ens, vt ens verum eſt; verum enim eſt paſſio entis: Veritas aũt eſt obiectum adæquatum intellectus: veritas enim nõ eſt aliud, quam quædam relatio conformitatis inter intellectum, & res: vnde fit, quod omne verum ſit cognoſcibile ab intellectu; & omne, quod ab illo poteſt cognoſci, verum eſt. Ens igitur latiſſime acceptum obiectum adæqua-

tum

tum eſt intellectus; & illi conuenit, quod verum, & cognoſcibile ſit.

Num. 4. De obiecto adæquato ſcientiæ.

Illud obiectum, quod eſt adæquatum reſpectu intellectus, eſt tranſcendens reſpectu ſcientiæ, quia non omne, quod eſt verum, & cognoſcibile obiectum ſciẽtiæ eſſe poteſt: omne enim ſcibile eſt cognoſcibile, ſed non omne cognoſcibile ſcibile eſt. Obiectum igitur adæquatum ſcientiæ eſt ens, non ſimpliciter conſideratum, ſed quod ſcibile eſt: videndum ergo, quodnam ens ſcibile, & quod non ſcibile ſit. 1. poſt. tex 16. & 44.

Nu. 5. De ente quod ſcibile eſt, & quod ſcibile non eſt.

ENS dupliciter poteſt conſiderari: vno modo incomplexe, veluti cum vnum ens ſimplex conſideratur, vt homo, ſanitas, iuſtitia: alio modo complexe, veluti cum duo entia per affirmationem, vel negationem coniunguntur, vt homo eſt iuſtus, eſt ſanus; ita duplex veritas, ait Ariſtoteles datur; vna incomplexa, alia complexa: Omne igitur ens incomplexũ, quodcunq. illud ſit, ſiue ſubſtantia, ſiue accidens, ſiue ens reale, ſiue artificiale, ſiue morale, ſiue rationis; ſi in vniuerſali, & non in ſingulari conſideretur; exiſtimo, quod per ſe, & ſecundum quod ipſum ſcibile ſit: ratio eſt, quia tale ens per ſe, & ſecũdum quod ipſum verum eſt, & habet principium per ſe, quod ad ratio- De ante præd. ca. 3. Ex At. 4. meta. tx. 2.

nem ſcientiæ ſufficiens eſt: Dixi non in ſingulari conſideratũ, quia ſingulariũ non eſt ſcientia. Eorum etiam, quæ ſunt à caſu, & fortuna, ſcientia non eſt: ſed talia ſingularia, & contingentia ſunt: ſimiliter contingentia ſcibilia non ſunt: ſed hæc quoque ſingularia exiſtunt: dixi etiam de accidentibus haberi ſcientiam, ſi vt entia ſimplicia conſiderentur: quia etiam ipſa ſuas cauſas, & principia habent: vnde quis poterit tractare de febri, de ſanitate, de luce, de colore, de virtute, de iuſtitia, & aliis: Ens igitur incomplexũ vniuerſaliter conſideratũ, eſt cognoſcibile, & verum, & ſcibile: ens vero complexum etiã in vniuerſali conſideratũ, non ſemper ſcibile eſt: & de hoc ait Ariſt. quod ens per accidens non eſt ſcibile: item ens complexum non neceſſarium, ſed contingens ſcibile nõ eſt, poteſt tamen eſſe probabile: omne vero ens cõplexum per ſe, ſcibile eſt: ita autem de ente per ſe, & per accidens diſtinguendum eſt, quando vnum ens per ſe, & ſecũdum quod ipſum aliud ens habet, tunc talis complexio duorum entiũ eſt per ſe, & neceſſaria, & ſcibilis: veluti, ſi dicatur homo habet animã, vitam, intellectũ: Muſicus canit: Hiſtoricus narrat: Poeta fingit: ædificator ędificat, & ſimilia: iſta .n. non dicuntur entia per accidens, ſed per ſe: Si vero dicatur homo eſt muſicus, vel ſanus: muſicus ædificat, ædificator canit: iuriſperitus ambulat: tunc talia entia per accidens ſunt, & de illis ſcientia nõ eſt: Dicendum eſt autem modo de ente incomplexo. Hoc enim tantum ſubiectum ſcientiæ eſſe poteſt.

[Margin: ſi. metaph. ſum. 3 c. 2. ẽdẽ 1. poſt. tex. 16. & tex. 44.]

Nu. 6.

Num. 6. De quinque generibus entium, quæ ſcibilia ſunt.

OMnia autem entia, quæ ſcibilia ſunt, & ideo ſubiectum alicuius ſcientiæ eſſe poſſunt, ad quinque genera poſſunt reduci: primum, & infimum genus continet omnia entia rationis: ſecundum entia moralia: tertio artificialia: quarto naturalia, vel materialia: quinto intelligentias, ſeu Angelos, ſeu ſubſtantias immateriales. Deus autem ſupra omnia genera entium eſt: Ad hæc igitur omne ens ſcibile reducetur: Et omnis ſcientia, aut facultas de aliquo horum tractabit, in totoque, vel in parte ſubiectum habebit.

Arg. ex Logica. Argum. ex Ethica. Ex Phiſica Metaph.

Num. 7. De ente rationis, & quomodo ſcibile ſit.

ENS rationis per ſe, & ſecundum quod ipſum, quatuor cauſas habet: ideo propriè ſcibile eſt, & ſubiectū ſcientiæ eſſe poteſt. Cauſæ autem illius ita ſe habent: materia entis rationis eſt ens reale, non vt eſt reale, ſeu à parte rei; ſed vt eſt cognitum ab intellectu: ſemper enim fundamentum entis rationis eſt ens reale vt cognitum eſt: forma entis rationis eſt quædam ratio intellectualis, apta dirigere aliquam operationem intellectus: ideò eius eſſe eſt tantum intellectuale, & in intellectu. Finis eſt intellectus, vt dirigendus in ſua operatione ab ipſo. Actio finalis, ideſt qua conſequitur finē,

Argum. h post tex. 53 & 1. phiſ. tex. 1. & 4. Meta. tex. 1. Argum. 1. ſubiecto Logicæ.

eſt

eſt ipſa directio: Efficiens eſt ipſe intellectus, qui talem rationem directiuam inuenit: exemplum, genus eſt ens rationis: materia eſt veluti animal, vt eſt cognitum ab intellectu; forma ratio generica: Efficiens intellectus: finis dirigere illum, vt in vnum colligat plures ſpecies. Ens rationis multiplex eſt, nempe aliud eſt Grammaticum, ſeu directiuum ad congruè loquendum, & ſcribendum: Aliud Rethoricũ, ideſt directiuum ad perſuadendum: Aliud Hiſtoricum, ideſt directiuum ad vere, & fideliter aliquid enarrandum: Aliud Poeticum, ideſt directiuũ ad curioſe, & delectabiliter aliquid rapprçſentandum: Aliud Logicum, ideſt directiuum ad vere, & ſcientifice aliquid cognoſcendum: Hæc igitur entia per ſe, & ſecundum quod ipſa habent quatuor cauſas, & paſſiones, & operationes proprias, & quæ per ſe illis cõueniunt: ideo ſcibilia ſunt, & ſubiecta ſcientiæ eſſe poſſunt; licet facultates, quæ circa illa verſantur, non quatenus ſcibilia, ſed in ordine ad opus de illis cognoſcant.

Num. 8. De ente morali, quod ſcibile eſt.

ENS morale dicitur, quod pertinet ad mores: mores autem reſpectu voluntatis conſiderantur; ſicut ergo ens rationis dicitur, quod eſt ab intellectu, & dirigit intellectum; ita ens morale dicitur, quod eſt à voluntate, & dirigit voluntatem. Virtus autem, & vitiũ ſunt illud ens, quod morale appellatur: materia igitur remota entis moralis ſunt omnia entia

Argum. ex Ethica, & Politica.

tia

tia mundi; voluntas enim omnia vel appetere, vel reſpuere poteſt: Materia proxima ſunt actiones hominis, quatenus voluntariæ, vel inuoluntariæ ſunt: forma entis moralis eſt ratio directiua operationum moralium, ideſt illarum, quæ à voluntate procedunt, vel de voluntario, & inuoluntario communicant: quod ſi hæc ratio directiua ſit bona appellatur virtus; ſi mala, vitium. Paſſio propria huius entis eſt quod ſit laudabile, vel vituperabile; actio finalis illius eſt, quod dirigat uoluntatē ad finē; finis eſt voluntas, vt dirigenda; efficiens, à quo procedit eſt voluntas; ipſa enim adiuta à lege naturali in actibus ſuis dirigit ſeipſam. Eſſe huius entis non eſt intelligibile, nec proprie reale; recte autem dicetur habere eſſe intentionale; quia intentio proprius actus eſt voluntatis. Eſt igitur ſcibile, & poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ.

Num. 9. De ente artificiali.

ENS artificiale eſt ſcibile, & cauſas habet per ſe: Materia huius entis ſunt res naturales, vt lignum, ferrum, lapides, voces, & alia: aliquando etiam vna res artificialis eſt materia alterius, vt lateres ab arte effecti materia domus ſunt. Forma eſt illa ratio, quæ ſecundum artem in materia eſt introducta: veluti figura, domus, vel gladij, vel nauis, & aliorum: Finis dicatur eſſe rectus vſus, veluti habitatio, nauigatio, inciſio, ſeſſio, & ſimilia. Efficiens eſt artifex, & ars, ſeu artifex ſecundum artem. Eſſe huius entis, non eſt tantum

Ex Ar. 11. Meta. ſum. 3. cap. 1. & 2 metaph. tex. 3.

In telligibile, vt entis rationis: neque ſolum intentionale, vt in ente morali; ſed vere, & proprie eſſe habet reale, quia domus, ſtatua, pictura vere, & realiter eſt. Poteſt igitur hoc ens ſubiectum eſſe ſcientiæ. Quod autem ſubſtantia naturalis, & intelligentiæ, & Deus ſcibilia ſint, patet, & dicere opus non eſt.

Num. 10. De ſcientijs, & facultatibus.

a Metaph. tex. 3.

DIximus de ſcibilibus, nunc dicamus de ſcientijs, & facultatibus: expedit autem enumerare præcipuas facultates, & ſcientias: ſunt autem iſte: Grãmatica, Rethorica, Hiſtoria, Poetica, Ars, Iuriſprudentia, Logica, Medicina, Philoſophia moralis, Philoſophia naturalis, Mathematica, Metaphiſica, Theologia: Singulę igitur harum accipiunt pro ſubiecto aliquod genus entis, vel partem illius, vel etiam ens in ſua latitudine, Grãmatica enim, Rethorica, Hiſtoria, Poetica, & Logica, habent pro ſubiecto materiali ens rationis; non quodcunque; ſed illud, quod eſt ſuo fini accommodatum; & ſubiectum formale, ſeu modus de illo conſiderandi, eſt iuxta eundem propoſitum finem; Grammaticæ enim ſubiectum materiale eſt ens rationis aptum dirigere ad congrue loquendum: formale ſubiectum erit conſiderare quatenus ita eſt directiuum; Rethorica agit de ente rationis directiuo ad perſuadendum; & hoc vt tale eſt; Poetica agit de ſuo, vt eſt aptũ dirigere ad delectabiliter rappreſentãdũ. Hiſtoria tradit regulas directiuas

ad

ad fidelem narrationem habendã; Logica ad ſcientifice cognoſcendum: Verum nõ eſt ignorandum, quod ens rationis eſt quaſi inſtrumẽtum, quo intellectus vtitur ad operandum; in inſtrumento autem duo conſiderantur, nempe ipſum inſtrumentum, & vſus illius: cum ergo dictæ facultates conſiderent ens rationis, euenit, vt duplici modo ſe habeant: vno quidem, quatenus docent ipſũ ens rationis, veluti regulas loquẽdi, perorandi, narrandi, cognoſcẽdi: alio modo prout vtuntur dictis regulis: Qñ autem vtuntur, tunc ſubiectum illarum facultatum, vel ſunt omnia entia, vt in Grãmatica, quæ loquitur de omnibus; & in Logica, quæ docet cognoſcere omnia: Vel ſunt entia moralia, aut alterius rationis, vt in Poetica, Hiſtoria, & Rethorica, quæ plerunque circa ens morale verſantur; actiones enim hominum ab illis conſiderantur: in arte ſubiectum materiale ſunt res factibiles: formale, quatenus recte factibiles ſunt: in iuriſprudentia, ſubiectum materiale eſt ius, vel ens morale, quatenus ad ciuilem gubernationem pertinet, vel quid ſimile: Medicina habet ſubiectum materiale corpus humanum; formale, quatenus eſt arte ſanabile: Philoſophia moralis habet materiale actiones hominis voluntarias: formale, quatenus bene, vel male, ideſt virtute, vel vitio dirigibiles ſunt: Philoſophia naturalis habet ſubiectum corpus naturale: Matemathicæ ſubiectum eſt quantitas, prout tamen à materia abſtracta eſt: Metaphiſica verſatur circa ens in ſua latitudine, quatenus tñ lumine na-

turali cognoſcibile eſt; Theologia verſatur circa idem ens; quatenus tamen lumine ſupernaturali cognoſci poteſt; Omnes igitur ſcientiæ, & facultates accipiunt vel totum ens, vel partem entis tamquã ſubiectum materiale, circa quod verſentur; & per ſubiectum formale determinant ſe ad rationem præciſam dictum ſubiectum conſiderandi.

Num. 11. De diſtinctione ſcientiarum.

Ex Ariſt. 3 Meta. tx. 3. & 11. Metap. ſum. 3. cap. 1. & 1. Poſt. tex. 44.

SIcut vnitas ſcientiæ potiſſimum à ſubiecto formali deſumi debet; ita & illius diſtinctio; materiale enim ſubiectum ſe habet tanquam materia; formale vero vt forma; ſicut ergo in entibus forma eſt potiſſima ratio, vt ſpecifice diſtinguantur; ita de ſcientijs dicendum eſt: Cum itaque aliquis ſtudet alicui authori; vel legit, aut explicat illum; vel intendit aliquod opus tractare, vel componere; ante omnia debet animaduerti, quod ſit illius ſubiectum materiale; verum multo magis, quod ſit formale: veluti conſiderare, an de illa re tractetur practice, an ſpeculatiue: an lumine naturali, vel ſupernaturali; an ſcientifice, vel probabiliter; an cum ordine, vel ſine ordine; & ſimilibus. Ex dictis autem aliqualis cognitio poterit haberi, qua ratione ſcientiæ per formale ſubiectum inter ſe diſtinguantur.

Num. 12. De conditionibus ſubiecti materialis.

SVbiectum materiale adæquatum debet habere has conditiones; primo debet eſſe

vnum,

vnum, ideſt omnia, quæ pertinent ad ſubiectũ materiale, debent conuenire in aliqua vna ratione, etiamſi multa ſint: veluti, entia Grãmaticalia ſunt plura, & tamen conueniunt in hac ratione, vt dirigant ad congrue loquendum: ſecundo, ſi facultas ſit practica, debet eſſe adæquatum operi, quod eſt finis illius facultatis: veluti finis Rethoricæ, eſt loqui appoſitę ad perſuadendum; ergo ſubiectum materiale debet adæquari huic fini; alioquin non erit aptũ ad illum conſequendum: tertio, ſi ſcientia ſit ſpeculatiua, cum illius finis ſit aliqua veritas: tunc ſubiectum debet eſſe adęquatum illi veritati; veluti in phiſicis finis eſt habere cognitionem de natura, ideo ſubiectum debet eſſe corpus vt naturale: quarto, ad ſubiectum materiale debent reduci omnia conſiderata in illa facultate: itaut conueniant illi, vel vt principia tale ſubiectum conſtituentia; vel vt paſſiones illius, ideſt accidentia, & operationes proprię, & per ſe: demum vt partes, vel ſpecies; veluti in libris de anima, omnia reducuntur ad animam, vel vt principia, vel vt paſſiones, vel vt partes illius: quinto, ſubiectum ſcientiæ debet eſſe ſcibile, ideo vniuerſale, & neceſſarium, & habens tum principia, ſeu cauſas, tum paſſiones, ſeu accidentia, & operationes. Hæc pręcipua ſunt.

1. Poſt. cap 22. tex. 44.

Ex 2. metaph. tex 3

Ibidem.

1. Poſt. tex. 44. & tx. 25

Nu. 13. De cõditionibus ſubiecti formalis.

DVo ſunt, quæ pertinent ad ſubiectum formale: primo quidem ea, quæ debent cõ- ſiderari

Ex 1. poſt. tex. 24. & 25. & 44.

ſiderari de ſubiecto materiali: ſecundo modus talia conſiderandi; ueluti Medicina, & Phiſica tractant de corpore humano; vnde conueniunt in ſubiecto materiali; verum in formali differunt, tum ratione rei conſideratæ, tum ratione modi conſiderandi: Phiſica enim conſiderat de illo, quod ſit naturale, & mobile, & habens quatuor cauſas ſui eſſe; & quoad modū hoc facit ſpeculatiue; Medicina vero agit de illo, vt eſt arte ſanabile: & ſanitatis conſiderat cauſas, & accidentia; hoc etiam facit non ſpeculatiue, ſed practice: Subiectum igitur formale debet eſſe adæquatum materiali, & illi proportionatum: debet eligere ea tractanda, & quæ fini ſcientiæ, vel facultati conueniunt, & hoc tali modo, vt eidem fini conueniens ſit: in ſcientia autem ſubiectum formale debet ſcibilia amplecti; non ſcibilia reijcere; & hoc iuxta regulam de vniuerſali primo. Quoad modum tractandi debet tria continere; primo collectionem, & diſtinctionem omnium ſcibilium, ſeu tractandorum: ſecundo ordinem eorundem; tertio probationem iuxta facultatem illius: aliter enim Rethoricus, aliter Iuriſperitus, aliter Philoſophus probabunt: primus enim probabiliter; ſecundus authoritate; tertius demonſtratione: Ex his ergo poteſt haberi notitia, qua ratione de ſubiecto, tum materiali, tum formali ſtatuendum ſit. Clarius autem de formali in ſequentibus eſt dicendum.

Argum. ex tract. Log. Phiſ. Met. Mathe. &c

DIST. IIII.

DIST. IIII.

De numero ſcibilium.

CONſtituto ſubiecto materiali, & cognito quodnam illud ſit; cognitoq; quiſnam ſit finis ſcientiæ, vel facultatis; iuxta finem illum de ſubiecto formali ſtatuendum eſt: totum enim ſcientiæ negotium eſt de hoc ſubiecto formali recte determinare; ſicut enim forma cuiuſcunque rei dat eſſe præciſum, & proprium illi; ita ſubiectū formale in ſcientia dat ſpeciem, & propriam rationem eidem. Cum autem ad hoc ſubiectū pertineat tria præſtare, nempè colligere omnia ſcibilia; ordinare, & probare: de omnibus eſt dicendum: ſed primo de numero ſcibilium dicere opus eſt.

Num. 1. Quod de ſubiecto materiali ſemper plura ſcibilia ſunt.

SCiendum eſt, quod dupliciter ſcientia poteſt conſiderari, vt dictum eſt; alia enim eſt actualis, alia habitualis; In ſcientia actuali poteſt eſſe, quod de vno ſubiecto vnica res ſcibilis ſit; veluti ſi de lumine tantum viſibile ſit conſiderandum, atque probandum: Verum in ſcientia totali, & habituali ſemper plura de ſubiecto materiali, etiamſi vnum omnino ſit, conſideranda exiſtunt: Ita enim eſſe Ariſt., & omnes cum ipſo fatentur; Et hoc manifeſte

Ar. 1. poſt. tex. 1. & 2. poſt. tx. 44. Vel 43. Vt in phiſ. de anima, de cælo, & cæt. ex 4. meta. tx. 1. & 12. ſum 3. c. 1.

patebit conſideranti authorum tractationes: Cum ergo ad ſubiectum formale recte conſtituendum neceſſarium ſit colligere, & diſtinguere omnia ſcibilia, de hoc ante omnia dicendum eſt.

Num. 2. De duplici rerum diſtinctione.

Ex 1. phiſ. tex. 18. EX Ariſt. habetur, quod duo ſunt generaliſſima principia; vnum eſt natura, quæ facit omnia; aliud eſt intellectus, qui illa cognoſcit: Hinc fit, vt duplex detur diſtinctio; vna realis, quæ eſt à natura; alia intellectualis, quæ eſt ab intellectu; res enim, vt res, à natura accipiũt diſtinctionem; vt vero ſunt cognitę ab intellectu, ad eodem & diuiduntur, & vniuntur, & diſtinguuntur; Cum itaq; modo agatur de rebus nõ prout res ſunt, ſed prout ab intellectu cognoſci poſſunt; ſequetur, quod de ſcibilibus diſtinctio, non ſecundum naturam, ſed ſecundum intellectum tradenda erit. Hoc autem dicitur, vt difficultas de medio tollatur, quæ à varijs authoribus de diſtinctionibus afferuntur.

Num. 3. Prima ſententia Ariſt. de diſtinctione ſcibilium.

1. poſt. tex. 43. & ſeq. & 4. Meta. tex. prim. PRimo autem ſententia Ariſt. de diſtinctione ſcibilium eſt proponenda. Ipſe igitur, vt dictum eſt, ait: de ſubiecto materiali tria ad ſummum debere conſiderari, nempè, principia; paſſiones; & partes: & hæc eſt communis omnium ſententia: per principia intelligunt po-

potiſſimum cauſas rei, ſeu ſubiecti materialis: veluti principia corporis naturalis, ſunt quatuor cauſæ; natura vero eſt quidem principiũ in corpore naturali, ſed non eſt principium corporis naturalis; motus enim principium eſſe diffinitur: Per paſſiones intelligunt omnia accidentia, & operationes rei per ſe: Per partes intelligunt tum partes integrales, ſi tales dentur; veluti Medicus de partibus humani corporis, & earum infirmitatibus tractat; tum etiam ſpecies, quæ ſub materiali ſubiecto ſunt, ſi genus ſit; Veluti in tractatu de anima agitur de vegetatiua, ſenſitiua, & rationali. Hæc igitur eſt diſtinctio ſecundum intellectum, iuxta quam eſt commune dictum, quod ſcientiam diuidere oportet in duas partes principales; in quarum vna continentur principia, ideo dicitur principiorum; in alia continentur concluſiones, ideo dicitur pars concluſionum: In ſciẽtia igitur, ſi de ſubiecto materiali conſiderentur omnia principia, omnes paſſiones, & omnes partes, ſeu ſpecies, plena ſcibilium tractatio erit; ſi non omnia tractentur; non plena, ſed diminuta erit: Igitur oportet dare regulã, vt iſta omnia ſcibilia colligantur.

Ex Ariſt. 1. poſt. cap. 6. 7. &c.

Num. 4. Secunda ſententia Ariſtotelis de eadem diſtinctione.

SEcunda ſententia Ariſtotelis eſt, quod omnia ſcibilia rei reducantur ad quatuor cauſas; ideo iuxta illas, diſtinctio habenda ſit; Vt autem hęc ſententia non contradicat priori, ſic diſtin-

1. phiſ. tx. 1. 2. phiſ. tex. 27. 2. Metaph. ſum. 2. c. 8

diſtinguendum eſſe videtur: Quatuor cauſę rei dupliciter poſſunt cõſiderari; vno modo prout ſunt cauſæ rei; alio modo prout ſunt cauſa paſſionum, quæ rei per ſe inſunt: ideo ad conſiderationem cauſarum rei, reducitur etiam conſideratio omnium paſſionum, quæ per ſe illi inſunt: non ergo hæc ſecunda à prima diſſentit.

Num. 5. Tertia Ariſtot. ſententia.

2. poſt. tx. 1 AIT etiam Ariſt. Ad ſummũ quatuor eſſe ſcibilia de aliqua re; nempe, an ſit; quid ſit; quia ſit; propter quid ſit; ita vt ſi hæc plene tractentur, nihil ſit omiſſum, quod de re ſcibile ſit: Declarare autem quomodo hæc ſententia, cum duabus præcedentibus conueniat, difficile eſt, & longiorem requirit orationem, ſed breuiter aliquid proponetur.

Nu. 6. Diſtincta collectio omniũ ſcibiliũ.

MAgis autem clare de diſtinctione ſcibilium ſermo ſit: videtur ergo, quod de aliqua re, quæ ſequuntur, ſcibilia ſint.

1. phiſ. tex. 1. & alibi. Primo, Cauſa efficiens ſemper de re ſcibilis eſt: Ait enim Ariſtoteles, omnes cauſæ in ſcientia ſunt cognoſcendæ.

1. phiſ. de gen. & cor. Secundo, Generatio, vel corruptio, ſeu productio, & deſtructio rei: Ariſt. enim hoc facit; conſiderat enim, an mundus ſit factus; an materia ſit generabilis, & corruptibilis, &c. Agẽs etiam ſine productione cognoſci non poteſt.

7. Metaph. tex. 4. Tertio, Conſiderandum de exiſtentia rei pro-

producta: Eſſe enim, ait Ariſt., eſt fundamentum omnis veritatis; ipſe etiam conſiderat, an mundus ſit æternus; de longitudine, & breuitate vitæ; an ſubſtantia per ſe exiſtat; an Deus ſimpliciſſimum ens ſit, & alia ſimilia. 1.poſt.tx.5

Quarto, De natura rei conſiderare oportet: Vt Ariſt.2. phiſ.tex.3. Eſt enim maximum principium, à quo omnes operationes naturales dependent; ideo maxime ſcibile eſt: Et Ariſtoteles de ipſo egit: quod autem in naturalibus eſt natura; in aliis erit ratio, vel relatio, vel ordinatio finalis, vt infra dicetur.

Quinto, Materia; eſt enim pars eſſentialis, 1.phiſ.tx.1 & cauſa rei.

Sexto, Forma; eadem ratione: ſine ipſa enim Ibidem. rem cognoſcere impoſſibile eſt.

Septimo, Conſiderandum de accidentibus, Phiſ.lib.3. & 4. &c. quæ procedunt à materia: veluti Ariſtoteles in Phiſicis egit de loco, vacuo, infinito, motu, tempore, & ſimilibus.

Octauo, Idem de accidentibus, quæ per ſe De anima. lib 2. & 3. proueniunt à forma; veluti Ariſtot. in tractatu de anima egit de potentiis, quæ ſunt accidentia ab illa per ſe emanantia.

Nono, Debet conſiderari de operationibus Vt phiſica lib.3. & de ani. lib.2. & 3. rei; veluti de motu, & quiete, qui ſunt effectus naturæ; per operationes enim res cōſequuntur finem ſuum; Et ita Ariſtoteles egit in Phiſicis, anim. meth. &c.

Decimo, De fine rei: Hic enim non ſolum 2.phiſ.tx.1 eſt cauſa, ſed vere dicitur cauſa cauſarum.

Hæc ſunt, quæ de multis rebus ſcire opus eſt, vt oīa ſcibilia de illis cognita eſſe dicantur.

Num. 7. Quod omnia dicta, ad quatuor cauſas reducantur.

1. phiſic. tex. 1. AIT Ariſtoteles, perfectam rei cognitionem haberi, ſi plena quatuor cauſarum cognitio habeatur: igitur neceſſe eſt, vt decem
7 Metaph. tex. 19. iam dicta ad quatuor cauſas reducantur: ſic autem reduci poſſunt: Ad cauſam efficientem reducũtur rei productio, & exiſtentia, & illius corruptio: productio enim eſt effectus producentis; Ædificator enim eſt cauta ædificationis, & productionis materiæ, & formæ domus, & ideo exiſtentiæ illius: De materia, & forma
2. Metaph. ſum. 1. c. 1 & 2. phiſi. tex. 29. clarum eſt: Ad finem reducuntur operatio finalis; per ipſam enim tenditur in finem; ad operationem finalem reducuntur accidentia per ſe; ſunt enim veluti inſtrumenta ad operãdum: Natura etiam ad finem reducitur; quia eſt prima ratio ſe habendi ad illum; ideo natura, accidentia per ſe, & operatio finalis ad finẽ pertinebunt. Dici etiam poteſt, quod accidentia reducantur; aliqua ad materiam; alia ad formam; alia ad efficiens tanquã ad propriam cauſam: Operatio vero ad omnes cauſas reducatur. Vnde verum erit, quod ad quatuor cauſas omnia ſcibilia reduci poſſunt. Hoc autem infra clarius patebit.

Nu. 8. Quo do omnia dicta ad quatuor ſcibilia reducantur.

SCiendum eſt, quod diſtinctio ſcibilium per quatuor cauſas, quodam modo à parte rei, & phi-

& philoſophica eſt; ideo etiam de illa Ariſtot. tractat in Philoſophia; Diſtinctio autem, quæ ab Ariſt. traditur in lib.2. Poſteriorum, Logica eſt, & à modo, quo intellectus entia cognoſcit deſumpta eſſe videtur. Hoc autem ita declaratur. Tres ſunt operationes intellectus; prima dicitur ſimplicis rei apprehenſio; ideſt cognitio vnius tantum rei, vt ignis; ſecunda dicitur affirmatio, vel negatio, veluti ignis eſt calidus; In hac autem ſecunda operatione fiunt propoſitiones in duplici differentia; quædam dicuntur ſecundi adiacentis; & ſunt illę, in quibus verbum ſubſtãtiuum, eſt, ſolummodo prædicatur; veluti ignis eſt; terra eſt. Aliæ dicuntur tertij adiacẽtis; & ſunt illæ, in quibus præter verbum ſubſtantiuum, aliquid aliud prædicatur, veluti ignis eſt calidus: tertia operatio dicitur ratiocinatio, in qua intellectus argumentando tranſit à re nota ad ignotam; ex hoc igitur modo cognoſcendi ſequitur, quod modi ſciendi quatuor ſint; primus eſt, cum ſimplex res cognoſcitur; & hoc fit in ſcibili, Quid ſit; Ariſt. 3. de an text: 5. ſecundus eſt, cum ſimplex eſſe cognoſcitur de re, & hoc ait Ariſtoteles fit in ſcibili, An ſit; tertius cum fit propoſitio tertij adiacentis, & cognoſcitur, vt ait Ariſtot. non quod res ſimpliciter ſit, ſed quod aliquid ſit, & hoc dicitur ſcibile, Quia eſt; quartus cum fit argumentatio, quæ in demonſtratione dicitur propter quid: Impoſſibile eſt ergo, quod intellectus aliquid cognoſcat alia ratione, quam vno, vel plurium dictorum modorum: ideo reſpectu modi cognoſcendi ſcibilia tantum quatuor

ſunt:

ſunt: Verum ſi dicta quatuor ſcibilia conſiderentur, non reſpectu modi cognoſcendi, ſed reſpectu rei, quæ cognoſcenda eſt; tunc non omnia de re ſcibilia ad illa, ſaltem recte, videntur reduci; cauſa enim finalis difficulter ad dicta ſcibilia reducibilis eſt: in ſcibili enim An ſit, ait Ariſt. conſideratur ſimplex rei eſſe, & ideo exiſtentia rei, ac cauſa efficiens, quæ quadam ratione illius cauſa eſt: in ſcibili Quid ſit, conſideratur de materia, & forma; de fine ergo in dictis ſcibilibus non videtur recte tractari: In ſcibili, Quia eſt, debet agi de accidentibus; quod autem finis rei, & accidentia illius ad idem ſcibile reducantur, difficile dictu eſt: nimis enim diuerſę conſiderationes de illis habendæ ſunt. Demum in ſcibili propter quid, finis non videtur bene collocari: Scibile enim propter quid continet cauſas accidētium, quę poſſunt demonſtrari: finis autem non ſolum eſt cauſa accidentium, ſed etiam rei: deinde materia quoque, & forma cauſæ accidentium ſunt, & tamen prout ſunt cauſæ rei ad ſcibile quid eſt reducuntur; Ergo ſi quatuor dicta ſcibilia philoſophice conſiderentur, non continent omnia, quæ de re ſcibilia ſunt. Cum itaque Ariſtoteles in Methaphiſica enumeret ſcibilia à parte rei; in Logica vero ex parte modi, quo intellectus cognoſcit; in hac autem praxi ſimul vniantur tum Logica, tum Metaphiſica; recte fiet, ſi ſcibilia modo quodam illis communi conſtituantur: hoc autem erit, ſi quinque ſcibilia enumerata ſint.

Vt lib. 2. post. [margin note]

Num. 9.

Num. 9. Quomodo quinque ſcibilia ſunt ſtatuenda.

PRactice igitur loquendo quinque ſcibilia conſtituantur: primum quidem, An ſit; in quo de rei productione, & exiſtentia, & cauſa efficienti conſideretur: ſecundum, Quid ſit; in quo de materia, & forma ſermo habeatur: tertio, Ad quid ſit; in quo tractetur de natura, ſeu de ratione, & ordinatione finali, nec non de ipſomet fine: quartum, Quia ſit, in quo de accidentibus, & operationibus rei conſideretur: quintum, Propter quid ſit; vbi de cauſis non rei, ſed accidentium inueſtigetur: hæc diſtinctio doctrinæ Ariſt. conſona eſt: hæc nullum ſcibile omittit: Hæc omnem in ſcientia confuſionem tollit: hæc cauſę finali propriam, vt par eſt, tractationem aſſignat: Hæc ordini, qui in ſcientia debet adhiberi, accomodatiſſima eſt: Hęc ſeparat partem principiorum à parte concluſionum: Hæc alias plurimas affert vtilitates, quas cognoſcet, qui illa vtetur: ſi quis vero nolit illa vti, poterit ſequi viam communem; modo non omittat conſiderationem de fine, & ratione finali, quæ in naturalibus appellatur natura: Iſta enim debet reducere ad aliquod illorum ſcibilium, quæ ab Ariſtotele proponuntur: Ita igitur de numero ſcibilium ſtatutum ſit.

DIST. V.

DIST. V.

De ratione adæquandi, & diſtinguendi ſcibile, An ſit.

NVnc de ſingulis ſcibilibus eſt dicendũ: & primo de An ſit, conſiderandum: Debet autem tradi modus, quo de illo adæquata, & diſtincta cognitio poſſit haberi; Infra enim quomodo certa, & euidens habeatur, erit dicendum.

Num. 1. De eo, quod in ſcibili An ſit, collocetur.

1\. poſt. tx. 1 AIt Ariſt. in ſcibili, An ſit, continetur eſſe ſimplex rei, ideſt illud eſſe, quod per verbum ſubſtantiuum, eſt, ſignificatur; veluti cũ dicitur Ignis eſt, Luna eſt: ait enim in quæſito, An ſit, quæritur rem ſimpliciter eſſe; in quæſito, Quia ſit, non quæritur rem ſimpliciter eſſe, ſed aliquid eſſe, veluti ignis eſt leuis: igitur quod proprie, & præciſe, & adæquate continetur in ſcibili, An ſit, eſt ipſum rei eſſe, qnod à Latinis, gratia nominis magis proprij, appellatur exiſtentia; Verum cum in ſcientia de cauſa efficienti conſiderandum ſit, & eſſe rei ab efficienti proueniat, recte in ſcibili an ſit, duo ſunt reponenda; nempe exiſtentia rei; & cauſa efficiens illius: ideo de illis dicendũ eſt.

Num. 2.

Num. 2. De quadruplici eſſe potentiali, virtuali, cognito, & ſimpliciter.

ESſe quadruplex reperitur: primo, Eſſe potentiale; & hoc res habet in materia, veluti Roſa flos in materia plantæ habet eſſe potentiale: ſecundo, Eſſe virtuale; & hoc habet res in cauſa efficiente, vel ſe producente; veluti Roſa habet eſſe virtuale in anima plantæ: tertio, Eſſe cognitum; & hoc habetur in cognoſcente, veluti Roſa cognita habet eſſe in cognoſcente: quarto, Eſſe ſimpliciter; quod appellatur actuale, vel reale, vel à parte rei, & à Latinis dicitur exiſtentia. Et de hoc tantum in ſcibili, an ſit, eſt dicendum. Hoc enim fundamentum eſt omnis ſcientiæ, & veritatis.

Ar. 1. phiſ. tex. 3.

Vt lib. 2. de anima. 3. de anim. tex. 14.

3. Phi. tx. 9

Num. 3. De eſſe ſimpliciter, ſeu exiſtentia quid ſit.

HOc eſſe in quocunque ente, iuxta genus ſuum, reperitur: vt autē quis ſciat illud diſcernere, diffinitionem illius perfecte cognoſcere opus eſt: Poteſt igitur dici, quod Eſſe ſit quidam modus eſſentiæ: Eſſentia enim eſt veluti res, eſſe autē velut modus illius: quod .n. res ſit in potentia, vel in actu, non rem, ſed modum dicit eſſendi: Poteſt igitur ſic diffiniri ex Ariſt. Eſſe, vel exiſtentia, eſt actus, vel modus eſſendi: Vel ſic. Eſſe eſt modus rei, vel eſſentiæ, per quem illa extra ſuas cauſas, & in ſeipſa poſita eſt: Cum enim res extra efficiens, &

1. Metaph.

3. phiſic. tex. 3. & 4. de an. tx. 7 3. phil. tx. 9

mate-

materiam, & intellectum exiſtit, tunc dicitur vere eſſe. Poteſt etiam ſic diffiniri. Exiſtentia eſt illud primum, quo res vere dicitur eſſe actu, vel extra ſuas cauſas, & in ſeipſa: Omnia aũt idẽ dicunt, & ex Ariſt. videtur deſumpta: Cum n. ſæpe dicat, Entia, vel ſunt actu, uel potẽtia; & tunc dicuntur vere eſſe, cum actu ſunt,
8 phi. tx. 3
manifeſte videtur dicere, quod eſſe dicat actũ eſſendi, & non ſolum actũ, ſed etiam modum, quo res dicitur eſſe: Si quis autẽ in aliquo iudicauerit hanc determinationẽ debere variari, ſatisfaciat ſibi, modo diſtinctam, & veram habeat cognitionem eius, quod dictum eſt.

Num. 4. De exiſtentia in fieri, in facto eſſe, & in corrumpi.

2. poſt. tx. 3 & 3. de an. tex. 28.

HOc verum eſſe, ſeu vera exiſtentia ſecundum Ariſt. duplex eſt; vna quidem perfecta, alia imperfecta. Perfectam ait cum tota res eſt in actu, veluti cum tota domus eſt ędificata: Imperfectam dicit, cũ res partim eſt in actu, partim in potentia; veluti cum domus ædificatur, tunc partim eſt facta, & partim non facta, ſed facienda eſt: Perfecta igitur erit, cum res in facto eſſe exiſtit: imperfecta, cum eſt in fieri, vel in corrumpi: Imperfecta autem exiſtentia duplex eſt: vna quidem, quæ tendit ad perfectam exiſtentiam; & hæc dicitur fieri, vel produci; alia, quæ tendit ad totalem carentiam exiſtendi; & hæc dicitur deſtrui, vel corrumpi: Fieri igitur erit imperfecta exiſtentia tendens ad perfectam: corrumpi erit imperfecta tendens ad totalem carentiã illius.

Num. 5.

Num. 5. Quod in ſcibili an ſit, de triplici exiſtentia conſiderandum ſit.

ARiſtoteles, & alij in ſuis tractationibus manifeſte docent; quod cum res habet fieri, & eſſe, & corrumpi hæc tria debere de illa conſiderari; in primo enim Phiſic. agit de fieri corporis naturalis; Quærit etiam, an materia ſit generabilis, & corruptibilis; an mundus ſit factus, & inceperit de nouo: An cælum, & elementa ſint perpetua: Agit etiam de generatione, & corruptione; idem etiam faciunt Oratores, Poetæ, Hiſtorici, & alij; Cum enim ſcribunt de vita alicuius, explicant de natiuitate, de vita, & morte: ita, ſi de ciuitate, vel populo, vel bello, vel imperio loquantur initium, medium, & finem declarant: ita Medici de productione, duratione, & ceſſatione morbi loquuntur; idem Theologi: explicant enim de gratia, quomodo acquiratur, conſeruetur, & amittatur: Hæc igitur in ſcientia conſideranda ſunt.

Num. 6. De conſiderandis circa productionem, & corruptionem rei.

IN productione, vel corruptione, ſeu deſtructione rei ex Ariſt. tria videntur conſideranda; primo terminus à quo, ideſt ſtatus ille, qui ante rei productionem reperiebatur; ſecundo ipſam productionem, cum omnibus ad illã ſpeciali ratione pertinentibus, veluti à quo ex 1. phiſ.

agente

agente res ſit producta; quibus mediis; quo tẽpore; & ſimilibus: tertio terminus ad quem, ideſt ille ſtatus, qui immediate rei productionem ſequutus eſt: Exempla; ſi quis Orator, vel Poeta, vel Hiſtoricus conſideret ædificationẽ Romæ, vel deſtructionem Carthaginis, aut Troiæ; vel initium, aut finem alicuius Reipublicæ, vel Regni, vel belli, debet deſcribere in quo ſtatu res antea erat; quomodo poſtea facta ſit rei productio; quid ex ipſa rei productione ſequutum ſit: idem erit de aliis.

Num. 7. De conſiderandis circa exiſtentiam rei.

Vt Ariſt. in Phiſ. Meta. De anima, de cælo, & alibi.

EX Ariſt. Poetis, & Oratoribus, & aliis habetur, quod tria circa exiſtentiam rei productæ potiſſimum ſunt conſideranda; Primo, præciſa, & propria ratio exiſtendi; veluti qualis ſit præciſa ratio exiſtendi in Deo, in Angelis, in naturalibus, & aliis; vnaqueque enim res propriam habet, iuxta genus ſuum, rationẽ exiſtendi; ſecundo, debet conſiderari duratio talis exiſtentiæ, an ſit longa, vel breuis; veluti an mundus ſit æternus, an cælum, an elementa; Ariſtoteles etiam fecit Opuſculum de longitudine, & breuitate vitæ; Medici tractant de morbi duratione: Oratores, Poetæ, & Hiſtorici explicant durationẽ vitæ, vel imperij, vel belli, & ſimilium: tertio decet in hac duratione cõſiderare notabiles rei variationes, quæ potiſſimum ſunt tres; augmentum, ſtatus, & decrementum; veluti Ariſt. egit de iuuentute, & ſene-

ſenectute; Communiter vita hominum diuiditur in ætates; Medici augmentum, ſtatum, & decrementum infirmitatis conſiderant; Hiſtorici, Poetæ, & Oratores, cum agunt de populo, de bello, de imperio, & aliis; explicant dictas notabiles variationes: Ita Philoſophi in actionibus, quæ à natura fiunt; veluti, quomodo arbores producant fructus; poſtea ceſſent à productione; & iterum illam reaſſumãt. atque ita de aliis.

Nu. 8. *De modo conſiderandi præciſam rei exiſtentiam.*

ETſi Hiſtorici, Poetæ, Oratores, & alij, non conſiderant quædam magis ſubtilia circa præciſam rerum exiſtentiam; Philoſophi tamẽ illa debent conſiderare; ita autem fiet ab illis; quædam entia habent tantum eſſe obiectiuum in intellectu, vt entia rationis & iſta non habẽt exiſtentiam omnino realem: Quædam habent eſſe extra intellectum: Et hæc, vel habent eſſe intentionale, ideſt, quod dependet à volũtate; & talia ſunt omnia moralia; hæc enim poſſunt habere materiam vere realem, formam tamen habent intentionalem; veluti eleemoſinæ materia eſt realis; forma vero intentionalis, ſeu voluntarium quid: abſque voluntario enim moralis actus nõ datur; ſicut enim in artificialibus materia eſt res naturalis; forma vero ab arte dependet; ita materia entis moralis poteſt eſſe res, tum naturalis, tum artificialis; forma vero erit ſemper quid voluntarium, & inten-

agente res ſit producta; quibus mediis; quo tẽpore; & ſimilibus: tertio terminus ad quem, ideſt ille ſtatus, qui immediate rei productionem ſequutus eſt: Exempla; ſi quis Orator, vel Poeta, vel Hiſtoricus conſideret ædificationẽ Romæ, vel deſtructionem Carthaginis, aut Troiæ; vel initium, aut finem alicuius Reipublicæ, vel Regni, vel belli, debet deſcribere in quo ſtatu res antea erat; quomodo poſtea facta ſit rei productio; quid ex ipſa rei productione ſequutum ſit: idem erit de aliis.

Num. 7. De conſiderandis circa exiſtentiam rei.

Vt Ariſt. in Phiſ. Meta. De anima. de cælo & alibi.

EX Ariſt. Poetis, & Oratoribus, & aliis habetur, quod tria circa exiſtentiam rei productæ potiſſimum ſunt conſideranda; Primo, præciſa, & propria ratio exiſtendi; veluti qualis ſit præciſa ratio exiſtendi in Deo, in Angelis, in naturalibus, & aliis; vnaqueque enim res propriam habet, iuxta genus ſuum, rationẽ exiſtendi; ſecundo, debet conſiderari duratio talis exiſtentiæ, an ſit longa, vel breuis; veluti an mundus ſit æternus, an cælum, an elementa; Ariſtoteles etiam fecit Opuſculum de longitudine, & breuitate vitæ; Medici tractant de morbi duratione: Oratores, Poetæ, & Hiſtorici explicant duratione vitæ, vel imperij, vel belli, & ſimilium: tertio decet in hac duratione cõſiderare notabiles rei variationes, quæ potiſſimum ſunt tres; augmentum, ſtatus, & decrementum; veluti Ariſt. egit de iuuentute, & ſene-

ſenectute; Communiter vita hominum diuiditur in ætates; Medici augmentum, ſtatum, & decrementum infirmitatis conſiderant; Hiſtorici, Poetæ, & Oratores, cum agunt de populo, de bello, de imperio, & aliis; explicant dictas notabiles variationes: Ita Philoſophi in actionibus, quæ à natura fiunt; veluti, quomodo arbores producant fructus; poſtea ceſſent à productione; & iterum illam reaſſumāt. atque ita de aliis.

Nu. 8. *De modo conſiderandi præciſam rei exiſtentiam.*

ETſi Hiſtorici, Poetæ, Oratores, & alij, non conſiderant quædam magis ſubtilia circa præciſam rerum exiſtentiam; Philoſophi tamē illa debent conſiderare; ita autem fiet ab illis; quædam entia habent tantum eſſe obiectiuum in intellectu, vt entia rationis & iſta non habēt exiſtentiam omnino realem: Quædam habent eſſe extra intellectum: Et hæc, vel habent eſſe intentionale, ideſt, quod dependet à volūtate; & talia ſunt omnia moralia; hæc enim poſſunt habere materiam vere realem, formam tamen habent intentionalem; veluti eleemoſinæ materia eſt realis; forma vero intentionalis, ſeu voluntarium quid: abſque voluntario enim moralis actus nō datur; ſicut enim in artificialibus materia eſt res naturalis; forma vero ab arte dependet; ita materia entis moralis poteſt eſſe res, tum naturalis, tum artificialis; forma vero erit ſemper quid voluntarium, & intentionale:

tionale: Quia autem eſſe, vel exiſtentia rei potiſſimum pendet à forma: ideo eſſe entis moralis potiſſimum intentionale eſſe dicetur; vel igitur res extra intellectum exiſtens habet eſſe intentionale, vel habet eſſe reale: ſi reale, vel habet hoc eſſe ſecundum artem, ſeu ab arte; forma enim domus, eſt ab arte, & tamen realis eſt, & habet eſſe reale artificiale; vel habet ſecundum naturam, ſeu ſimpliciter reale; & hoc conuenit decem prædicamentis, quæ habent eſſe ſimpliciter reale: Hoc autem ens reale, vel habet exiſtentiam perfectam, vt ſubſtantia; vel imperfectam, vt accidentia; ſi perfectam; vel eſt ſimplex, vel compoſita: ſi ſimplex; vel eſt infinita; vt Dei; vel finita, vt Angeli: ſi non ſimplex, ſed compoſita; vel dicit ſimplicem compoſitionem; vel ſuperaddit aliquid aliud: ſi dicit ſimplicem compoſitionem; vel eſt omnino inuariabilis, vt cœlum; vel variabilis, vt elementa: ſi ſuperaddit compoſitioni; vel ſuperaddit ſolam mixtionem; vt in mixtis inanimatis; vel ſuperaddit etiam rationẽ animati; & hoc eſt, vel in infimo gradu vegetatiuo; vel addit etiam ſenſitiuum; vel demum intellectiuũ: Si vero exiſtentia realis ſit imperfecta; vel erit relatiua, vt ea, quæ ſunt ad aliquid; vel abſoluta; & hæc duplex, uel in alio, vt accidens; vel cum alio, vt pars: Ex his igitur poterit colligi ratio inueniendi modum præciſum exiſtentiæ cuiuſcunque rei. Scientia enim debet eſſe ex propriis.

Num.9.

Nu.9. De conſideratione cauſæ efficientis.

QVod in ſcientia debeat cõſiderari cauſa efficiens, Ariſt., & omnes cum illo fatentur: in quo autem ſcibili ſit tractãdum, fortaſſe quis dubitabit: patet autem; quod in ſcibili quid ſit, de illo tractandum non eſt: agens .n. extra rem eſt: ideo non dicit quid illa ſit: ſimiliter non contineri in ſcibili, quia eſt, facile eſt videre: in hoc enim ſcibili accidentia ſunt collocata; in ipſo .n. quæritur rẽ aliquid eſſe, veluti ignẽ eſſe leuem; efficiens autẽ non prædicatur de re, nec eſt aliquid rei; domus .n. nõ habet in ſe ædificatorẽ: Dubium autem eſſe poteſt, an efficiens ſit collocandum in ſcibili propter quid; ipſum enim eſt cauſa, vt aliquid ſit in re; & ædificator dicitur cauſa domus: verum pro certo ponendum eſt, cauſam efficientem in ſcibili, an ſit, pertractandam; & idem etiam in ſcibili propter quid eſſe faciendum; ſed diuerſa ratione: quatenus enim efficiens eſt cauſa productionis rei, & conſequenter exiſtentię, & eſſe illius, in ſcibili an ſit, debet conſiderari: ſi enim in ſcibili, an ſit, debet tractari de exiſtentia, & productione rei; ergo de ipſo agente ibidem dicendum; ſi vero conſideretur agens, non prout eſt cauſa rei, ſed prout eſt cauſa, vt aliquid ſit in re; tunc ad ſcibile propter quid debet reduci; ſint exempla: Ædificator eſt cauſa efficiens domus; & ſol, & homo generant hominem: Motor vero cœli dicitur cauſa efficiens, vt in cęlo aliquid

1.& 8.phi.

5.Metaph. tex.2.

ſit; nempè motus, & poſitio terræ inter Solem, & Lunam eſt cauſa efficiens, vt in Luna ecclipſis ſit: de efficiente igitur reſpectu rei, debet tractari in ſcibili an ſit; de illo ſecundo modo debet agi in ſcibili ꝓpter quid.

Num. 10. *Quid ſit conſiderandum de efficiente rei.*

2. phiſ. tex. 19. AIt Ariſt. efficiens eſt, vnde principium motus: igitur de efficiente, nihil aliud conſiderandum eſt, niſi quod eſt principium productionis rei, & quod per ipſum res ordinatur in finem, iuxta genus ſuum, ideſt vel cũ principio motus, ſi in naturalibus; vel ſine principio motus, vt in non naturalibus. Cum itaque tractatur de aliqua re, oportet conſiderare, an habeat cauſam efficientem; & an ſit facta; & quomodo facta ſit; & à quo agente: veluti de materia conſideratur, an ſit facta: an poſſit generari, & corrumpi: an mundus ſit factus: an ab eterno: an per emanationem, vel creationem, & alia multa huiuſmodi, quæ magni momenti ſunt, & ſcitu digna. In hoc enim ſcibili regula Ariſt. eſt ſeruãda, vt communia, & omnibus nota, & leuia omittantur; digniora vero ſcitu magis clare, & diſtincte ſunt pertractanda. Et ita faciunt Poetæ, Oratores, Hiſtorici, & alij, qui cauſam efficientem belli, vel Imperij, vel Regni pertractantes, digniora tantum accipiunt. Idemque à Philoſophis communiter obſeruatur.

DIST. VI.

De modo adæquandi, & diſtinguendi ſcibile quid eſt.

Quænam in hoc ſcibili contineantur.

DIcendum eſt modo, qua ratione de ſcibili quid eſt, cognitio adæquata, & diſtincta poſſit haberi: Et primo explicãdum, quæ in hoc ſcibili contineantur: dicendum eſt ergo, quod ſubſtantia, vel quidditas, vel eſſentia, vel ipſa entitas rei, in hoc ſcibili continetur: talia enim dicunt quid eſt res: appelletur autem nominis gratia tale quid, eſſentia; ita vt eſsẽtia rei intelligatur illud, quod dicit, quid eſt res: id eſt illud, quo primo res conſtituitur res, veluti illud, quo primo equus conſtituitur equus, dicatur eſſentia, & quidditas equi; Et hæc ſint, quæ ad ſcibile quid eſt, pertinere dicantur.

Num. 1. Quomodo eſſentia ab exiſtentia diſtincta ſit.

CVm exiſtentia, & eſſe dicant modum quendam eſſentiæ: & eſſentia eadem manens, dicatur habere quadruplicem modum eſſendi potentialem, virtualem, cognitum, & realem cum modus etiam videatur diſtingui, ſaltem ratione à re, cuius eſt mo- Ex locis ſuperiori diſt. citat.

 dus:

dus: apparet, quod inter exiſtentiam, & eſſentiam aliqua danda diſtinctio ſit: Quod ſi quis nolit admittere, talia, prout ſunt entia, debere diſtingui: adducatque in Deo, & in Angelis non poſſe diſtingui; concedat tamen inter ipſa, prout ſcibilia ſunt, debere diſtinctionem admitti: & hoc modo ſufficit nobis: vſus demum communis hanc approbat diſtinctionem, ideo concedenda eſt.

Num. 2. Vtrum eſſentia ſit diſtinguenda à natura rei.

2. phiſic. tex. 12. QVod natura rei non diſtinguatur realiter ab eſſentia eiuſdem rei, aperte docet Ariſt. 2 Phiſ. vbi ait, naturam idem eſſe, quod materia, & forma, ſed præcipue forma: Vtrum vero diſtinguatur ratione? dicendum ex Ariſt. omnino diſtingui. Ipſe 2. phiſ. tex. 3. & 28. enim diuerſam facit tractationem de natura ab ea, quæ eſt de materia, & forma: Ipſe etiã aliter diffinit naturam, quam diffiniat materiam, & formam: ipſe ait, quod materia, & forma ſunt cauſa rei: naturam vero non dicit cauſam rei, ſed cauſam, vel principium motus: Materia etiam, & forma dicunt quid eſt res: natura vero dicit, ad quid eſt res: illæ dicunt primam rei entitatem; iſta dicit primam rei mobilitatem: forma dicitur cauſa reſpectu materiæ: natura dicitur natura in ordine ad finem, & motum: igitur ſecundũ rationem diſtincta erunt: Vtrum autem natura debeat poni in ſcibili quid eſt, dubium eſſe videtur: Exiſtimo alit melius reduci ad hoc

hoc, quam ad aliud quodcũque, ſi tantũ quatuor ſcibilia conſtituantur: recte enim natura idem eſſe dicitur cum materia, & forma: & ęque primo, & per ſe conuenit rei, ſicut etiam materia, & forma: Diffinitur quoque quandoque res per naturam ipſius: Non poteſt etiam reduci ad ſcibile propter quid; cũ prædicatur de re, cuius eſt natura; quia ipſa non eſt cauſa rei, ſed motus: Quod ſi quis dicat, poſſe reduci ad ſcibile, Quia eſt; quia cũ natura prædicatur de re, fit propoſitio tertii adiacentis; veluti cum dicitur, ignis habet naturam ad ſurſum: Reſpondetur etiam materiam, & formam hac ratione poſſe reduci; quia ſimili modo prædicantur; veluti cum dicitur equus habet animam, equus habet corpus, vel eſt corporeum: Vel igitur natura debet habere proprium ſcibile, quod recte dicitur, ad quid eſt: Vel ad ſcibile quid eſt, debet reduci: Qui igitur non vult diſtinguere quintum ſcibile; In hoc ſcibili collocabit præter materiam, & formam; ipſam quoque naturam, ideſt rationem, & relationem finalem: Sed facilior admodum, & clarior erit tractatio, ſi ad ſcibile proprium referatur.

Num. 3. Quid ſit eſſentia.

Eſſentia videtur ſic poſſe deſcribi: Eſt prima entitas rei: in qua deſcriptione tres particulæ reperiuntur: prima eſt rei; & per rem debet intelligi omne ens, ſiue naturale, ſiue morale, ſiue rationis; talia enim ſuam habent eſſentiam: ſecunda eſt entitas: ſola

Argum. 1. de an. tx. 6 & 1. phiſi. tex. 82. & 2. Meta. tex. 5.

enim eſſentia dicit entitatem: Eſſe vero non dicit entitatem, ſed modum entitatis: Natura vero potius dicit cauſalitatem, quam entitatem: Clarius autem dicatur: In ente duo conſiderantur, eſſe, & eſſentia; & omnino vtrunque debet dari, vt aliquid ens eſſe dicatur; quando enim eſſentia roſæ eſt in potentia; tunc non dicitur ens; cum vero eſt in actu; tunc vere dicitur ens: Eſſentia igitur eſt illud, quod dicitur ens; eſſe vero eſt illud, quo res dicitur ens: ſicut enim, cum videtur equus, illud, quod videtur, eſt equus; illud, quo videtur, eſt color; ita eſt de eſſentia, & eſſe: Dicitur autem, entitas prima; quia in re nulla eſt entitas prior illa: Idem eſt autem eſſe entitatem primam, quod non habere aliquam cauſam in re: Illa enim entitas, quæ habet cauſam in re, non eſt entitas prima; quia ſupponit aliam entitatem in re: Accidentia igitur, veluti albedo, ſi conſiderentur in abſtracto, habent entitatem primam in ſeipſis: ſi autem conſiderentur prout ſunt entitates alicuius ſubiecti, tunc non ſunt primæ entitates illius; quia ſubiectum habet aliam priorem entitatem, quæ eſt cauſa illius entitatis, quæ accidens eſt: Patet autem ex Ariſt. quod bene ſic diffinitur eſſentia; Materia n. & forma dicunt rei eſſentiam: Materia autem, ait Ariſt. eſt primum ſubiectum; igitur dicit primam entitatem: De anima quoque dicit; quod eſt actus primus &c. Et formam diffinit, quod ſit, quod quid erat eſſe; quod eſt affirmare, quod primam dicat rei entitatem: tale quid igitur erit Eſſentia.

1.phiſ tex. 82.

2.de anim tex.6.

Num. 4.

Num. 4. Quod materia, & forma ſint eſſentia, & prima entitas rei.

IN Deo, in Angelis, in accidentibus, & in his, quæ materiam non habent, ſola forma dicit illorum eſſentiam: In entibus vero naturalibus, moralibus, artificialibus, & rationis, ſemper reperitur materia, & forma; & ipſæ dicunt rei eſſentiam: patet autem ita eſſe; in equo enim materia eſt corpus; anima vero, eſt forma: In domo, materia ſunt lapides, forma illa figura: In virtute iuſtitiæ materia eſt ius; forma voluntas hoc ius omnibus tribuendi: In ſyllogiſmo materia ſunt propoſitiones, forma vero figura; Sunt autẽ dictæ materia, & forma partes rem primo componentes; & non adeſt pars alia, ex qua primo res componatur; ideo vere dicunt primum entitatem, quod eſt eſſe rei eſſentiam; vt dictum eſt. 1 phiſ. tex. 81. & 2. phiſ. tx 28 & 2. metatex. 5.

Num. 5. Quæ ſit materiæ diffinitio.

MAteria ſic poteſt diffiniri: Eſt entitas rei prima, & ſubiectiua: dicitur entitas; vt diſtinguatur ab exiſtentia, & à natura rei, quæ nullam dicunt entitatem: Dicitur prima; vt diſtinguatur ab accidentibus: talia enim dicunt entitatem rei, ſed non primam: Dicitur ſubiectiua; vt diſtinguatur à forma, quæ licet ſit entitas prima, non tamen eſt ſubiectiua, vt materia: dicitur etiã ſubiectiua; vt oſtendatur, quod materia eſt res indetermina- Ex 1. phiſ. tex. 82. & 2. phiſ. tex. 28.

Digitized by Google

minata in ſe, & determinabilis à forma: eſt enim ſicut cera, quæ eſt in potentia, vt ad quancunque figuram determinata ſit: Mate-
1. phiſ. tex. 82. ria etiam ab Ariſt. ſic diffinitur: Eſt primum ſubiectum, ex quo fit aliquid, cum inſit, non ſecundum accidens: & eſt idem cũ eo, quod dictum eſt. Subiectum enim dicit rationem ſubiectiuam: Primum indicat, nihil materia eſſe prius in re: Ex quo fit &c. oſtendit dicere entitatem rei, & eſſe primam partem illius ſubiectiuam.

Num. 6. De diffinitione formæ.

Ex 2. phiſ. tex 28. Arg. 2. de ani. tex. 6. Forma ſic poteſt diffiniri: Eſt entitas rei prima, & determinatiua: dicitur entitas; vt diſtinguatur ab exiſtentia, & natura rei: Dicitur prima; vt ab accidentibus ſit diſtincta: dicitur determinatiua; vt à materia differens ſit: Materia enim habet rationem ſu-
2. phiſ. tex. 28. biectiuam, & determinabilem; forma vero quaſi inhæſiuam, & determinantẽ: Ariſt. ſic diffinit formam: Eſt ratio ipſius, quod quid erat eſſe: quod eſt dicere: forma eſt quædam entitas, quæ primo determinat quid res ſit. Hæc igitur diffinitio idem dicit cum priori.

Nu. 7. De modo examinandi, an aliquod ens habeat materiam, & formam.

Ex locis ſupra citatis. Sic fiet: Conſiderabitur, an illud ens conſtet ex duabus partibus, quarum vna ſit determinans, alia determinata; & hoc innẽ-

to iudicabitur, habere materiam, & formam: ſi vero has duas non habet partes, exiſtimabitur ſimplicem formam eſſe: Deus igitur, & angelus dicentur ſimplices formas eſſe, & ex materia non conſtare. Accidentia vero, quæ formæ ſimplices ſunt, carebunt materia illa, quæ dicitur ex qua; idest illa ex qua, tanquā ex parte, res compoſita ſit. Poſſunt tamen habere materiam in qua, idest ſubiectum. In ſubſtātia enim, tamquam in ſubiecto, omnia inhærent accidentia: Aliqua etiam accidentia habent materiam circa quam; idest illam circa quam verſantur, veluti ſunt potentiæ, & habitus; materia enim, circa quam, verſatur intellectus; & ſcientia eſt veritas: Reliqua vero entia tum naturalia, tum moralia, artificialia, & rationis, habent materiam ex qua: veluti equus habet corpus, & animam; domus lapides, & figuram; eleemoſina pecuniam, & voluntatem; ſyllogiſmus propoſitiones, & figuram: ita de alijs eſt. Hoc autem per regulam datam cognoſci poteſt.

Num. 8. De modo inueniendi, quæ ſit propria materia rei.

Modus, ad inueniendā materiam cuiuſcunque rei talis eſt. Cognito, quod aliquod ens, per regulam datam, habet materiam; vtendum eſt diffinitione materiæ ad inueniendum, quid propriæ ſit materia illius rei: ſi enim materia eſt illud, quod primo ſubijcitur formæ, vt determinetur ab illa ad Ex Ariſt. 1 poſt. tx. 36. 25. 40. & 27.

al-

aliquod genus entis, vt equi, vel domûs, vel alterius: ſi cognouero, quid ſit illud, quod primo ſubijcitur formæ, & determinatur ab illa; ita vt ſit prima entitas; & illius non ſit cauſa in re, tunc cognoſcam, quód illud eſt materia talis rei: ſit exemplum; quæro materiam ignis; & conſidero an raritas ſit illius materia; & comperto, quod raritas, non primo ſubijcitur formæ ignis; raritas enim eſt effectus talis ſubiectionis; ſi enim illa materia, quæ ſubijcitur formæ ignis ſubijceretur formæ terræ, non fieret raritas, ſed denſitas: vnde patet, quod non ſubijcitur primò, & quod habet cauſam in re: prouenit enim à determinatione, quæ fit à forma ignis; ideo non eſt prima entitas, neque materia; quo cognito, procedam vlterius, vt quæram, quod primo ſubijcitur, & determinatur: & ſi quidem neſciam diſtinguere per terminos proprios, diſtinguam per communes, & generales; vnde ſic mecum ſtatuam; quod neceſſe ſit in igne aliquid dari, quod primo ſubijciatur formæ, & determinetur ab illa; & hoc primum dicam eſſe materiam ignis.

Num. 9. De modo inueniendi, quæ ſit forma rei.

Ex Ar. vbi ſupra.

IDem debet fieri de forma: ex diffinitione enim illius, quæ modo data eſt, licebit cognoſcere, quid ſit illud, quod primo determinat, quid eſt res: & hoc in quocunque genere entis: per eandem etiam licebit cognoſcere, quæ ſit propria rei forma: ſi enim vna-

vnaqueque res, ſuam habet determinationem ſpecialem; veluti, equus aliter determinatur, quam ouis; inſpecta propria determinatione, licebit colligere, quæ forma propria ſit: ſi .n. dicatur, illud, quod primo ſic determinat equum, eſt anima, & forma equi, erit bene dictum; & ita Ariſtoteles in diffinitione animę facit; cum dixit eſt actus primus corporis &c. Idẽ erit in aliis; veluti ſi quæratur, quæ ſit forma belli, poterit à prima determinatione illius deriuari; veluti finis belli eſt victoria; medium ad obtinendam victoriam duo requirit, (ſit exempli gratia dictum,) vnum ſe caute tueri; aliud inimicum offendere fortius: ille enim vincit, qui ſe tuetur, & inimicum offendit: igitur forma belli erit quid determinans exercitus ad recte ſe tuendum, & ad fortius offendendum: idem in aliis; ſic igitur licet materiam, & formam inuenire.

Num. 10. *De gradibus materiæ, & formæ inueniendis.*

SI cognitio materiæ, & formæ debet eſſe diſtincta, & adæquata, neceſſe eſt, vt gradus materiæ, & formæ cognoſcantur: ſi enim iſti ignorentur, vel non tota, vel non diſtincta cognitio habita erit: ſi quis enim in anima hominis non diſtinguat tres gradus, nempe vegetatiuum, ſenſitiuum, & rationale, iſte non dicetur habere cognitionem diſtinctam: ſi quis vero exiſtimet, in homine tantum eſſe gradũ vegetandi, & ſentiendi; iſte non habebit inte- Argum. ex Ar. 1. phiſ. tx. 1. 3. & 4

gram

gram cognitionem: gradus itaque ſunt inueniendi. Hoc autem fecit Ariſtoteles in tractatione de anima, vbi gradus illius diſtinxit: Et hoc eſt, quod in diffinitione faciunt genera, & differentiæ: explicant enim gradus tum materiales, tum formales: veluti cum dicitur homo eſt ſubſtantia corporea, animata, rationalis; & idem de aliis dici poteſt.

Num. 11. *Qua ratione gradus materiæ, & formæ inueniantur.*

2 phiſ. tex. 82. DIcti gradus poſſunt multis modis inueſtigari in naturalibus: Et primo à luce, & opacitate: formæ enim lux; materiæ tenebræ, vel opacitas tribuuntur: ideo ait Ariſtoteles, quod materia appetit formam, vt turpe pulchrum: ignis ergo dicetur habere multum formæ, parum materiæ, quia habet multum lucis; Terra vero multũ materiæ, parum formæ, quia valde tenebroſa, & opaca, & deformis exiſtit: ſecundo à dẽſitate, & raritate colliguntur gradus materiales: quod enim eſt denſum, multum habet materiæ in modica quantitate; quod rarum è contra; ideo ignis inter elementa minimum habet materiæ, terra vero ſummum: tertio ex partibus materiæ diſſimilaribus, veluti organizatis, vt in equo, & animatis contingit, deſumuntur gradus materiales; quia in dictis materia ad altiorem determinationem eleuatur; ideo Ariſtoteles in diffinitione animæ ponit corpus organicũ, ideſt ita ab anima determinatum: quarto gradus formæ colliguntur ex

2. de ani. tex 6. & 7. ex 2 phiſ. tex. 28. Vt 2. & 3. de anim.

deter-

determinatione materiæ; quæ enim forma altius eleuat, & nobilius determinat materiam, illa altiorem habet gradum; ita forma ignis nobilior eſt aliis elementis, quia nobilius materiam determinat: Anima eſt nobilior, quia altius eleuat materiã: quinto ex operationibus; vbi enim nobilior eſt operatio, ibi nobilior forma exiſtit, vt in homine, & aliis apparet: ſexto ab accidentibus: forma enim, quæ producit nobiliora accidentia, eſt nobilior; ita anima hominis, à quo proueniunt intellectus, atq; voluntas: ſeptimo à fine; illa enim res nobiliorẽ habet formã, quæ ad finem nobiliorem eſt ordinata: forma enim fini conformis eſt: Gradus itaque ſic inueniuntur.

Num. 12. *De diffinitione, & illius vſu.*

DEbet igitur colligi diffinitio ex gradibus Ex 1.phiſ.
materiæ, & formæ ea ratione, qua infra tex.5.
dicetur: licet autẽ fortaſſe quis putet, non opus eſſe, vt Oratores, Poetę, Hiſtorici, & Iuriſperiti, cum tractant de particulari bello, vel imperio, vel actione, talia diffiniant, quia tractant de ſingularibus, & diffinitio eſt vniuerſalium; nihilominus neceſſe eſt, vt hoc præſtent, ſi volunt recta ratione ſe habere; Diffinitio enim generalis habita de bono imperio, vel bello, dirigit Scriptorem, vt in bello particulari ſciat laudare quod laudandum; vituperare, quod reprehendendum: ſi enim ignorat, qua ratione bellum recte exerceatur; neſciet diſtinguere, quando quis bene, vel male ſe geſſerit in bello: Debent

igitur

igitur in mente habere diffinitionem generalẽ eorum, quæ tractant in particulari; & in hac tractatione ampliare, vel minuere, iuxta materiæ, vel formæ gradus; veluti, ſi laudanda ſit liberalitas, hoc facere opus eſt, vel ex parte materiæ, quia multum dedit; vel ex parte affectus, quia magno animo dedit. Idem de iuriſperito, ſi vult recte reſpondere de hac, vel illa dote, ſeu legato, vel teſtamento; oportet, quód prius de illis generalem quandam obtinuerit cognitionẽ. Et hæc de ſcibili quid ſit, dicta ſufficiãt.

DIST. VII.

De ſcibili Ad quid ſit, ſeu de cognitione cauſæ finalis, & de modo illam adæquandi, & diſtinguendi.

SEquitur de ſcibili Ad quid ſit: in quo de his, quæ ad cauſam finalem ſpectant, conſideratur. Dicendum eſt autẽ de his, quæ ad hoc ſcibile reducantur, tum de regulis, quibus de illis adæquata, & diſtincta cognitio poſſit haberi.

Num. I. De fine quid ſit.

a phiſ. tex. 39. & 5. Meta. tex. 3. AIT Ariſtoteles; Finis eſt id, cuius gratia, ideſt finis eſt illud, in gratiam cuius res aliqua fit, eſt, & operatur: veluti eques eſt finis equi; & habitatio domus; quia in gratiam horum facta ſunt, exiſtunt, & operantur.

Num. 2.

Num. 2. Quod omnia entia, Deo excepto, ad finem ordinantur.

SVpponere autem opus eſt, quod omnia entia, Deo tantum excepto, finem ſuum habent; excipitur autem Deus; tum quia ipſe eſt finis omnium: in quocunque autem genere cauſæ, ait Ariſtoteles, non datur proceſſus in infinitum; ideo neceſſe eſt deuenire ad vnum finem, qui non habeat finem; tum quia finis debet eſſe extra rem, & eſſe dignius eo, quod eſt ad finem: illud enim, cuius gratia, aliquid fit, ait Ariſtoteles, eſt ipſum bonum; & eſt nobilius eo, quod propter ipſum fit: Deo autem nihil poteſt eſſe nobilius; tum demum, quia omne habens finem, habet etiam efficiens, & eſt factum: vt ait Auerroes; ex eo enim, quod res ab agente ad aliquid ordinatur, finem dicetur habere; vnde recte Deus finem nullum extra ſe affirmatur habere: Quod vero omnia alia entia, & naturalia, & moralia, & artificialia, & rationis habeant finem, ex communi omnium conſenſu apparet: omnes enim cum Ariſtotele affirmant, quod omne agens per intellectum agit propter finem: & quod Deus, & natura agunt propter finem: Patet etiam experienria; domus enim, virtus, bellum, imperiū, ſyllogiſmus, & demonſtratio, ſingula, iuxta genus ſuum, proprium finem habent: Accidentia quoque illorum obtinent finem ſuum: nullū enim accidens in entibus datur otioſum, & ſine fine; niſi forte, vt ait Ariſtoteles, à caſu, & à for-

Ariſtot. 12. Meta. tex. 52. &c. 2. Metaph. cap. 2. 1 Metaph. cap 2. 2. phiſ. tex. 31. 12. Metaph tex. 52. 2. Metaph. tex 9.

à fortuna procedat: Omnia igitur, Deo excepto, finem aliquem habent.

Num. 3. Quod omne habens finem, ordinatur ad illum.

Ex Ariſt. 2. phiſ. tex 29. & 5. Met. tex. 2.

SImiliter eſt ſupponendum, quod omne habens finem, ordinatur ad illum: & quod hæc ordinatio eſt non ſolum in agente, ſed etiã in re: & quod agens eſt cauſa talis ordinationis; & quod hæc ordinatio nullam cauſam habet in re, ſed conuenit illi immediate, & non minus per ſe, vel primo, quam illi conueniat materia, & forma: Poteſt autem, quod dicitur, facillime probari: Vel enim res habens finem, ordinatur ad illum, vel non: ſi non; ergo non eſt ad illum; nec in gratiam illius; nec ſe habet ad illum, vt ad finem; hoc autem eſt contra illud, quod ſupponitur: ſi ordinatur, vel hæc ordinatio eſt tantum in agente, vel eſt etiam in re; ſi tantum in agente, ergo ſublato illo, ceſſat finis, & ideo mortuo ędificatore, domus nõ erit ad habitationem, quod falſum eſt: deinde ſequetur, quod res non ſit ordinata ad finem; ſi enim res debet dici ordinata, oportet, quod in ipſa ſit ordinatio; ſicut enim agens, dicitur ordinans, quia ordinatio actiue ſumpta in ipſo eſt, ita ad hoc, vt res dicatur ordinata, opus eſt, quod in ipſa ſit ordinatio: Amplius, ſi ordinatio eſt tantum in agente, ergo res per accidens, & non per ſe, nec ſecundum quod ipſa ordinatur ad finem: ſi enim res, vt res nihil habet ordinationis in ſeipſa; ergo res, vt res non ordi-

Ex Ariſt. 2 phiſ. tex. 75

natur ad finem: at omnes dicunt, quod finis eſt per ſe cauſa rei; & quod res, vt res ſe habet ad finem; & quod res, vt res in gratiam finis eſt: Demum in naturalibus natura eſt quędam ratio, qua res ſe habet ad finem; at hæc eſt intrinſeca, & quæ conuenit rei primo, & per ſe: igitur ordinatio ad finem in reipſa ſtatuenda eſt: Talis etiam ordinatio per ſe rei debet conuenire: qua enim ratione res habet hanc ordinationem, eadem quoque habet finem; ſed omnes dicunt, quod res habet finem per ſe, & primo; ergo habet quoq; hanc ordinationem, & per ſe, & primo: ſi enim per accidens ordinatur ad finem; ergo per accidens habet finem. Similiter eſt aſſerendum, quod hæc ordinatio habet quidem cauſam extrinſecam, nempe efficientem; non tamen habet intrinſecam: ſi enim materia, vel forma, quæ ſunt cauſæ intrinſecæ, eſſent cauſæ ordinationis ad finem; tunc materia, & forma dicerentur ordinare rem ad finem; hoc autem impoſſibile eſt: ſolum enim agens ordinat; deinde materia, & forma eſſent cauſæ finis; quod enim eſt cauſa ordinationis rei ad finem, illud eſt cauſa finis: ideo enim res habet finem, quia eſt in gratiam illius: & ideo eſt in gratiã ipſius, quia ad illum eſt ordinata: Amplius natura ab Ariſt. non dicitur effectus materię, vel formę; ſed dicit quod immediate rei conuenit: Demum ordinatio rei ad finem quadam ratione tum materiæ, tũ formæ cauſa eſt; ſi enim clauis ſit ordinanda ad aperiendum tale oſtium; ex hac ordinatione ſequetur determinatio, qualis forma, &

Ariſt. vbi ſupra. 2. phiſ. tex. 84.

Ibidem.

Ar. 2. phiſ tex. 91.

qualis materia debeat eſſe: Ita ſi domus ad habitationem Principis ſit ordinãda; ex hoc, quæ, & quanta materia, & qualis forma debeat eſſe determinatio fiet: igitur ordinatio rei ad finem reperitur in ipſa re; & eſt ab efficiente rẽ, & rei conuenit per ſe, primo, & immediate.

Num. 4. Quid ſit ordinatio rei ad finem.

Ex Ariſt. 2. phiſ. tex. 87. &c.

ORdinatio rei ad finem, & ad ea, quæ ſunt ad finem, videtur ſic poſſe diffiniri: Eſt prima, & intima, & congrua deſtinatio rei ad finem, facta ab eo, qui produxit rem, in ipſamet rei productione: Et hæc diffinitio accipitur ab illa famoſa propoſitione: Omne agens per intellectum, agit propter finem: illud enim verbum, Propter finem, indicat deſtinationem ad finem: illud, Agit, oſtendit deſtinationem fieri in ipſamet productione: illud vero, Agens, declarat talem rei deſtinationem fieri ab agẽte: Dicitur autem, eſt prima, quia illæ deſtinationes, quæ ſuperueniunt rei iam conſtitutæ; vt ſi quis ordinet gladium ſuum ad occidendum; non ſunt finales, & per accidens rei conueniunt: Dicitur etiam intima; quia talis ordinatio in reipſa debet reponi: dicitur congrua; quia talis ratio ſemper fini debet eſſe accommodata: ſi enim finis domus ſit habitatio Principis, iuxta hunc finem, talis ordinatio debet accommodari: Dicitur deſtinatio rei ad finem; quia hæc eſt, quæ primo conuenit rei, & de qua modo conſideratio eſt: Dicitur, facta ab eo, qui produxit rem; quia ab agente hæc

2. Metaph. tx. 9. Ari. 2. phiſ. tex. 76.

Ibidem.

Ibid. tx. 78. &c.

hæc ordinatio fit: Dicitur, in ipſamet rei productione; quia ſi quis ad proprium vſum faciat gladium, nempe ad familiarem inciſionẽ; & poſtquam fecit, velit eundem ordinare ad occiſionem inimici; tunc iſta ordinatio, licet ſit facta ab ipſo agente, tamen non eſt finalis, quia in ipſa productione data rei non eſt: Sequitur etiam ex hac vltima particula, quod ſi artifex faceret clauim, quam deſtinaret ad aperiendum tale Oſtium, & producta reperiretur apta aperire etiam aliud Oſtium; tunc hoc ſecundum Oſtium non eſſet finis clauis, ſed tantum primum. Clauis enim ad hoc ſecundum Oſtium per accidẽs ſe haberet: Talequid igitur eſt ordinatio finalis; & hæc in omnibus reperitur, quæ finem habent: Omnia autem, quæ habent efficiens, habent quoque finem; finis enim eſt illud, in gratiam cuius res ab agente producta eſt. Arg.2.phiſ. tex.76. 2.phiſ. tex. 89.

Num. 5. Quod quatuor agentia rebus imponunt ordinationem finalem.

Agentia, à quibus imponitur rebus ordinatio finalis, quatuor ſunt: primum eſt Deus, & natura: De Deo enim certum eſt, quod habet prouidentiam omnium rerum: Hæc autem prouidentia à Theologis diffinitur, quod ſit; Ratio ordinis rerum in proprios fines: Et Ariſt. ait, quod Deus, & natura nihil fruſtra agunt: ſecundum agens eſt voluntas; hæc enim potiſſimum reſpicit finem; & proprium illius eſt, ordinare actiones, & res 2.phiſ. tex. 49. D.Th.1.p. q.22. 2.phiſ. tex. 49.

hominum, & ipſoſmet homines in fines propriæ naturæ conuenientes: Tertium agens eſt, Ars: Hæc in homine videtur eſſe quoddam princi-

2. phiſ. tex. 78. & 82. & 91. pium recte efficiendi res factibiles; & illas recte dirigendi in fines ſuos: vnde dicitur recta ratio rerum factibilium; ſiue igitur ars, ſiue artifex, dicitur eſſe agens, ad quod ſpectat res artificiales dirigere in fines ſuos. Quartum eſt

2. Metaph. tex. 9. intellectus: ad hunc enim ſpectat inuenire quædam entia rationis, veluti quæ ſunt in Grãmatica, Poetica, Rethorica, & Logica; & hæc debet dirigere ad fines ſuos; vt facit, dirigendo entia grãmaticalia, ad congrue loquendũ; Entia Rethoricæ, ad loquendum appoſitæ ad perſuadendum; Entia Logicæ, ad res perfecte cognoſcendas: Fit autem ex hoc, quod iuxta hæc quatuor agentia, in entibus detur diſtinctio, & differentia: Entia enim, quæ à Deo producuntur, poſſunt aliqua ratione dici naturalia: ipſe vero Deus dicitur ſupernaturale: quia ſupra ordinem naturæ eſt: Quæ vero ab arte effecta ſunt, dicuntur artificialia; Quę à voluntate, rationem voluntarij accipiunt, ita vt ad virtutem, vel vitium reducantur; moralia appellantur: Quæ demum ab intellectu inuenta, & producta ſunt, entis rationis nomen obtinuere: Inter hæc autem entia, magna eſt differentia in ipſa conſtituenda ordinatione finali: Deus enim efficaciter ordinat res in finẽ: dat enim rebus à ſe productis principium in-

Ex 2. phiſ. tex. 84. trinſecum, quo ſeipſis tendant in fines ſuos: natura nanq; eſt principium motus, & quietis; motus autem eſt quædam tendentia in finem;

quies

quies vero eſt permanentia rei in fine: Itaque Deus, in ordinatione rei ad finem, tribuendo illi naturam, efficaciter dicitur res ordinare in finem: Hoc autem neque ars, neque voluntas, neque intellectus efficere poſſunt: vt enim ait Ariſt. ars nullum habet principium motus in finem: gladius enim eſt ordinatus ad inciſionem: ſed ſeipſo nunquam incidit; eget enim opera manus illo tanquam inſtrumento vtentis: ignis, qui eſt ordinatus ad eſſe ſurſum, ſeipſum, mediante natura, mouet illuc: Naturalia igitur efficaciter ordinantur ad finem: Artificialia realiter; Moralia intentionaliter: Entia rationis intelligibiliter: Naturalia enim ordinantur per naturam: artificialia per effectum realem artis: Moralia per intentionem voluntatis: Entia rationis per cognitionem ipſius intellectus: Sic itaque ſe habent ordinationes rerum in finem. 2.phiſ.tex.8

Num. 6. De quadruplici ordinatione finali.

Ordinatio finalis vere vna eſt: ſed nihilominus quadruplex in quibuſdam entibus dici poteſt: Ad hoc enim, vt res recte ordinetur ad finem, quatuor ordinationes aliquādo habere debet: ſunt autem iſtæ quatuor: prima dicitur reſpectu aliorum ad ſe: veluti herba, fœnum, aqua, hordeum, ſunt res ordinatæ ad equum: ſecunda dicitur, reſpectu aliorum ſecum: veluti equus cum equo, & ars efficiendi ſellam, fœnum, calcaria, & equum exercē- Ex Ariſt.l. 2.phiſ.tex. 88, 89.&c. 2.de anim. tex.37.

di, dicuntur eſſe cum equo: quia adiuuant il-
Ibidem. lum ad finem ſuum conſequendum: tertia dicitur; reſpectu aliorum contra ſe: veluti lupus; & leo ſunt contra equum, vt deſtruant illum: quarta, & hæc eſt principaliſſima, ad quã
2. phiſ. tex. 75. &c. reliquæ omnes deſeruiunt: & dicitur ſui ad aliud, vt equus ad ferendum ſeſſorem: Hæc diſtinctio accepta eſt, tum ab Ariſt., tum à natura rei: Ariſt. enim 2. phiſ. & alibi loquens de
2. phiſ. tx. 5 natura ait: quædam ſunt ſecundum naturam: & quædam contra naturam: ignem ferri ſurſum, eſt ſecundum naturã: ferri deorſum, contra naturam: Igitur natura dicit principaliter
Ex 1. de ani. tex. 27 ordinationem ad finem; ſecundum naturam, & contra naturam adiuuantia, vel impedientia; ſeu contraria, vel conformia rei: Res etiam ita docet; natura enim dedit equo manducationem: reſpectu eorum, quæ ſunt ad ſe: calcitrationem: reſpectu eorum, quæ ſunt contra ſe: manſuetudinem: reſpectu eorum, quæ ſecum ſunt; demum naturaliter illum inclinauit ad ferendum ſeſſorem: Ita in moralibus: fortitudo, eſt reſpectu eorum, quæ ſunt contra ſe; temperantia; reſpectu eorum, quæ ſunt ad ſe, & ex parte ſecum: Iuſtitiæ; reſpectu ordinationis ſui ad finem; Prudentia; reſpectu omnium, & præcipue eorum, quæ ſecum ſunt: Ita in artificialibus; vt in domo, bello, imperio, quædam ſunt contraria; quædam conuenientia; quædam neceſſaria ad conſeruationem, reparationem, operationem; demum ipſæ res ad aliud ſunt ordinatæ: Ars enim, quantum poteſt quatuor dictis, ſicut facit natura, nititur

tur prouidere: Ita in entibus rationis; veluti in demonſtratione intellectus dicitur talia præbere illi, vt contra argutias ſophiſtarum firma ſit; docet etiam, quæ ipſam demonſtrationem valeant facere clariorem; & illuſtriorem: Itaque in aliquibus entibus quatuor dictæ ordinationes poterunt reperiri.

Num. 7. Quod in ordinatione finali duo reperiuntur, relatio, & ratio finalis.

OMnino in quacunque ordinatione finali neceſſe eſt duo reperiri; vnum eſt relatio ad finem, aliud eſt recta ratio ſe habendi ad illum: quod ita probatur: Ait Ariſt. ad aliquid ſunt, quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere: ſed res ſe habent ad finem ſuum, & ſunt in gratiam ipſius, & ordinantur in illum; ergo habent ordinationem, & relationem ad ipſum; imo relatio, & ordinatio fere idem eſſe videntur: Demum ſi res non refertur ad finem, ergo non reſpicit finem, ergo non eſt ad finem, ergo non habet illum finem: Datur igitur relatio in re ad finem ſuum; & hæc relatio per ſe, primo, immediate conuenit rei; ſicut enim finis conuenit rei; ita relatio ad illũ conuenit illi; res. n. ſi habet finẽ, habet per hanc relationẽ; & ſi habet, hanc habet propter finẽ: Non ſufficit autẽ iſta relatio, ſed neceſſario requiritur congrua, & præciſa ratio ſe habendi ad finem: quod tũ ratione, tum experientia probatur: ratio ſit, quia finis eſt res præciſa, & determinata; vel ergo res refertur ad finem præciſe, & determinate;

In lib. præd. cap. ad aliquid.

1. phiſ. cap. vlt. & pen.

nate, vel confuſe, & ſine aliqua diſtincta ratione refertur ad illum: ſi præciſe refertur: ergo datur præciſa ratio, qua referatur; & ſic erunt duo relatio, & ratio finalis: ſi non refertur præciſe, ergo neque habet illum finem præciſum; quo enim modo refertur ad finem, eo modo ſe habet ad illum; res autem habet finem præciſum, ergo, & rationem præciſam habebit ſe habendi ad illum: Authoritate etiam probatur: Ait Ariſt. finis demonſtrationis eſt facere ſcire; poſtea addit, ergo debet eſſe ex veris &c. quod eſt dicere, quia talis eſt finis demonſtrationis neceſſe eſt, in illa ponere talē rationem, qua ſe poſſit habere ad finem: probatur etiam experientia; In naturalibus enim datur natura, quæ eſt recta, & præciſa ratio ſe habendi ad finem: In artificialibus idem: ſi quis enim ordinet exercitum ad bellum, & victoriam: nititur dare illi conuenientem fini rationem: & ſi non det, dicitur male ordinaſſe: Si quis etiam debeat ædificare domum in gratiam, vt à Principe habitetur, & tali domui non det rationem conuenientem Principis habitationi: iſte dicitur male ordinaſſe: Demum ſi quis ordinet clauim ad aperiendum tale Oſtium, ſed non tradat illi talem rationem, qua poſſit aperire: iſte dicetur male, & fruſtra ordinaſſe: ergo ordinatio finalis non dicit ſimplicem relationem ad finem: ſed ſimul cum relatione dicit etiam rationem fini conuenientem: & hoc in omnibus verum eſt.

1. poſt. tx. 5. 8. phiſ. tex. 76. &c.

Ibidem.

Num. 8.

Num. 8. *Quid ſit ratio finalis.*

RAtio finalis videtur ſic poſſe deſcribi: Eſt prima, & intima ratio ſe habendi ad finem, & ad ea, quæ ſunt ad finem: dicitur autem prima; ad differentiam accidentium, quæ dicunt ſecundam quandam rationem ſe habēdi ad finem. Poteſt etiam ſic diffiniri: Eſt modus intrinſecus, & primus, quo recte ab agente res deſtinatur ad finem: Vel etiam ſic: eſt quædam intima ratio, qua rei eſſentia ad proprium finem determinatur: Ratio enim finalis eſt illud, quo agens, tum materiam, tum formam rei ſpecificat, atque determinat: Veluti, quia equus eſt ordinatus ad ferendum ſeſſorē, debet habere rationem huic fini conuenientem; & quia domus ordinata ad Principis habitationem debet habere rationem huic fini conuenientem; ideo talis materia, & forma tum equo, tum tali domui tradita ſunt: Vtrum autem iſta ratio finalis diſtinguatur à forma dubium eſt: & dicendum non realiter, ſed tantum ratione diſtingui: ita autem ſe habet hæc diſtinctio: forma ſiue naturalis, ſiue artificialis, ſiue alia, poteſt dupliciter conſiderari; vno modo reſpectu eius, quod ponit in materia; & hoc pacto dicitur forma; alio modo prout hoc poſitum in materia habet conuenientiam cum fine, quem in productione rei agens propoſuerat ſibi; & hoc modo dicitur ratio finalis: exēplum de domo Principis; figura illius, quatenus determinat materiam, dicitur forma; qua-

2. phiſ. cap. vii. & ſeq.

Ari. ex 2. phiſ. vbi ſupra.

quatenus hæc determinatio conuenit cum habitatione Principis, dicitur ratio finalis: Hinc fit, quod forma alia ratione ſit ſcibilis, vt forma, alia vero vt rationem dicit finalem: Ideo diſtincto modo ſe habet.

Num. 9. Quo pacto colligantur ea, quæ pertinent ad finem.

2.phiſ.tex. 29. ARiſtoteles ait, quatuor eſſe, quæ ad finem pertinere dicuntur: primo nanque eſt finis; ſecundo operatio finalis: tertio organa, vel inſtrumenta, quibus talis operatio fiat: quarto agens, quod talibus vtatur inſtrumentis ad operandum: res etiam ipſa ita docet: Centrum enim ponatur finis; terræ: ad hunc finem conſequendum neceſſaria eſt operatio, quæ erit motus deorſum; Ad hanc operationem producendam ſunt neceſſaria quædam accidentia, quæ ſunt veluti inſtrumenta, nempe grauitas, & denſitas: Hæc autem accidentia non poſſunt ſeipſis efficere operationem; inſtrumentum enim ſine actione alterius agentis otioſum eſt; ideo debet dari aliquod principium, à quo primo, per illa accidentia, exerceatur operatio; & in naturalibus tale principium eſt natura; in artificialibus ars; in moralibus voluntas; in entibus rationis intellectus: Hinc fit, quod demonſtratio licet habeat conditiones ad efficiendam ſcientiam, nunquam tamen efficiet, niſi quis illa vtatur; & gladius non incidet, niſi à manu moueatur: Res igitur aliter eſt in naturalibus; aliter in

non

non naturalibus; In naturalibus enim finis eſt extra rem; in re ſunt operatio ad finem, inſtrumenta, & vtens inſtrumentis, quod eſt natura, quæ eſt prima ratio finalis: In non naturalibus finis eſt extra rem; in re, vel à re eſt operatio; in eadem eſt prima ratio finalis, & quaſi inſtrumentalis; vtens autem re ad producendam actionem, iuxta rationem illius, extra rem ipſam eſt: ita vtens domo, gladio, demonſtratione, extra res ipſas erit: ſic igitur colliguntur ea, quæ ad finem ſunt.

Nu. 10. De modo inueniendi præciſam rationem finalem, & finem rei.

AD habendam regulam inueniendi tum finem, tum rationem finalẽ ipſius; ſciendum eſt, quod ſi darentur ſex virgæ inter ſe omnino equales, ita vt quis certus eſſet de illarum æqualitate; ſed neſciret, quænã ſit quantitas ſingularum; ſi talis, vna menſurata, inueniret eſſe bicubitalem; tunc iſte certiſſimus eſſet, quod reliquæ omnes à ſe non menſuratæ eſſent bicubitales, ſicut eſt menſurata: ſecundo, quod oportet, quod iſta; finis; operatio ad finẽ; accidentia quibus producitur talis operatio; ratio finalis; nec non materia, & forma rei, ita ſint omnino inter ſe adæquata, & proportionata, vt nec in minimo quidẽ vnum excedat aliud, vel excedatur ab alio: ratio eſt, quia omnia ſunt in gratiam finis, & ideo commenſuratur ipſi fini: ſi enim operatio non adęquat finem rei; ergo non conſequetur totum finem,

1 poſt. tex. 24.

Ex 2. phiſ cap. vlt. &

Digitized by Google

finem; ſi excedit; ergo aliquid plus conſequetur; illud autem plus fruſtra eſſet, & otioſum: idem eſt de accidentibus, & ratione finali, & materia, & forma: vel enim non adæquant operationem, & finem; vel excedunt: ſi deficiunt; ergo non poterunt producere talem finem: ſi excedunt, ergo maiorem producent operationem, & aliquid vltra finem conſequentur; hoc autem fruſtra, & otioſum erit: Sunt igitur omnino inter ſe adæquata, & commenſurata; Hoc autem dato, ſequitur, quod menſurata vna, & cognita illius adæquata ratione, omnino cognoſcetur ratio adæquata omnium aliorum: Ex vno igitur dictorum, aliud cognoſci poteſt: Verum eſt aduertendum, quod aliquando vnum eſt magis notum, aliquando aliud; in artificialibus forma, & finis ſolent eſſe magis nota; forma enim veluti figura domus res ſenſibus nota eſt: Finis etiã eſt notus artifici, cuius eſt de fine deliberare; ratio autem finalis in huiuſmodi non valde nota eſt. Pauci enim ſunt qui, inſpecta domus forma, ſciant in illa videre adæquatam rationem illius ad finem: & ſæpe circa hoc inter artifices contingunt variæ, & contrariæ opiniones: In naturalibus plerunque operatio eſt notior, & ex ipſa tũ finis, tum forma, & ratio finalis inſpici debet: Ad inueniẽdũ itaq; finem, & rationem finalem regula erit inuenire adæquatam rationem, vel formæ, vt in artificialibus; vel finis, vt in entibus rationis: in talibus enim ſæpe finis cognitus eſt: veluti, quod ſciẽtia ſit finis demonſtrationis, facillime poteſt co-

Ex 2. phiſ. cap vlt. & penult.

cognoſci; item, quæ ſit eius operatio, nempe efficere ipſam ſcientiam; ſed cognoſcere, quæ ſit præciſa forma, & materia demonſtrationis, & quomodo in dictis ſit adæquata ratio finalis, difficillimum admodum eſt: Inuento autem vnó, habetur via aliud inueniendi; Res tamen aliter ſe habet in productione rei; & in cognitione rei productæ: In productione enim rei ſemper debet cognoſci primo finis; ſecundo operatio adæquata; & in hoc tota agentis difficultas eſt; Medicus enim, vt in medicina; & artifex, vt in materia, & forma rei artifitialis ponat rationem fini adæquatam, ſummum adhibet ſtudium; ſi enim in medicina, vel in domo talis ratio non reperiatur, dicuntur cõtra artem operatos fuiſſe: Et hoc in productione rei contingit: In cognitione autem rei productæ, poteſt procedi indiſtincte ab vno ad aliud; ſufficit enim incipere à notiori, Quomodo autem ab vno obtineatur cognitio alterius declaratur exemplo; ſit quærendum de fine, & ratione finali equi: incipiam ab operatione illius: Itaque obſeruabo, quod equus tres habet operationes erga hominem, quem ſcio in confuſo eſſe finem illius: prima eſt quod ferat ſeſſorem: ſecunda quod onera ferat: tertio quod trahat rhedam: reliquæ vero illius operationes, vt viſio, manducatio, calcitratio iſtis deſeruiunt: Conijciam ergo, quod operatio finalis equi ſit transferre hominem, & res illius de loco ad locum: ſed quia hoc etiam boui, & aſino, & camelo videtur ex parte conuenire; obſeruabo diſtinctum modum, quo equus ab

illis

illis transfert; & à re ipſa inſpiciam differentiam: equus enim velociter, & commode transfert; Bos fortiter, & lente; Aſinus debiliter, & lente; Camelus fortiter, & velociter, ſed incommode: Ponam igitur operationem finalem adæquatam eſſe velociter, & commode transferre hominem, & res illius de loco ad locum: Quo poſito ſtatim colligam, quis ſit finis adæquatus equi: erit enim homo vt velociter, & commode transferendus ab equo de loco ad locum: Videbo etiam rationem adæquatam naturæ equi; erit enim principium adæquatũ ad hanc operationem producendam: Hinc cognoſcã, quæ ſit forma, & materia equi: materia .n. erit congrua partiũ diſpoſitio ad operationem finalem exercendam: forma erit actus primus corporis equi potentiam habentis ſuã exercendi operationem: Idem erit de bello; finis belli ſit victoria; actio finalis ſit ſe tueri, & inimicum offendere; materia ſint milites, & arma; forma exercit⁹ inſtructio, & gubernatio; ratio finalis erit, quod tot, & tales milites, cum hiſce, vel alijs armis accipiantur; & ita ordinati, ac moderati ſint, vt ſe tueantur, offendant alios. Ita in imperio; finis imperij ſit pax Ciuium, vel bonum commune; actio ſit remouere offenſas, & mutua introducere officia inter ciues: materia ſint ciues; forma, vel quaſi forma leges, ac Magiſtratus: ratio finalis erit, quod leges, & Magiſtratus tales ſint, quod per ipſos ciues in officijs contineantur, & ab offenſis prohibeantur: Ita in demonſtratione erit; finis eſt ſcientia; actio efficere ſcientiam;
materia

materia propoſitiones neceſſariæ; forma figura; ratio finalis erit, quod hæc materia, & forma talis rationis ſit, vt ex ipſis actio finalis valeat prouenire: Ex his igitur patet, quomodo poſſit haberi adæquata cognitio finis, & rationis finalis, quod propoſitum erat.

Num. 11. De conſiderandis in ſcibili ad quid ſit.

Ex dictis colligitur, tria potiſſimum debere conſiderari in ſcibili ad quid ſit; vnum eſt finis rei; & hoc ſub ratione præciſa, & adæquata; aliud eſt ratio finalis, quæ quomodo diſtinguantur, dictum eſt iam, & tertium relatio erit. Quod autem hæc tria debeant ſimul conſiderari, nempe ratio finalis, relatio ad finem, & finis, manifeſtum eſt; quia relatio, & termini relationis ſimul conſideranda ſunt: Relatio autem finalis potiſſimum fundatur in fine, & in ratione finali; ſicut enim color eſt illa ratio, per quam res colorata ſe habet ad viſum; & ſicut illa conformitas quam habet albedo ad albedinem, eſt cauſa ſimilitudinis, quæ eſt relatio inter duas albedines; & ſicut conformitas inter ceram, & ſigillum facit relationem inter ipſos; ſic conformitas quam ponit ratio finalis in re ad finem ſuum proprium, eſt fundamentum relationis ad finem; igitur debent ſimul conſiderari. Quod autem hæc conformitas formæ, & materiæ ad finem debeat ſeparatam habere tractationem ab ea, quæ eſt de ipſa materia, & forma, rationabile admo-

dum eſt: finis enim diſtinctam debet habere conſideratioñe:Sed conſideratio formæ, prout eſt cauſa compoſiti, & reſpicit materiam illã actuando,& determinando ad eſſe compoſiti; adeo eſt diuerſa ab ea, qua conſideratur eadẽ forma, prout habet conformitatem cum fine, vt omnino diuerſa tractatio requiri videatur: propriæ enim,& ſpeciales difficultates, & cognitiones reperiuntur; nec obſtat,quod forma eadem ſit: ſicut enim albedo eadem eſt; & tamen ob diuerſas relationes, nempe, ſimilitudinis cum albedine, contrarietatis cum nigredine, requirit diſtinctas conſiderationes; quia eſſet confuſio,ſi de contrarietate,& ſimilitudine quis vellet ſimul tractare; relationes enim, & rationes illarum ſunt omnino diuerſæ, & differentes: ita eſt de ſcibili quid ſit, & ad quid ſit. De hoc igitur eſt habenda cognitio, vt dictum eſt. Et cognitio debet eſſe ſpecialis; Et tria in ſcibili, Ad quid ſit, debent conſiderari; Vnum eſt finis; ſecundum eſt ratio finalis; tertium eſt ipſa relatio; duo prima ſunt tanquam termini; relatio vero inter ipſa duo poſita eſt: Ex his autem poteſt haberi cognitio eorum, quæ ad ſcibile, ad quid eſt, pertinebunt.

DIST.

Digitized by Google

DIST. VIII.

De ratione determinandi, adæquandi, & diſtinguendi ſcibile quia ſit.

NVnc eſt dicendum de ſcibili quia eſt, & omnino neceſſe eſt determinare, quid ſit illud, quod in re huic ſcibili reſpondeat: ad Praxim enim hoc ſcire neceſſarium eſt; ideo de hoc primo agendum erit.

Num. 1. Quod accidentia rei in hoc ſcibili ſint reponenda.

QVod de accidentibus, quæ rei per ſe cõueniunt, in ſcientia, tanquam de ſcibilibus debeat tractari: Ariſtoteles docet, & obſeruat: docet; quia ait eſſe ſcibilia, & affirmat paſſiones de ſubiecto debere conſiderari: Obſeruat; quia in Metaphiſica conſiderat paſſiones entis; vnum, verum, bonum; in phiſica agit de infinito, vacuo, loco, tempore, motu: In libris de anima tractat de potentiis illius; hęc aũt accidentia ſunt: ſi itaq; de his agendum eſt, omnino in aliquo ſcibili hoc eſt præſtandum; non recte autem fit in ſcibili An ſit; quia in hoc, ait Ariſtoteles, quæritur, an res ſimpliciter ſit, veluti an luna ſit; Neque ponuntur in ſcibili quid ſit; quia non pertinent ad eſſentiam, & quidditatem rei:

1. poſt. tex. 35. cap. 8. & alibi.

Neque ad ſcibile ad quid ſit; quia non dicunt finem, nec primam ordinationem finalem: Similiter ad propter quid non poſſunt reduci; quia non dicunt cauſam rei; ſed potius de accidentibus quæritur propter quid: Itaque in ſolo ſcibili, Quia eſt, accidentia recte collocabuntur; & ideo nunc de illis agendum eſt.

Num. 2. Quid ſit accidens.

3. phiſ. tt. 3. Accidens videtur ſic poſſe deſcribi: Eſt poſterior entitas rei, vbi duo ponuntur; vnum, quod dicat entitatem; & per hoc diſtinguitur ab efficiente, exiſtentia, fine, & ratione finali; talia enim non dicunt entitatem: Aliud, quod ſit poſterior entitas; & per hoc diſtinguitur ab eſſentia, ſeu materia, & forma, quæ dicunt primam entitatem: patet autem ex Ariſtotele, quod entitas accidenti ſit tribuenda; ipſe enim accidentia appellat entia; decem .n. prædicamenta, ait, ſunt entia; & dicit poſſe eſſe, tum actu, tum potentia; quod etiam accidens ſit poſterius ſubſtantia apertiſſime docet: Eſt quoque alia diffinitio ſic: Quod eſt in aliquo, & non eſt, neque exiſtentia, neque eſſentia, neq; finis, aut prima ratio finalis illius, tale accidens rei dicẽdum eſt. Demum ſic poteſt determinari: Eſt intima, & poſterior ratio ſe habendi ad aliud; Dixi intima; quia accidens eſt in eo, cuius eſt accidens: Dixi poſterior; quia ipſum ſemper præcedit prima ratio, vel ordinatio finalis: Dixi ratio ſe habendi ad aliud; quia omne accidens, ſiue proprium, ſiue

Ex 1. phiſ. cap. vlt. & penult.

ſiue commune talem dicit rationem; Sex enim vltima prædicamenta vbi, quando, agere, pati, ſitum eſſe, & habere omnino dicunt rationem ad locum, ad tempus, ad paſſum, ad agens, ad loci partes, & ad res habitas; ita etiam quantitas, longitudo, latitudo, profunditas dicunt quandam rationem ad partes extendendas; ita locus, tempus. Idem de omnibus ſpeciebus qualitatis; habitus enim, diſpoſitio, potentia, vel impotentia, paſſio, vel paſſibilis qualitas, vt calor, frigus, color, odor, ſapor, & ſimilia, dicunt intimam, & poſteriorem rationem ſe habendi ad aliud. Figura etiam, vt figura pedis eſt ordinata ad ambulandum, manus ad operandum; Ita in ente vnum, verum, bonum ſupponunt relationem in ente ad intellectum, & voluntatem, & diuidentem; Ideo veriſſimum erit, quod omne accidens dicit quandam rationem ſe habendi ad aliud: & propterea hæc diffinitio maxime explicabit naturā accidētis.

Num. 3. De differentia accidentium, quæ per ſe, & quæ non per ſe inſunt.

SCientia tantum conſiderat de accidentibus, quæ rei per ſe inſunt: Regulæ autem ad cognoſcendum, quæ per ſe inſunt, erunt ſequentes: Prima, omne accidens, quod habet cauſam in re, quæ per ſe illi inſit rei, eidem per ſe conueniet; probatur, habere aliquid per ſe, eſt habere illud per ſeipsū; cū ergo accidēs dependeat à cauſa ſua; ſi res habet per ſe cauſam accidentis, omnino habebit accidens per

1. poſt. tx. 17. 18. 19. & 6. Metaſ. tex 5.

ſe, habet enim in ſeipſo illud, per quod accidens ineſt ſibi: Quod ſi cauſa accidentis ſit extra rem, vel per accidens illi ineſt, tunc res habebit accidens per aliud, nempe per illud, in quo reperitur cauſa accidentis; veluti quod equus ſit illuminatus a ſole, non conuenit equo per ſe, ſed per ſolem, quia hic eſt cauſa illuminationis, quæ in equo facta eſt; ſecunda regula erit. Illud accidens, quod conuenit rei, vt ordinatæ ad finem, vel ad ea, quæ ſunt ad finem, eidem rei conuenit non per aliud, ſed per ſe: ratio ſit, quia res per ſe, & ſecundum quod ipſa ordinatur ad finem; ergo quod ineſt rei, vt ordinatæ ad finem, per ſe, & ſecundum quod ipſa conuenit illi: hac autem regula debent vti Oratores, Poetæ, Hiſtorici, & alij in ſuis tractationibus: ſi enim finis illorũ ſit peritiam, vel imperitiã Ducis, vel Regis, vel alterius in vita, aut bello, aut imperio explicare, & laudare, vel reprobare; debent illa accidentia non omittere, quæ illius operationibus contingunt, vel loci, vel temporis, vel pluuiæ, vel æſtus; vel amicitiæ, vel odij, & ſimilium, quæ poſſunt augere, vel minuere bonitatem, vel malitiam, cum ad finem propoſitum ſint attinentia; quæ vero ad dictum finem non faciunt, ſunt omittenda: ita etiam Philoſophus faciet; tertia regula eſt Ariſt. qui ait, quod omnia accidentia, in quorum diffinitione ponitur ſubiectum, eidem ſubiecto conuenient per ſe: & hæc eſt eadem cum ſecunda; & de hac dicetur, cum de regulis Logicis dicendum erit.

Ex 2. phiſ. cap vlt & penult.

Num. 4. *De modo colligendi omnia accidentia per ſe.*

SI cognitio adæquata accidentium habenda ſit: neceſſe eſt habere aliquam regulam, per quam ſciri poſſit, quod omnia accidentia collecta ſint: talis autem regula tradi poteſt: Omnia accidentia ad quinque capita poſſunt reduci: primum caput continebit accidentia, quæ rei exiſtentiam conſequuntur: ſecundum ea, quæ ad materiam pertinent: tertium illa, quæ à forma proueniunt: quartum ea, quæ effectus ſunt finalis ordinationis: quintum operationem, vel operationes finales; præter hæc neſcio, quod aliquod accidens per ſe in re valeat reperiri: ſit autem ratio. Illud accidens conuenit rei per ſe, quod in re cauſam habet per ſe, vt dictum eſt: ſed quatuor tantum ſunt, quæ poſſunt eſſe cauſæ accidentium; nempe quatuor cauſæ rei; quæ ad hæc quatuor reducuntur, ideſt exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis; licet enim efficiens, & finis ſint cauſæ extrinſecæ; nihilominus, quia effectus illorum exiſtit in re; nempe exiſtentia reſpectu efficientis; & ordinatio finalis reſpectu finis; & dubium non eſt, quod dictæ cauſæ, ſicut ſunt cauſæ rei, ita ſunt cauſæ accidentium, quæ rei per ſe inſunt: ſingulæ autem cauſæ ſua propria producunt accidentia; quæ omnia ſimul collecta operationis finalis immediata cauſa ſunt; bene ergo ita determinatum eſt.

Arg. ex 2. poſt. tx. 15 & ſeq.

Num. 5. De accidentibus, quæ ſingulas rei cauſas conſequuntur.

Sop.diſt.5. DIctum eſt iam de accidentibus, quæ exiſtētiam rei concomitantur: nunc de aliis dicendum eſt; Mihi itaque videtur, quod in materia rei tria potiſſimum accidentia valeāt reperiri: primum, quod eſt principale, & aliorum accidentium fundamentum, eſt quantitas; hæc enim ſemper materiam conſequitur: & eſt indeterminata, vt eſt à materia; per formam vero determinatur; ſecundum eſt intima materiæ determinatio; veluti materia equi determinatur intime potiſſimum per tertiam ſpetiem qualitatis, dum oſſa cum duritie, caro cum molitie, ſanguis cum fluxibilitate, determinata ſunt: tertium eſt, extrema quantitatis, & materiæ determinatio, quæ dicitur figura, & quarta ſpeties qualitatis; veluti quod caput equi, & pedes, & dorſum talis figuræ ſint; apparet autem dictorum ſufficientia; cum enim materia rei, vt equi debeat determinate concurrere ad actionem finalem, omnino materia debet habere quantitatem, quia actiones corporum ſine quantitate non ſunt; iſta vero quātitas, & materia debet eſſe determinata ad actionem; & hoc tum intrinſece, tum extrinſece; hæc autem tria cum adſunt, materia habebit omne illud, quod in ipſa poſſit deſiderari ad producendum actionem finalem; ideo ſufficienter poſita ſunt. Quod vero attinet ad accidentia, quæ proueniunt à forma, mihi videtur,

Ar. de gen. lib. 1. tx. 32

Lib. præd. de qualit.

Ex li. præd. de qualit.

tur, quod vnum accidens præcipuum ab illa proueniat, & eſt: ſecunda ſpecies qualitatis, quę dicitur naturalis potentia, vel impotentia; hoc autem accidens debet ſic intelligi in naturalibus; quod forma duplicem habet potentiam; vnam determinandi materiam appoſite ad operationem finalem; aliam vtendi eadem materia determinata ad dictam operationem finalem: quod patet ex eo, quod Ariſtoteles dicit de anima; ait enim, eſt actus corporis phiſici organici; ecce, quod ipſi animæ tribuitur materiæ organizatio, & determinatio; poſtea etiã ait: Anima eſt illud, quo primo viuimus, mouemur, & ſumus; ecce tribuitur illi habere potentiam operandi: In anima enim ponuntur potentiæ ad operandum: ratio etiam ſuadet: ſufficit enim formæ ignis, vel alterius, ſi hæc duo illi adſint; nempe poſſe determinare ſuam materiam, & poſſe vti illa ad operandum, iuxta proprium finem; Demum ex ordinatione finali oritur quædam inclinatio, vel propenſio, vel habilitas ad operandum: talis enim ordinatio quodam modo flectit, & inclinat rem, ſeu formam rei ad operãdum, ſecundum quod conuenit fini rei: recte autem hæc inclinatio diſtinguitur à potentia, quaſi ſicut prima ſpecies qualitatis à ſecunda; quia potentia dicitur quaſi inſtrumentum indeterminatum ad agendum; inclinatio vero vſum talis inſtrumenti determinat opportune: veluti os equi eſt inſtrumentum aptum ad manducandum; ſed fames determinat illud, quando debeat manducare; ita in equo eſt potentia ad calcitrandum

Ex 2. & 3. de anima.

2. phi. tx. 5

tam

tam contra hominem, quam contra lupum; ſed inclinatio ordinationis determinat hanc potẽtiam, vt exerceatur contra lupum, non contra hominem; equus enim non eſt ordinatus, vt calcitret contra hominem: Hæc igitur accidẽtia à ſingulis cauſis proficiſci videntur: Patet autem, quod ſufficientia ſint; Operatio enim eſt accidens præcipuum, quo res finem conſequitur ſuum; Hæc operatio debet produci, tũ à materia, tum à forma; operationes enim equi producuntur, tum ab anima, tum à corpore illius: Materia, vt poſſit concurrere ad operationem, debet eſſe recte determinata ad illã, quod fit per accidentia, quæ dicta ſunt: Forma vero, cujus munus eſt, tum determinare materiam, tum illa vti, vt organo ad operandum; debet omnino duplicem habere potentiam, vnam determinandi materiam, aliam vtendi illa: Verum, quia actio finalis debet opportune exerceri; neceſſe fuit, dari aliquod principium in re, à quo actio ipſa regularetur; hoc autem principium eſt natura, quæ diſtinguit quando, qualiter, quomodo actio finalis ſit exercenda; hoc autem facit inclinando rem ad ita, & non aliter agendum. Demum exiſtentia facit, vt omnia dicta actu ſint, ideſt, præparata ad operandũ; ſufficiunt igitur hæc accidentia, & recte poſita eſſe videntur.

Num. 6. Quod in Deo nullum accidens reperiatur.

Arg. ex Ar. 12. Metap. DEVS nullum accidens habet: ratio eſt, quia Deus non habet finem extra ſe; vi-

uit

uit enim in ſeipſo: Neque enim habet efficiens à quo ordinetur ad finem; neq; reperitur bonum extra Deum maius Deo, ad quod Deus, vt ad finem poſſit ordinari. Cum itaque accidens ſit quædam ratio ſe habendi ad aliud, vt ad finem: ſequetur, quod in Deo accidentia non erunt: Quod ſi in Deo dicuntur reperiri intellectus, voluntas, ſcientia, potentia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & alia; iſta in ipſo non ſunt, ſicut in nobis, accidentia; ſed bene à Theologo dicuntur attributa; quia intellectus noſter, vt ſuo modo cognoſcat de Deo, attribuit illi dicta, ac ſi eſſent accidentia Dei, ſicut in nobis ſunt: Non itaque de Deo ſunt conſideranda accidentia, ſed attributa illa, quæ dicta ſunt.

à tex 30. vſque in finem.

Nu. 7. Quænã in Angelis ſint accidentia.

IN Angelis neceſſe eſt dari accidentia: ordinantur enim ad aliquid extra ſe, tanquam ad finem: Deus enim, ſeu prima intelligentia finis illorum eſt: nam & intelligentiæ, quæ cęlos mouent, primo Motori ſtudent conformari: ideo omnes cæli inferiores motu primi mobilis moti ſunt: tria autem ſunt accidentium genera in illis: primum reſpicit exiſtentiam, veluti quod ſint producti à Deo, & quod ſint æuiterni, ideſt cum principio, ſed ſine fine: ſecundum reſpicit formam, & dicitur potentia, quæ in Angelis duplex eſt, nempe intellectus, & voluntas; niſi quis velit etiam addere potentiam operatiuam, quæ tamen poteſt

ad dicta reduci; tertium genus attinet ad ordinationem finalem, & eſt inclinatio Angeli ad ſe exercendum intellectu, & voluntate ad finem ſuum: ex his autem tribus conſurgit in Angelo recta operatio ad finem; quæ & ipſa illius accidens eſt.

Num. 8. Quæ in naturalibus dentur accidentia, quæ ſcibilia ſint.

Ex lib præ dic. ex lib. phiſ. 3. 4. 5 Ex lib. de gni. 2. & 3.

IN naturalibus ſunt omnia accidentia, quæ dicta ſunt; quia in ipſis quatuor cauſæ reperiuntur: Patet autem in ſubſtantiis, quomodo res ſe habeat; ſed eſt dubium in accidentibus naturalibus, an accidens poſſit habere aliud accidens; hoc enim eſt etiam inueſtigandum; Dicendum eſt autem, poſſe habere; motus enim habet tanquam accidens tempus, quod eſt numerus illius: & potentiæ animæ habent accidentia, quæ dicuntur habitus, vel diſpoſitiones; & febris multa videtur habere accidentia, veluti augmentum, ſtatus, & decrementum; idem in alijs multis; videndum eſt ergo, quæ accidentia de alio accidenti poſſint conſiderari: & dicendum, ſeruari debere regulam ab Ariſt. traditam, vt conſiderentur tantum illa, quæ per ſe alicui accidenti conueniunt; de talibus enim ſolummodo habetur ſcientia: ſi quis autem quærat, quomodo cognoſcatur, quæ per ſe inſint; reſpondebitur, eiſdem regulis, quibus cognoſcitur, an accidens ſubſtantiæ per ſe conueniat: ſi enim vnũ accidens ſit per ſe cauſa alterius, vt intellectus

eſt

eſt cauſa ſcientiæ; vel ſit per ſe effectus, vt ſcientia reſpectu intellectus; vel per ſe pertineat ad rationem finalem; vel ad explicandam alterius accidentis rationē præciſam, tunc de vno accidenti aliud accidens pōt conſiderari: Exēpla ſint: ratio motus diſtinguitur per tempus; ſciētia eſt effectus intellectus, & hic cauſa illius: In eclipſi debet conſiderari vbi, & quādo, vt diſtincte illius ratio cognoſcatur: ſcire enim oportet, quod cum ſit eclipſis Lunæ, ipſa Luna eſt in oppoſitione Solis; & in eadem linea, per quam tranſit Sol, quæ dicitur ecliptica; & quod tunc tantum ſit cum terra ponitur inter Solem, & Lunam: Talia igitur in naturalibus accidentia ſcibilia ſunt.

Num. 9. Quæ in moralibus accidentia ſcibilia reperiantur.

SCriptores accidentia; quæ in moralibus; ideſt in actionibus hominum reperiuntur; circumſtantias appellant: ſunt autem ſeptem; vel octo: prima dicitur quis: ſecunda quid: tertia vbi: quarta quibus auxiliis: quinta cur: ſexta quomodo; ſeptima quando: octaua videtur addendum quoties: Quis; reſpicit conditiones cauſæ agentis: Quid; accidentia materiæ, ſeu obiecti, circa quod verſatur actio: Vbi; locum actionis: Quibus auxiliis; media, vel inſtrumenta, quibus facta eſt actio: Cur; accidentia, quæ in intentione agentis reperiūtur: Quando; tempus actionis: Quomodo; formam,

Ar. 3. Eth. Cicero in Rethor. D. Th. 1. 2 q. 7. art. 3

formam, & modum actionis; veluti an voluntarie, & ſcienter, an ex malitia, vel potius ex ignorantia, infirmitate, vel caſu factum ſit: Quoties, dicit frequentiam, habitum, vel conſuetudinem; aut è contra: Hæc ergo in moralibus ab Oratoribus, Poetis, Hiſtoricis, Iuriſperitis, & aliis ſunt conſiderãda, cum in actione, vel Ducis, vel alterius ſpecialem continent rationem laudabilis, vel vituperabilis, ſeu virtuoſi, vel vitioſi: Cum vero talis ratio abeſt, ſunt omittenda.

Num. 10. De accidentibus, quæ in artificialibus reperiuntur.

ARtificialia ſunt producta ab arte, vt homines illis vtantur ad aliquem finem cõſequendum: Ideo in illis duo conſiderantur, nempe ipſa artificialia, & vſus illorum. Non valent autem artificialia conſequi finem ſuũ, niſi quis illis vtatur; ſi enim hoc poſſent, haberent, ſicut naturalia, principium in ſeipſis motus, & quietis, quod verum non eſt: Aliud eſt ergo conſiderare accidentia, quæ conueniunt rei artificiali in ſe conſideratæ: Aliud, quæ illi conueniunt in ordine ad vſum: Difficillimum eſt autem hoc determinare, niſi profundius aliquid de artificialibus diſſeratur: Sciendum eſt ergo, ꝙ in nõnullis artificialib. poſſunt reperiri oĩa nouem prædicamenta accidentium; veluti eſt in Domo, Ciuitate, Caſtro, Turri, & aliis; reperitur enim quantitas, quod ſit magna, vel parua; qualitas, quod ſit pulchra, vel ſana; Ad

aliquid

aliquid; quod ſit vicina plateæ, viæ, & ſimilium: Vbi, in quo loco, vel parte Ciuitatis: Quando; an noua, vel antiqua: Agere; quòd recte defendat habitantes à frigore, & æſtu: Pati; quod ſit vetuſtate, vel bello conſumpta: ſitum eſſe, an verſus orientem, vel occidentẽ: Habere, an habeat ornamenta, & mobilia neceſſaria: ſecundo ſciendum eſt, quod in naturalibus iſta nouem prędicamenta accidentia ſunt; in artificialibus vero multa accidentia ſunt de eſſentia illorum; quia concurrunt ad conſtituẽdam primam illorum entitatem, tum materialem, tum formalem; hoc autem diſtinguere opus eſt, quod fiet tali ratione: illa accidentia, quæ ab arte ſupponuntur in materia, vt neceſſaria rei artificiali, ſiue ſint facta à natura, veluti, quòd lapis ſit durus; vel ab alia arte, veluti, quòd latera ſint cocta in fornace à præfecto illius; talia ſunt attinentia ad eſſentiam materiæ; quia pertinent ad illam, prout eſt primum ſubiectum formæ: illa vero accidentia, quæ non ſupponuntur ab arte in materia, ſed per formam introducuntur in illa, adhoc, vt artificiatum habeat rectam rationem finalem; ideſt, vt materia, iuxta finem rei, determinetur; tunc talia accidentia ſunt de ſubſtantia formæ, & rei dictæ accidentia non ſunt; dicunt enim primam rei determinatiõẽ ad finem: Suppoſito autem dari exiſtentiam rei artificialis; & materiam, ac formam; nec non rationem finalem, & hæc omnia eſſe determinata, & conſtituta; tunc illa omnia, quæ tali artificiali conueniunt, ita vt habeant cau-

Ex lib. prę. dic. Ex 2. phiſ. c. vlt. & penult.

ſam,

ſam, vel exiſtentiam, vel materiam, vel formã, vel rationem finalem rei, vel etiam conueniunt illi in ordine ad finem ſuum, erunt accidentia per ſe, & de tali re recte ſcibilia dicentur; Quæ igitur accidentia in re artificiali conſequuntur exiſtentiam, fere eadem ratione ſe habent cum his, quæ in naturalibus reperiuntur: & de his dictum eſt in ſcibili an ſit: de alijs vero non eadem ratio eſt: In naturalibus enim, quia ratio finalis eſt efficax, & cum principio motus, ex illa ſequitur accidens, quod dicitur inclinatio, veluti ignis inclinatur ad ſurſum; in artificialibus vero, vt in domo, vel claui, talis inclinatio non datur, qua ſine principio motus ſunt: oritur tamen ex ratione finali rerum artificialium quædam habilitas, quaſi paſſiua, & inſtrumentalis, ad conſequutionem finis, ſi homines illis recte vtantur: ex eo enim, quod in forma, & materia domus eſt conformitas ad finem, & ad vſum finalem, quæ dicitur ratio finalis; ſequitur habilitas rei ad præfixum ſibi finem conſequendum; ſimiliter ex forma bene determinante, & ex materia bene determinata, nempe ſecundum rectam rationem finalem, ſequitur quaſi paſſiua quædam, & inſtrumentalis potentia ad finẽ ſuum conſequendum, ſi rectus vſus adhibeatur; veluti calamus, vel gladius dicunt quandam potentiam inſtrumentalem ad ſcripturam, & inciſionem: hæc igitur habilitas, ſeu potentia cum ab eſſentia rei proueniat, & iuxta finem proprium rei ſit conſtituta, accidens illius per ſe eſſe dicetur: Duo autem reſpiciuntur à tali potentia, vnum

eſt

eſt vſus hominis, aliud eſt actio finalis; & recte hoc declarat gladius, in quo duæ partes ſunt conſtitutæ; & vna, veluti manubrium reſpicit vſum, alia reſpicit actionem finalem, nẽpe inciſionem. Sic itaque in artificialibus videtur ſtatuendum; quod primo reperiatur finis; ſecundo operatio finalis; & hæc non eſt quid ſimplex, vt in naturalibus; ſed ad illam duo requiruntur, nempe vſus, & cũ illo actio inſtrumenti, vt in gladio, & calamo patet: & hoc eſt accidens per ſe; tertio reperitur habilitas, & potentia eo modo, quo dictum eſt; & hæc quoque accidens eſt per ſe: quarto datur materia, & forma cum recta ratione finali; quinto datur exiſtentia, per quam omnia dicta in actu ſunt: Vt autem res clarius pateat ſic recte declaratur exemplo domus: Finis enim illius poteſt habere plures gradus; primus eſt ſimplex habitatio; ſecundus commoda habitatio; tertius ſana habitatio; quartus delectabilis, vel recreatiua; quintus tuta, vel ſecura; ſextus magnifica, & honorabilis; & huiuſmodi: Poſito itaque finẹ cum his gradibus; neceſſe erit ita determinare, & aſſumere materiam cum forma, vt conueniat vtrique ratio, quæ tali fini congrua ſit: vt autem ſit congrua fini reſpectu ſanitatis debet habere figuram, materiam, formam, locum, ſitum, & alia ad ſanitatem deſeruientia; quæ ſi habuerit, tunc in domo reperietur accidens tale, vt poſſit dici domus ſana, ideſt apta conſeruare ſanitatem: ita erit adhoc, vt domus poſſit dici tuta; vel com-

moda; vel recreatiua; vel magnifica: taliter ergo de accidentibus per ſe rerum artificialium ſtatuendum eſt.

Num. 11. *De accidentibus, quæ in ente rationis reperiuntur.*

IN ente rationis non datur inclinatio efficax ad finem; neque potentia efficax, ſeu actiua in forma ad determinandam materiã, & vtendum illa, ſicut eſt in naturalibus; Neque etiam dantur in illo nouem prædicamenta accidentium, ſicut in artificialibus; reperiuntur tamen in ipſo quædam ad modum quantitatis; veluti quod propoſitio ſit vniuerſalis, vel particularis; ad modum etiam qualitatis, veluti quod ſit affirmatiua, vel negatiua, & ſimilia: Quod attinet verò ad operationem finalem, idem dicendum, quod de artificialibus; nempe duo in ipſa reperiri vſum, & operationem inſtrumenti: Idem eſt aſſerendum de habilitate, & potentia quaſi paſſiua; ſeu partim paſſiua, quod attinet ad vſum; partim actiua, quod attinet ad actionem inſtrumenti: De exiſtentia vero huiuſmodi entium, & de accidẽtibus, quæ dependent ab illa, parum refert tractare, quia talia dependent in eſſe ab intellectu, & tunc ſolummodo exiſtunt cum intellectus, vel cognoſcit illa, vel vtitur illis; res autem declaratur exẽplo: Finis demonſtrationis, ait Ariſt. eſt ſcientia vt efficienda; quæ quidem ſcientia eſt cognitio rei per cauſam, &c. Actio finalis eſt effectio eiuſdem ſcientiæ; ad quam requiritur

ex lib. 1. petiti.

1. poſt. tx. 5.

ritur tum actio demonſtrationis ad modum instrumenti, tum vſus illius accommodatus ad finem, & ad actionem finalem inſtrumenti: Hæc autem finalis actio omnino accidens eſt, quia habet cauſam in re; & eſt poſterior demonſtratione; & aduenit illi ſecundũ quod ipſa eſt: Verum, ſi iſta actio debeat produci, omnino neceſſe eſt, vt demonſtratio ſit apta producere talem actionem; ſi enim non poteſt producere, ergo non producit; at ſupponitur producere; quod ſi producit, ergo poteſt producere: hoc autem poſſe Ariſt., & alij ſemper conſueuerunt diſtinguere ab eſſentia, tanquã aliquid conſequens ab illa; vnde omnes potentiæ animæ diſtinguuntur ab illa tanquam accidens à ſubſtantia, & idem in alijs; quod etiam ratione probatur; eſſentia rei dupliciter poteſt conſiderari; vno modo reſpectu ipſius rei; alio modo reſpectu operationis finalis illius; ſi conſideretur in ordine ad rem, dicitur eſſentia, & ſupponitur eſſe in actu primo; ſi vero in ordine ad operationem, tunc conſideratur in actu ſecundo, ad quem actum dicit potentiam producendi illum; vnde fit, quod ex actu rei primo conſequutiue, ſequatur potentia eiuſdem ad actum ſecundum; quod autem ſequitur ab eſſentia accidens eſt, igitur potẽtia ad actionẽ accidens rei eſt: Hoc itaque in demonſtratione poſito, neceſſe eſt in illa talem poni materiam, & formam, vt in vtriſque reperiatur ratio finalis, ideſt fini, & operationi illius conueniens; ex hoc enim ſequetur potentia ad operationem: ita ergo Ariſtot. fecit; tales .n.

poſuit conditiones in demonſtratione, quæ omnia dicta continerent, & de hoc cum agetur de demonſtratione dicetur: Hæc igitur ſunt accidentia entis rationis, quæ per ſe illi conueniunt.

Num. 12. De accidentibus, quæ quantitatem conſequuntur.

ex ll. præd. de quant.

ALiquando in naturalibus, & artificialibus expedit habere modum conſiderādi accidentia, quæ quantitatē rei conſequuntur; ſunt autem hæc; primo quantitas, quæ dicit rationem partium in longitudine, latitudine, & profunditate: ſecundo hanc rationem partium ſequitur extenſio, ideſt, quod vna pars ſit extra aliam partem; veluti, quod caput ſit extra brachia: tertio ex hac poſitione partis extra partem ſequitur diuiſibilitas: Diuiſio enim eſt ſeparatio vnius partis ab alia; quarto ex diuiſibilitate ſequitur ratio menſurabilitatis, vel immenſurabilitatis: menſurare enim eſt ſecundum aliquam menſurā accipere partes rei, veluti cælum menſuratur per gradus; quinto menſurabilitatem, vel immenſurabilitatē ſequitur ratio finiti, vel infiniti; menſurabile enim finitum eſt, immenſurabile infinitū: ſexto finitum, vel infinitum ſequitur proportionatum, vel improportionatum; finitum .n. ad infinitum nullam habet proportionem; ad finitum vero habet, veluti terra ad aquam, & manus ad brachium: ſeptimo ex proportionato, vel improportionato prouenit equale,

Digitized by Google

vel inequale: octauo ab hoc vero deriuatur ratio continentis, vel contenti; veluti cælum continet elementa: nono ex hoc ſequitur ratio locantis, vel locati: decimo demum motus localis in loco fit: Et hæc accidentia à quantitate, & à materia proueniunt; quæ tamen ſuam à forma recipiunt determinationem.

Ex his igitur poterit quis habere modum cognoſcendi: primo quid accidens ſit: ſecundo, quæ accidentia per ſe ſint: tertio quonam modo poſſint colligi omnia accidẽtia, quæ per ſe inſunt: quarto qua ratione in ſingulis generibus entium accidentia per ſe reperiantur: Hæc autem videntur ſufficere, adhoc, vt quis poſſit habere modũ diſtinguendi, & colligendi omnia accidentia, quæ ad ſcibile quia, reduci debent; Ideo hæc attigiſſe ſufficiat.

DIST. IX.

De modo adæquandi, & diſtinguendi ſcibile propter quid.

ARiſtoteles 2. Poſt. & alibi docet, non ſufficere, quod aliquis cognoſcat accidentia, quæ alicui ſubiecto inſunt, veluti, quod Lunæ contingat ecclipſis; ſed oportere, vt cauſa cognoſcatur talium accidentium; veluti quod Luna ecclipſatur propter poſitionem terræ inter ipſam, & ſolem: Et hoc manifeſte appellat ſcibile propter quid: De hoc itaque modo dicendum eſt.

2. poſt tx. 1 pr. 1 meth. cap. 1 poſt. tex. 29. 1 poſt. tx. 2

Num. 1. Quid ſit ſcire propter quid.

1. poſt. 5. EX Ariſt. videtur ſic ſtatuendum, quod ſcire propter quid, ſit cognoſcere rem per cauſam, propter quam res eſt; quoniam illius cauſa eſt; & non contingat aliter ſe habere: & 1. poſt. tx. 19. Vbi primo notandum eſt, quod cognitio ſimplex accidentis de ſubiecto non pertinet ad ſcibile propter quid, ſed ad quia; cognitio vero illius per cauſam ad hoc ſcibile reducenda eſt; Ideo Ariſt. non dicit ſimpliciter cognitio rei, ſed ait cognitio rei per cauſam; ſecundo notare oportet, quod non ſufficit cognoſcere rem per cauſam, niſi etiam in tali cognitione ſciatur, quod cauſa, per quam res cognoſcitur, cauſa illius ſit: ideo ait, & eſt cognoſcere, quoniam illius cauſa eſt; vnde ſequitur, quod ſi aliquis cognoſceret, quod ignis mouetur ſurſum per leuitatem; ſed ignoraret hanc eſſe cauſam motus illius; non diceretur ſcientiam habuiſſe per cauſam: tertio notandum eſt, quod debet haberi certitudo, ita vt ſciatur, quod non poſſit aliter ſe habere, quam ab ipſo ſciẽte cognitum ſit; quæ certitudo ab euidentia originẽ habet.

Num. 2. Quid ſit cauſa, & quid effectus.

tx. 2. phyſ. tx. 28. &c. CAuſa ſic videtur communiter diffiniri: Eſt illud, ad cuius eſſe ſequitur aliud: dicitur autem ſequitur: vt oſtendatur quædam deriuatio, vel dependentia vnius ab alio: Ex Ariſt. etiam

etiam videtur ſic poſſe diffiniri: cauſa eſt illud, propter quod aliquid eſt, vel ineſt: ait enim 1. Poſt. tx. 5. loquendo de cauſa: Propter quam res eſt: ergo cauſa eſt illud, propter quod aliquid eſt, veluti propter motorem eſt motus; ibidem vero tx. 9. ait, eſſe cauſam aliquid, quando, propter ipſum, aliquid ineſt vnicuiq; veluti in equo eſt vita, propter animam; Omnia autem idem dicunt; explicant enim dependentiam effectus à cauſa: Igitur dependentia in eſſe eſt ratio præciſa inter cauſam, & effectum: Origo enim dependentiæ pertinet ad cauſam, terminus dependentiæ ad effectum: Quod ergo in eſſe dependet ab alio, effectus eſt: illud à quo aliud dependet in eſſe, cauſa exiſtit. Hæc autem de cauſa, & effectu determinatio erit regula ad cognoſcendum in omnibus, an aliquid ſit cauſa, vel effectus alterius, veluti, an anima vitæ cauſa ſit.

Nu. 3. De diuiſioine ſcientiæ in partem principioru͂, & partem concluſionum.

SCientia communiter diuiditur in partem principiorum, & in partem concluſionum: pars principiorum continetur in tribus primis ſcibilibus, An ſit, quid ſit, ad quid ſit: Pars concluſionum includitur in quarto ſcibili: quia ſit; in hoc enim continentur accidentia, quæ tanquam concluſionis potiſſima pars, de ſubiecto per cauſam probari poſſunt. Quintum vero ſcibile propter quid, dicit applicationem princi- Ex 1. poſt. fere per totum.

piorum ad concluſiones: per ipſum enim probantur accidentia per cauſas ſuas: Quando ergo exiſtentia, eſſentia, & ratio finalis; veluti natura prædicantur de ſubiecto, faciunt propoſitionem immediatam, & indemonſtrabilem; niſi in diuerſo genere cauſæ; cum vero acciden tia dicuntur de ſubiecto; tunc faciunt propoſitionem mediatam, & ſemper poſſunt de ſubiecto per cauſam probari.

Num. 4. Quod omnia accidentia per ſe de ſubiecto per cauſam probantur.

Ex 1. poſt. tex. 5. & 9. Oſtenditur, quod omnia accidentia de ſubiecto per causã poſſint probari; In quocunq; enim accidenti omnino tria conſiderantur: primo exiſtentia, vel eſſe; nempe quod ſit in equo vita, in igne caliditas; ſecũdo eſſentia, ideſt entitas illa, quæ dicitur vita, ſeu caliditas; tertio ordinatio ad operationem finalem, vel ad finem; accidentia enim ſemper in gratiam iſtorum rei collata fuere: Vel igitur acci dens habet hæc tria ab alio in re exiſtente, vel non; ſi habet, ergo per ea, quæ dicta ſunt, effectus eſt; & cauſam habet in re; & per illam poteſt de re demonſtrari; ſi non habet; ergo ſubſtantia eſt; quod enim in eſſe non dependet ab alio, per ſe exiſtit; hoc autem ſubſtantia eſt; accidens autem ſupponitur non eſſe ſubſtantiam; ſed accidere ſubſtantiæ: Exiſtentia igitur accidentis dependet ab exiſtentia ſubſtantiæ; eſſentia accidentis ab eſſentia ſubſtantiæ; & ordinatio accidentis ab eiuſdem ſubſtantiæ ordina-

dinatione proueniet: Cum enim in vnaquaque re perfecta neceſſe ſit dari vnam primam exiſtentiam, eſſentiam, & ordinationem; neque enim ait Ariſtoteles poſſibile eſt, quod in aliquo genere cauſę detur proceſſus in infinitum; ſubſtantia autem, vt idem ait, omnino prior ſit accidente; ſequetur quod tria dicta primo cõuenient ſubſtantiæ, & poſtea per ipſam accidenti, quod erit ſubſtantiam cauſæ rationem habere; Omne igitur accidens per ſe in eo, cuius eſt accidens, cauſam habet, & per illam ſcibile, & demonſtrabile eſt.

Num. 5. De modo inueniendi omnem cauſalitatem rei.

SI quis velit habere cognitionem adæquatam, & diſtinctam ſcibilis propter quid, neceſſe eſt, quod habeat certam regulam ad inueniendam omnem cauſalitatem, quæ reperiatur in re: de hac enim in hoc ſcibili eſt tractatio: Supponendum eſt ergo, quod in re perfecta, vt ſubſtantia, vel re artificiali, aut ente rationis completis, quadruplex ad ſummũ, quod ego ſciam, poteſt reperiri cauſalitas: Prima eſt reſpectu rei; & hoc modo quatuor cauſæ efficiens, materia, forma, & finis ſunt cauſa rei, vt ignis, domus, ſyllogiſmi: Secunda cauſalitas eſt reſpectu cauſarum adinuicem, & hoc pacto; vna cauſa eſt cauſa alterius in diuerſo genere cauſæ, iuxta quod dicitur finis eſt cauſa cauſarum, & cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ; Tertia cauſalitas eſt, cum eædem quatuor cau-

Ex Ariſt. 2 poſt. & 2. phiſ. & alibi ſæpe.

ſæ

ſæ ſunt cauſæ accidentium; veluti anima eſt cauſa vitæ,& forma ignis cauſa caloris: Quarta cauſalitas eſt, quando vnum accidens alterius accidentis cauſa eſt; veluti grauitas eſt cauſa motus deorsũ;& intellectus eſt cauſa intellectionis; Tales igitur ſunt rerũ cauſalitates.

Num. 6. Quod prima cauſalitas non pertineat ad ſcibile propter quid.

Ex 1. poſt. tx. 5. & alibi.

IN diſtinguendis ſcibilibus vitanda confuſio eſt: Orireturautem, ſi quod ponitur in vno ſcibili, poneretur etiam in alio; vel enim bis de eodem tractaretur; vel eſſet dubium, in quo ſcibili de tali re habenda eſſet tractatio: Sunt igitur recte diſtinguenda: Cum itaque in primo ſcibili an ſit, reponantur ea, quæ pertinent ad cauſam efficientem reſpectu rei, quæ fit; & in ſcibili quid ſit, contineantur materia, & forma, prout ſunt partes rei; & in ſcibili ad quid ſit collocentur ea, quæ pertinent ad cauſam finalem reſpectu rei; patet quod ſuperfluũ ſit eadem reponere in quinto ſcibili, quod dicitur propter quid: prima igitur cauſalitas ad tria prima ſcibilia reducta eſt; reliquæ vero cauſalitates ad quintum ſcibile reducentur.

Num. 7. Quomodo cauſæ ſibi inuicem cauſæ ſint.

2. phiſ. tx. 36 &c.

AIT Ariſtoteles, cauſæ ſibi inuicem cauſę ſunt; veluti ait, ambulatio eſt cauſa ſanitatis, & ſanitas ambulationis; hæc quidem, vt efficiens;

efficiens;Illa vero vt finis: vidēdum ergo, quomodo cauſa vnius generis dicat, propter quid, cauſæ alterius generis: exiſtimo autem ita ſtatuendum: primo materia, & forma ſunt ſibi inuicem cauſæ; quia materia non poteſt eſſe ſine forma, nec forma ſine materia; veluti corpus equi non eſt materia equi ſine anima; neq; iſta ſine corpore equi forma illius erit; ideo concauſæ ſunt: ſecundo de materia poteſt reddi propter quid per finem, & rationem finalē ſic; propter quid equus habet materiam, & corpus? dicetur, quia ſic conuenit fini, & rationi finali illius: & ſi quæratur, propter quid conuenit fini illius? dicetur, quia finis equi eſt ferre ſeſſorem; hic autem eſt materialis; ideo cū non poſſit ferri, niſi ab habente materiam, neceſſe fuit, quod equus haberet materiam; ſi .n. hanc non haberet, ratio fini conueniens in equo non eſſet; ſic autem res non eſſet ſuo fini proportionata: De forma redditur, propter quid, per finem, & efficientem ſic; ſi quæratur, cur equus talem habet formam? dicetur, quia agens talem illi dedit: Cur agens talē illi dedit non aliam? dicetur, quia ſic conuenit fini illius: cur conuenit fini illius? Reſpondebitur, quia in ipſa reperitur ratio fini equi conueniens, ſicut dictum eſt; De cauſa efficienti redditur propter quid per cauſam finalem eadem ratione: cur agens dedit equo talem materiā, & formam? dicetur, quia ſic conueniebat fini quem agens in mente habebat: De cauſa finali redditur propter quid per efficientem ſic: cur equus talem habet finem? ℞. Quia in gratiam

illius

illius ab agente factus eſt: Si vero ſciſcitetur quis, cur agens in gratiam illius fecit? non eſt amplius in ſcientia de equo reſpondendum; altiorem enim hoc quæſitum requirit reſponſionem; oportet enim dicere, quod homini neceſſarium ſit transferri de loco ad locum; hoc autem ad hominis ſcietiam potius, quam equi pertinere videtur: Quod dictum eſt autē de equo, dicendum eſt de ente artificiali; morali, & rationis; Veluti, ſi quæratur cur domus habet materiam, & talem? dicetur, quia ita conuenit fini, & rationi finali; & quia agens talem illi dedit; Cur talem habet formam? dicetur, quia agens talē illi dedit, & ideo dedit, quia fini, & rationi finali conueniens eſt: Cur habet talem finem? dicetur, quia agens ad illū domum ordinauit; Cur ordinauit? non eſt amplius reſpondendum, quia nunc de fine quæritur finis, & ad ſcientiam domus ſufficit cognouiſſe finem illius: Idem erit de ente rationis, vt demonſtrationis: Si enim quæritur, Cur demonſtratio habet materiam, & talem? dicetur, quia ſic conuenit fini, & rationi finali illius; Cur habet talem formam? eadem ratione; & quia agens talem illi dedit, nempe intellectus, qui formam, & materiam illi præbet: Quis eſt finis demonſtrationis? ſcientia; Propter quid habet hunc finem? Quia agens illam determinauit ad ipſum; Cur agens ad illum determinauit? Quia agens in productione demonſtrationis talem finem in mente habebat: ſic igitur cauſę ſibi inuicem cauſæ ſunt.

Num. 8.

Num. 8. Quomodo de accidentibus propter quid, per cauſas reddi poſſit.

NVnc eſt dicendum, quomodo de accidentibus cauſæ reddantur, ſiue illæ cauſæ ſint quatuor primæ; ſiue ſint accidentia, quæ alterius accidentis cauſæ ſint: ſupponendum eſt autem, quod quinque genera ſint accidentium, quæ rei per ſe cõueniunt: primum genus dicit accidentia, quæ exiſtentiã rei conſequuntur: ſecundum, quæ à materia proueniunt: tertium, quæ à forma: quartum, quæ à natura, ſeu ordinatione finali: quintum finalis operatio: de ſingulis autem videndum, quomodo cauſę, & propter quid de illis cognoſcatur.

De operatione igitur finali redditur cauſa per finem; per cauſam materialem; & per accidentia illius; per cauſam formalem, & eius accidentia; per ordinationem finalem, & accidentia, quæ illam conſequuntur: ſit exemplũ: ſit finis equi homo, vt transferendus cum rebus ſuis de loco ad locum: Operatio finalis equi ſit transferre illum, vt dictum eſt: Sciſcitanti ergo propter quid equus hãc habet operationem? dicetur, quia ſic conuenit fini equi: ſi quæratur à quibus cauſis producatur? ℞. A tribus, nempe à materia, & accidentibus illius; corpus enim equi ſic organizatum eſt cauſa materialis iſtius translationis: ſecundo à forma, & accidentibus illius; anima enim equi cũ ſuis potentiis, eſt cauſa formalis talis operationis: tertio à natura equi cum accidentibus, quæ

Ex 2. phiſ. cap. vlt. & penult.
Ex 2. & 3. de anima.

quæ illam conſequuntur, ideſt naturali inclinatione; hæc enim natura eſt principium in equo omnium operationum, quæ fiunt ab illo: ſic itaque de operatione finali redditur propter quid: Idem erit de aliis operationibus, quę ad finalem deſeruiunt, veluti, viſio, calcitratio, manducatio; ſi enim quæratur; cur equus mãducat? ℞. quia ſic conuenit fini illius; per materiam; quia os habet ita organizatum, & aptum: per formam; quia habet animam cum potentia manducatiua: per naturam; quia talis eſt naturæ, vt per famem inclinetur ad manducandum.

Ibidem. De accidentibus materialibus, veluti organizatione, quantitate, & figura corporis equi, cauſa poteſt reddi per materiam, formam, naturam, & finem equi ſic: Quare equus habet tantam quantitatem, nempe maiorem cane, & minorem camelo? Dicetur, quia tantum habet materiæ; cur tantum habet materiæ? quia forma tantum illius aſſumpſit: Cur anima equi tantum materiæ aſſumpſit? quia ſic conuenit naturæ equi, & fini, & operationi finali illius: Idem ſi quæratur, cur partes equi ſunt ita diſpoſitæ, & organizatæ, nempe quod in oſſibus, & vnguibus ſit durities, in carne mollities, in ſanguine fluxibilitas, & quod talis figuræ ſint? ℞. Quia taliter materia ſe habet: Cur hoc? quia forma ita determinauit: Cur ita determinauit? quia naturæ equi, & fini, & operationi finali ſic conueniebat.

Ex 2. & 3. de anima. & 2. phiſ. cap. vlt. & penult. De accidentibus etiam, quæ proueniunt à forma, nempe potentia agendi, & materiam

in

in naturalibus determinandi, poteſt reddi cauſa per formam, per naturam, & per finem rei ſic: Cur anima equi habet tale prædominium ſupra materiam, vt poſſit illam ſic determinare, & ſic determinatam adhibere ad operandum? ℞. quia anima equi talem habet entitatem: Cur hoc? quia ſic conuenit naturæ equi, fini, & operationi finali.

Idem de inclinatione naturali dicendum: Cur equus talem habet inclinationem ad calcitrandum contra lupum, non contra hominẽ; ad manducandum; & alia? ℞. quia equus talem habet naturam: Cur talem habet? ℞. quia talem illi dedit agens, & talem dedit, quia ſic fini, & operationi finali conueniens eſt. Quod autem dictum eſt de equo, de aliis, iuxta proprium genus, dicendum eſt. In omni enim ente, ſimili ratione, accidentia à cauſis rei originem habent. 1. phi. tx. 5

Ex his autem poteſt cognoſci modus, quo de accidentibus poſſit inueniri, & demonſtrari ſcibile propter quid. De hoc autem etiam infra, cum de inſtrumentis agetur, dicẽdum erit.

Ex his igitur quinque ſcibilibus habetur ratio adæquandi, & diſtinguendi omnia, quæ de aliqua re ſcibilia ſunt: Quando autem omnia ſint tractanda, vel aliqua omittenda, prudentis eſt conſiderare: Et ad hoc Ariſt. regulam tradit; ſapientem debere omnia ſcire, quantum poſſibile eſt; & hoc in vniuerſali non in ſingulari; & conuenire, vt ſciat, quæ magis ſint difficilia, & multis ignota; & tamen digna ſcitu exiſtãt: Hæc igitur de ſcibilib. dicta ſint.

ANNOTATIONES IN PRIMVM LIBRVM Praxis Scientiarum.

FInis totius Praxis eſt tradere Lectori exactam cognitionem de Methodo ſcientifica, & de bono vſu illius, ad perfectam omnium rerum, atque Scientiarum cognitionem obtinendam, atque docendam: Et ſubiectum illius eſt completa tractatio de dicta methodo ſcientifica, & quatuor cauſis illius; & de iis, quæ per ſe illi conueniunt.

In primo autem libro explicatur potiſsimũ cauſa finalis, & materialis.

De fine ſic determinatur: Perfecta omnium rerum, atque ſcientiarum cognitio, finis methodi eſt; Probatur ex diffinitione methodi, quæ talis eſt: Methodus eſt, modus ſciendi, ſeu recta ratio ad ſcientiam obtinendam.

Quia autem de cauſa finali diſtincta cognitio tradenda eſt: in prima Diſtinctione explicatur, quid ſit cognitio in genere; quid ſit in ſpecie perfecta cognitio; & quæ requirantur ad illam, vt perfecta ſit: Quinque autem proponuntur conditiones, & ſingulæ ſuam habent explicationem.

Cum autem perfecta cognitio ſcientia dicta ſit, in ſecunda Diſtinctione de ſcientia ſatis diſtincta tractatio habita eſt; Et hæc ad finem methodi explicandum.

De

De materia methodi in ſeptem ſequentibus Diſtinctionibus tractatio habita eſt: Hęc enim tractatio ad completam methodi cognitionē valdę deſeruit.

Materia autem dicitur illud, circa quod methodus verſatur; & eſt duplex, remota, & proxima: Remota ſunt omnia entia mundi, quia dirigit ad omnia illa cognoſcenda; Proxima ſunt hæc tria; Subiectum recte ſtatuendū; Scibilia complete colligenda; Certa probatio de ſcibilibus collectis; Hæc enim tria à methodo ſunt diſcuſſa, & ſtabilita: Ideo in Diſtinctione tertia tractatur de ſubiecto ſcientiæ recte conſtituendo; Quia autem non ſufficit ad perfectam rei cognitionem, recte ſtatuere ſubiectum, ſed oportet etiam colligere, & diſtinguere omnia, quæ de ſtatuto ſubiecto ſcibilia ſunt; Ideo in Diſt. 4. tractatur de numero ſcibilium in generali, & de illorum diſtinctione, atque differentia; & dicitur quinque ſcibilia eſſe affirmanda. Cum autem hoc non ſufficiat, ſed de ſingulis ſcibilibus diſtincta cognitio habenda ſit; alijs quinq; Diſtinctionibus ſingula ſcibilia ſunt explicata: Hæc autem ſcibilium diſtinctio, aliquo modo ad formam pertinere videtur; Ad formam enim methodi pertinet de ſcibilibus completa collectio, diſtinctio, ordinatio, & explicatio.

Notanda de cognitione, in genere, & in ſpecie conſiderata.

COgnitio in genere ſic poteſt diffiniri: Eſt manifeſtatio facta in cognoſcente, cum

aduertentia illius: Finis eſt Gloria Dei, & vtilitas cognoſcentis: ſubiectum, & materia ſunt omnia entia, vt cognoſcibilia ſunt; Forma eſt manifeſtatio, & aduertentia; Efficiens Deus, natura, lumen, & potentia cognoſcitiua.

Cognitio alia perfecta, alia imperfecta; Conditiones perfectæ ſunt, eſſe veram, adæquatã, diſtinctam, certam, & euidentem.

Cognitio tres habet gradus; primus ſimplex cognitio, quæ rem, ſed non cauſas illius cognoſcit: Secundus ſcientia, quæ de ipſa re, & de cauſis propriis illius cognitionem habet: Tertius dictus eſt ſapientia; quæ de omnibus rebus, & de cauſis illarum nõ ſolum propriis, ſed etiam primis, & altiſſimis, perfectam cognitionẽ obtinet; Hęc autem ſapientia aliter à Philoſophis, aliter à Theologis diffinita eſt.

Sapientia, & ſcientia, vt ſit perfecta, triplicem omnino debet habere cognitionem: prima, quod ſubiectum cognitionis, & ſcientiæ recte ſtatutum ſit: ſecunda, quod omnia de illo ſcibilia recte collecta, diſtincta, ordinata, & explicata ſint: tertia, quod dicta ſcibilia de ſtatuto ſubiecto cum certitudine ſint probata: Et qui hæc tria plene cognoſcit, perfectam cognitionem de re propoſita habere dicendus eſt.

Horum trium perfectam cognitionẽ Deus, & Angelus naturaliter habent; ſed homo naturaliter quidem habet deſiderium ſciendi; ſed illorum ſcientiam non habet: Et Ariſtot. ait: Opus eſt prius quærere modum ſciendi, per quem ſolum ſcientia cum certitudine haberi

beri poteſt, poſtea quærere ſcientiam.

Methodus ergo ſcientifica debet tradere rectã rationẽ ad dicta tria plenè cognoſcenda.

De recta ratione ſtatuendi ſubiectum materiale, & formale.

IN tertia Diſtinctione dictum eſt de ſubiecto materiali, & formali, & quæ ſint conditiones illius; nunc explicanda recta ratio ad illud conſtituendum;

Primo igitur de ſcientia, arte, vel facultate aliqualis notitia habenda eſt.

Secundo, finis illius eſt diſtinguendus, veluti quis ſit finis Grammaticæ, Picturæ, Iuriſprudentiæ, Philoſophiæ, Theologiæ: Finis autem alius eſt ſcire, alius operari.

Tertio, ſi finis ſit ſcire, tunc ſubiectum materiale erit res cognoſcenda; veluti in Metaphiſica; Ens, vt Ens; Subiectum autem formale erunt illa omnia, quæ de re ipſa ſcibilia sũt; veluti principia, paſſiones, & partes: Primum enim ſubiectum eſt materia; Secundũ eſt forma ipſius ſcientiæ; Ita Ariſt. in Metaphiſica.

Quarto, ſi finis ſit, Opus, ſubiectum materiale erit, Operatio, per quam Opus ipſum produci debet; Formale ſunt omnia illa, quæ dictam operationem recte, iuxta finem producendam, vel adiuuare, vel impedire poſſint.

Demum ſubiectum materiale, & formale in quacunque ſcientia, arte, & facultate, à fine eiuſdem facultatis, ſunt determinanda; Ita ſapientes, & ratio docent, quia omnis re-

cta ratio à fine eſt deſumenda? Exempla ſint.

Ars ædificandi habet pro fine domum talẽ ædificandum: ſubiectum materiale erit talis ædificatio, quæ ſit fini accommodata: Formale erit recta diſpoſitio omnium, quæ talem ædificationem perficere poſſunt. Ita experientia docet.

Phiſica habet pro ſubiecto materiali, omnia naturalia: Pro formali, omnia de illis cognoſcenda.

Sacra Theologia habet finem, tum ſcire, tũ operari: Finis enim illius eſt gloria Dei, & vita beata hominum. Hic autem finis triplici actione obtinetur; & prima eſt cognitio Dei; & mundi, ſeu regni Dei: ſecunda eſt virtus, & amor dictorum: tertia cultus, fruitio, & bonus vſus dictorum: Subiectũ ergo materiale erit Deus, & Regnum Dei; Formale erit omne illud, quod de cognitione, amore, & vſu conſiderandum eſt.

Determinatio ergo ſubiecti à fine ſcientiæ eſt deſumenda.

De recta ratione ad omnia ſcibilia colligenda.

METhodus debet tradere rectam rationẽ, ad omnia ſcibilia colligenda.

Quid Ariſtoteles, & alij ſapientes doceant de ſcibilibus; de numero illorum; & de diſtincta ſingulorum conſideratione; in hoc primo libro ſufficienter dictum eſt: Nunc doctrina Ariſtotelis; ratione etiam confirmanda erit.

Scien-

Sciendum ergo, quod omne ens per ſe, ſiue ſit rationis, ſiue aliud; per ſe ad aliquem finem eſt ordinatum; & habet aliquam operationem fini proportionatam; & per ſe habet virtutem productiuam operationis, quæ in quibuſdam accidentibus poſita eſt; & illa fluunt ab eſſentia: Habet etiam eſſentiam, eſſe, ſuppoſitum, & quatuor cauſas; primo quidem rei; ſecundo accidentium, & operationum illius; & hæc omnia de re ſcibilia ſunt; & perfecta de re cognitio non poteſt haberi, niſi omnia, & ſingula dicta cum certitudine cognita ſint; & ratio illorum præciſa, & propria à fine ſumenda eſt; Ideo finis rei, & ſubiecti materialis dat rectam rationem, ad ſcibilia præciſe diſcernenda.

Numerus autem ſcibilium recte ad quinque reductus eſt; Suppoſitum enim eſt ſubiectum materiale; An ſit, dicit exiſtentiam, & cauſam illius efficientem; Quid ſit, eſſentiam, ſeu materiam, & formam; Ad quid ſit, finem, & ordinationem finalem; Quia ſit, dicit accidentia, & rei operationem: Propter quid, dicit cauſam, non dico ſuppoſiti; ſed accidentium, & operationum illius: Ecce quam recte numerus ſcibilium eſt aſſignatus; De ſingulis etiam diſtincta cognitio tradita eſt; Ergo recta, & methodica ratio de ſcibilibus, in hoc primo libro explicata fuit, atque probata.

LIBRI SECVNDI
DISTINCTIO VNICA

De Regulis Logicis, dictis de omni, per ſe, & vniuerſali primo.

ARS ſcientifica in hoc poſita eſt, vt nō ſolum quiſpiam ſcibilia inueniat, & recte, & omnia; ſed etiam, vt artem habeat hæc omnia ſcibilia, & recte, & diſtincte inueniendi: Hoc autem quomodo ſecundum artem fiat regulæ Logicæ docent: Sunt autem tres: prima dicitur de omni: ſecunda de per ſe: tertia de vniuerſali primo: Ideo de ſingulis modo dicendum eſt.

Num. 1. De omni.

1. Poſter. tx. 8. ARiſtoteles ita declarat regulam De omni: de omni dico, quod ſit vtiq; non in aliquo quidem, in aliquo autem non: neque aliquando quidem, aliquando autem non; vt, ſi de omni homine animal; ſi verum hunc dicere hominem, verum & animal: & ſi nunc alterum, & alterum: Illa igitur propoſitio erit de omni, in qua prædicatum dicitur de omni

ſubie-

ſubiecto, & ſemper: veluti animal dicitur de omni homine, & ſemper. Eſt autem dubium, vtrum omnes propoſitiones, quæ in ſcientia reperiuntur, debeant eſſe vniuerſales, & ſecundum regulam de omni; multa enim videntur eſſe ſcibilia, quæ tamen iuxta hanc regulã non aſſumuntur: veluti eſt ſcibile de Animali, quod fameſcat, & manducet; de Igne, quod ſurſum moueatur; de Luna quod ecclipſetur; hæc autem non ſemper talibus inſunt. Ad quod Ariſt. duplicem tradit reſpõſionem; prima eſt, quod aliud eſt conſiderare huiuſmodi propoſitiones in vniuerſali; aliud in particulari; primo quidem modo ſemper ſunt: veluti hęc propoſitio animal fameſcit, ſemper vera eſt; in particulari autem de hoc, vel illo animali non ſemper vera eſt. Secunda reſponſio eſt hæc: Quod multa accidentia per ſe, & ſemper inſunt cum disiunctione, ſic: Omnis numerus, vel eſt par, vel eſt impar; ignis ſecundum ſuam naturam, vel mouetur ſurſum, vel quieſcit ibi: Animal ſecundum ſuam naturam, vel fameſcit, vel ſatium eſt: Luna, vel eſt in ecclipſi, vel extra ecclipſim: & alia ſimilia. Propoſitiones ergo in ſcientia debent eſſe ſemper veræ, & vniuerſales, & neceſſariæ, quod eſt conuenire illis dictum De omni.

1. Poſt. tx. 22.

1. Poſt. tx. 10.

Num. 2. De per ſe.

ARiſtoteles declarans quid ſignificet hoc nomen, per ſe, docet, quod hæc quatuor 1. Poſt. tx. 11.

nomina idem videntur ſignificare; nempe, per ſe; non per aliud; ſecundum quod ipſum; & primo; Hoc autem ita declaratur: Quod conuenit alicui per aliud, non conuenit illi per ſe ipſum; veluti ferro conuenit eſſe ignitum per aliud, ideſt per ignem; ergo ferrum per ſeipſum non eſt ignitum: Ignis vero eſt ignitus per ſeipſum, ergo non eſt ignitus per aliud: Amplius, ſi ignis per ſeipſum eſt ignis, & ignitus; ergo ſecundum quod ignis eſt talis, & non ſecundum quod aliud; ergo idem ſunt per ſe, & ſecundum quod ipſũ: Adhuc ſecundum quod ipſum, & primo idem ſunt; ſi enim ignis ſecundum quod ignis mouetur ſurſum; ergo primo mouetur illuc; vel enim moueri ſurſum, conuenit prius alteri, vel non; ſi non, ergo primo conuenit igni; ſi primo alteri; ergo igni non ſecundum quod ignis, ſed ſecundũ illud aliud, cui conuenit primo, continget moueri; hoc autem eſſet non moueri ſic per ſeipſum: Quod itaque conuenit alicui per ſeipſum, conuenit etiã primo: Igitur per ſe; non per aliud; ſecundum quod ipſum; & primo idem ſunt.

Num. 3. *De numero modorum per ſe.*

2. poſt. cap. 4. EXiſtimo, quod Ariſt. poſuerit quatuor modos per ſe, quia poſuit quatuor ſcibilia: cũ enim dicat illa ſolum eſſe ſcibilia, quæ per ſe ſunt; dicat etiam quatuor eſſe ſcibilia, videtur ſequi, quod tot debent eſſe modi per ſe, quot ſcibilia poſita ſunt; primus igitur modus manifeſte pertinet, ad quid eſt: ſecundus, ad ſcibi-

ſe quia eſt: in ipſo enim declaratur, quæ accidentia per ſe inſint ſubiecto: Tertius videtur pertinere ad ſcibile an ſit; dicit enim quænam ſint, quæ per ſe exiſtant: Quartus aperte attinet ad propter quid; dicit enim quænam ſint cauſæ per ſe: Cum itaque in hac praxi poſita ſint quinq; ſcibilia: videtur conueniens, quod etiam quintus modus per ſe poſitus ſit: Id etiã fieri ad mentem Ariſt. quadam ratione poteſt declarari: Ipſe enim diffiniens naturam ita ait: Natura eſt principium motus, & quietis eius, in quo eſt primo per ſe, & non ſecundum accidens: Vbi apparet, quod natura eſt in duplici modo per ſe; quatenus enim reſpicit motũ, eſt in quarto modo, quia per ſe illius cauſa eſt; Quatenus vero reſpicit rem, cuius eſt natura, ineſt illi per ſe, & primo; non tamen, ait Ariſt. ſecundum accidens, ideſt eo modo, quo accidentia inſunt ſubiecto: accidentia enim rei inſunt quidem per ſe, ſed mediate, & per cauſam: natura vero nullã habet cauſam in re, ſed conuenit illi primo, & immediate: Igitur natura reſpectu eius, cuius eſt natura, ſecundum Ariſt. debet poni in aliquo modo per ſe: nõ ponitur autẽ in tertio, quia non exiſtit per ſe, cum ſit in re, vt aliquid eius; non in quarto, quia dicitur cauſa motus, & inter cauſas rei non numeratur: natura enim ignis non dicitur principium ignis, ſed motus ignis: Non in ſecundo, quia ſic conueniret per ſe, & primo ad modum accidentis: Non in primo, quia non dicit ſubſtantiam rei, neque ponitur in diffinitione illius; videtur itaque ſequi, quod in quinto mo-

do

do ponatur per ſe: Verum ita de hoc ſtatuatur: Naturam recte poſſe reduci ad primum modum per ſe, ſicut etiã poteſt reduci ad ſcibile quid eſt; Veruntamen, quia Ariſt. in Phiſicis diſtinguit illam à materia, & forma ſecundum rationem; & propriam illi tradit diffinitionem; & ait per ſe ineſſe rei; non erit contra intentionem Ariſt. ſi quintus modus per ſe poſitus, ſit in gratiam facilioris doctrinę: Diuidere enim vnum modum per ſe in duos eſt dicere idem; ſed magis clare, atque diſtincte, abſq; eo, quod ſit contra mentem Ariſt. & quod minus vere dicatur: Quinque igitur modi per ſe in hac Praxi conſtituentur.

Num. 4. De primo modo per ſe reſpiciente ſcibile quid ſit.

ARiſtoteles ſic determinat primum modum per ſe. Per ſe dico, quæcumque 1. poſt. tx. 9. inſunt in eo, quód quid eſt: affert exempla, vt triangulo linea, & lineæ punctum: adducit rationem; quia, ait, ſubſtantia ipſorum ex his eſt; & in oratione dicente, quid eſt, inſunt: Vbi aperte declarat, duo requiri ad hoc, vt aliquid ſit in primo modo per ſe; vnum eſt, quod ſit de ſubſtantia, & eſſentia rei; aliud, (quod tamen cum primo idem eſt) quod in diffinitione rei poſitum ſit: Quod ergo ita eſt de eſſentia rei, vt in illius diffinitione ponatur, in primo erit modo per ſe: Hoc autem proprie conuenit materiæ, & formæ; ſunt enim de ſubſtantia, & eſſentia rei; & ex illis diffinitio rei perfecta eſt:

Vtrum

Verum autem natura rei dicat eſſentiam illius; & ponatur in eius diffinitione; non ita clarum eſt: quod autem poſſit reduci ad illam, facillime concedendum erit: Quod igitur dicit primam entitatem rei, eidem in primo modo conuenit per ſe.

Num. 5. De ſecundo modo per ſe, qui reſpicit ſcibile quia ſit.

SEcundus modus per ſe ab Ariſt. ſic determinatur: Et quibuſcumque inexiſtentium ipſis, ipſa ſunt in oratione quid eſt declarante: ſenſus eſt: Quando in diffinitione alicuius accidentis ponitur ſubiectum; tunc tale accidẽs conuenit illi ſubiecto in ſecundo modo per ſe: Conuenire autem in ſecundo modo, eſt conuenire illi non immediate; hoc enim conuenit primo modo; ſed mediate, nempe per aliquam cauſam, quæ per ſe ſit in re: Vt autem hæc deſcriptio intelligatur, ſciendum eſt, quod omne accidens per ſe conuenit rei, vt ordinate ad finem; & quod accidentia ſunt, veluti inſtrumenta, quibus res producit ſuam operationem ad finem: Et hoc adeo eſt verum; vt in Deo nulla poſſint reperiri accidentia; quia Deus ad nullum finem eſt ordinatus: Accidens igitur eſt intima, & poſterior ratio ſe habendi ad aliud: Et accidens per ſe erit intima, & poſterior ratio ſe habendi ad aliud in ordine ad finem ſuum: Cum itaque accidens dicat hanc rationem ordinationis, impoſſibile eſt explicare recte quid ſit accidens per ſe, niſi hæc tria de-

1. Poſter. tx. 2.

declarentur: primo quid ordinet: ſecundo ad quid ordinet: tertio qua ratione ordinet; ſit exemplum de fame; ſi volo explicare quid ſit, oportet, vt dicam terminos ordinationis, ideſt illud, quod ordinat, nempe animal; & illud ad quod ordinat, nempe ad cibum; & rationem, ſeu modum quo ordinat; nempe ſub ratione appetentiæ: Vnde fames ſic diffinietur; eſt appetitus in animali ad cibum; Hoc autem eſt ſubiectum poni in diffinitione famis; ideo fames per ſe in ſecundo modo animali conueniet: rectiſſime igitur ſecundus modus per ſe, qui conuenit accidentibus, ab Ariſt. eſt diffinitus.

Potuiſſet autem Ariſt. aliter etiam ſecundũ modum per ſe ita determinare: Quæcunque accidentia conueniunt rei, vt eſt per ſe ordinatæ ad aliud, illa tali rei conueniunt per ſe: ratio eſt, quia ſi res per ſe, & ſecundum quod ipſa ordinatur ad aliud, veluti ignis ad ſurſum, & terra ad deorſum; & aliquod accidens conuenit illi, vt ſic ordinatæ; omnino conueniet illi, vt eſt per ſe ordinata; veluti leuitas igni, grauitas terræ conueniunt per ſe, quia inſunt illis, prout per ſe ordinantur ad loca ſua.

Similiter iſte modus ſic poſſet determinari: quæcunque accidentia per ſe habent in re cauſam ſui eſſe, talia eidem rei conueniunt per ſe: Cum enim cauſa alicuius accidentis per ſe cõuenit ſubiecto; omnino neceſſe eſt, quod accidens illi conueniat per ſe; quia conuenit rei per cauſam illam; hæc autem rei per ſe ineſt: ſit autem exemplum: Natura per ſe eſt cauſa motus; Anima per ſe eſt cauſa vitæ; ſi ergo natura,

tura, & anima per ſe rei conueniunt: ita etiam, & motus, & vita per ſe inerunt illi: Ita igitur de accidentibus, quæ per ſe inſunt, dictum ſit.

Poterunt itaque Oratores, Poetæ, Hiſtorici, & Iuriſperiti, vti hac determinatione ſecundi modi per ſe, ad conſiderandum, quæ accidentia ſint ab illis proponenda de Bello, de Ciuitate, de Regno, de Imperio, de Dote, de Teſtamento, & alijs: in talibus enim accidentia debent conſiderari, quæ illis conueniunt in ordine ad proprium finem: quod idem à Philoſopho eſt præſtandum.

Num. 6. De tertio modo per ſe, qui reſpicit exiſtentiam, & ſcibile An ſit.

TErtius modus per ſe ita ab Ariſt. declaratur: Quod non de ſubiecto dicitur aliquo, veluti, ait, eſt ſubſtantia; quod vero dicitur de ſubiecto, vt album non per ſe eſt. Vbi apparet Ariſt. loqui de exiſtẽtia; eſſe .n. in alio, eſt non eſſe per ſe; nõ eſſe autem in alio, eſt eſſe per ſe: Sciendũ eſt aũt, quod apud naturam per ſe exiſtunt ſubſtantiæ: Apud artẽ artificialia, vt domus, quæ non dicitur de ſubiecto: Apud voluntatem opera moralia, vt eleemoſyna: Apud intellectũ ens rationis, vt ſyllogiſmus: talia enim non dicuntur de ſubiecto: Sciendum etiam, quod quædam accidentia, vt quantitas, apud naturã dicũtur de ſubiecto; quæ tñ apud intellectũ conſiderantur, ac ſi nõ dicerẽtur de ſubiecto; & hoc ait Ariſt. ſine mẽdatio fit: De his aũt præcipue in mathematicis conſideratur: talia igitur quadam ratione per ſe eſſe dicenda ſunt.

1 poſt. tx. 9.

Num. 7.

Nu. 7. De quarto modo dicendi per ſe, qui reſpicit ſcibile propter quid.

1. poſt. tx. 9. ARiſtoteles ſic quartum modum declarat: Quod quidem propter ipſum ineſt vnicuique per ſe dico: quod non propter ipſum accidens; ſenſus eſt: Illud, propter quod aliquid ineſt alteri, per ſe cauſa eſt illius, quod ineſt: patet autem Ariſt. ſic intelligere ab exẽplis, quæ affert: ait enim ſi quis ambulando fulgurauit, accidens eſt, quia ambulatio non eſt cauſa fulgurationis; nec fulguratio fuit in eo, qui ambulabat propter ambulationem: ſi quis autem iugulatus interijt, per ſe eſt: iugulatio enim eſt vera cauſa interitus; & propter iugulationem interitus ineſt ei, qui iugulatus fuit: Quando ergo aliquid ineſt alicui propter aliquid aliud; tunc illud aliud dicitur eſſe cauſa illius, quod ineſt: Sint exempla; Motus deorſum eſt in terra propter naturam, quæ eſt in terra; ergo natura terræ per ſe eſt cauſa talis motus: Vita eſt in animali propter animam; ergo anima per ſe cauſa vitæ eſt; In homine eſt intellectio propter intellectum; ergo intellectus per ſe eſt cauſa intellectionis: In corpore eſt quantitas per materiam, ergo materia per ſe eſt cauſa quantitatis: poteſt autem probari, quod dicitur: Si enim vita eſt in equo per animam, vel anima ponitur cauſa vitæ, vel non; ſi non, ergo non propter animam vita ineſt illi; ſi enim eſſe vitæ eſt ineſſe, & anima non eſt cauſa, vt ſit vita, ita vt vita dicatur eſſe per animam;

mam; omnino vita non erit in equo per animã; ſed vel inerit propter ſeipſam,& non per aliud; vel certe inerit per aliquid aliud, quod illius cauſa ſit: vel igitur anima eſt cauſa vitæ, vel vita propter ipſam non inerit equo: ſi anima dicatur cauſa vitæ, vel erit cauſa per ſe, & ſecundum quod anima; vel per aliud, & ſecundum quod aliud: ſi per ſe, ergo bene ab Ariſt. dictum eſt: ſi non per ſe, ergo vita non in equo per animam, ſed per illud aliud, quod cauſa illius eſt: Bene ergo dicitur quod illud, propter quod aliquid ineſt alteri, per ſe cauſa eſt illius quod ineſt.

Ad hunc autem modum reducuntur omnes cauſæ,& effectus; & per ipſum habetur modus cognoſcendi dependentiam, quam habet effectus à cauſa ſua: Ideo ad ſcibile propter quid debet reduci.

Num. 8. De quinto modo per ſe, qui reſpicit ſcibile ad quid ſit.

QVintus modus per ſe, ſic poteſt determinari: Quod eſt prima, & intima ratio, vt res ſe habeat ad finem, & ad ea, quæ ſunt ad finem, illud eidem rei inerit per ſe, & ita, quod cum de illa prædicabitur, faciet propoſitionem immediatam, & indemonſtrabilem: Dixi, eſt prima ratio, vt diſtinguatur ab accidentibus, quæ ratio poſterior exiſtunt; Dixi, intima, vt diſcernatur ab illa ratione, quæ eſt in agente, per quam ordinat rem ad finem; talis enim non ineſt per ſe rei; nunc autẽ de

arg. tx. 3. phyſ. tx. 5. & c. vult. penult.

ibidem.

ibid.

de his, quæ per ſe rei inſunt ſermo habetur; Dixi, vt res ſe habeat ad finem; &c. vt oſtendatur, quod talis ratio habet annexam relationem ad finem; & quod ipſa eſt fundamentum talis relationis; ideo dicitur ratio, vt intelligatur, quod ſit illud, quo res ſub determinata ratione ſe habet ad finem: Quod enim talis ratio ſit in re, & in quocunque genere entis, ex eo patet, quod omnes res ad proprios fines ordinantur; & ad illos ſe habent ſub propria, & præciſa ratione: igitur talis ratio datur in ſingulis rebus; ſi enim non datur talis ratio; ergo non habent determinatam rationem, quā ſe habeant ad finem; ſed ad illum confuſo modo ſe habent: hoc autem eſſet non habere talē finem: quo enim pacto res ſe habet ad finem, eodem etiam dicetur habere illum finem: Datur ergo in rebus talis ratio; probatur autem, quod per ſe rei inſit; Et primo authoritate Ariſt. ipſe enim ait, quod natura per ſe primo, & non ſecundum accidens ineſt rei; at ipſa natura eſt in naturalibus illa prima ratio, qua ſe habent ad finem; motus enim dicit tendentiam ad finem; quies permanentiam in fine; natura autem principium eſt motus, & quiet[illegible] igitur dicta natura, & prima ratio na[illegible] per ſe ineſt; & non ſolum per ſe [illegible] mo, & immediate ad men[illegible] batur etiam ratione: V[illegible] ſecundum quod ip[illegible] enim per ſe eſt [illegible] rei ad finem [illegible] dens; non [illegible]

2. metaph. tx. 5.

...tinatur ad finem, per ſe rei conueniet: Inerit etiam primo, & immediate; quia in re neceſſe eſt deuenire ad vnam primam rationem finalem: Ait enim Ariſtoteles, in nullo genere cauſarum datur proceſſus in infinitum: ſicut ergo datur prima entitas materialis; & prima formalis; & prima exiſtentia; ita debet dari prima ratio finalis: ſi enim non detur hæc prima ratio, oportebit ſupponere aliam priorem rationem, quæ, vel erit in re; & tunc hanc primã dico rationem finalem; vel erit extra rem; & tunc nulla ratio inerit rei habendi ſe ad finem, quod eſſet finem non habere; datur itaque hęc prima ratio, quæ etiam rei inerit primo, & immediate: Quod ſi quis moueat dubitationes, vtrum hæc prima ratio ſit res diſtincta à fine; & an ſit effectus cauſæ finalis; ſicut exiſtentia videtur effectus cauſæ efficientis; & an finis prius rei conueniat quam dicta ratio; vel hæc prius fine illi inſit; & an finis detur rei per hãc rationem; vel hæc ratio tribuatur rei per finẽ: ...ſpondeam primo ſupponam: *Quod Ariſt.* ... quod sũt ſimul *naturâ; ait etiã;* ..., quorum *eſſe eſt ad aliud ſe*... ...rem, *quod res ſe habent ad* ... *rem, & finem eſt relatio* ... *habet fundamentum in* ... *re, quæ eſt ad finem:* ... *inter patrem, & filiũ,* ... *re, nempe genera*...

Ibidem.

Lib. præd. cap. de ad aliquid.

S re-

de his, quæ per ſe rei inſunt ſermo habetur; Dixi, vt res ſe habeat ad finem; &c. vt oſtendatur, quod talis ratio habet annexam relationem ad finem; & quod ipſa eſt fundamentum talis relationis; ideo dicitur ratio, vt intelligatur, quod ſit illud, quo res ſub determinata ratione ſe habet ad finem: Quod enim talis ratio ſit in re, & in quocunque genere entis, ex eo patet, quod omnes res ad proprios fines ordinantur; & ad illos ſe habent ſub propria, & præciſa ratione: igitur talis ratio datur in ſingulis rebus; ſi enim non datur talis ratio; ergo non habent determinatam rationem, quã ſe habeant ad finem; ſed ad illum confuſo modo ſe habent: hoc autem eſſet non habere talẽ finem: quo enim pacto res ſe habet ad finem, eodem etiam dicetur habere illum finem: Datur ergo in rebus talis ratio; probatur autem, quod per ſe rei inſit; Et primo authoritate Ariſt. ipſe enim ait, quod natura per ſe primo, & non ſecundum accidens ineſt rei; at ipſa natura eſt in naturalibus illa prima ratio, qua ſe habent ad finem; motus enim dicit tendentiam ad finem; quies permanentiam in fine; natura autem principium eſt motus, & quietis; igitur dicta natura, & prima ratio naturalibus per ſe ineſt; & non ſolum per ſe, ſed etiam primo, & immediate ad mentem Ariſtotelis: probatur etiam ratione: Vnaquæque res per ſe, & ſecundum quod ipſa, ſe habet ad finem: Finis enim per ſe eſt cauſa rei; Vel igitur ordinatio rei ad finem conuenit rei per ſe, vel per accidens: non per accidens, quia per accidens etiã

2. metaph. tx. 5.

finem

finem haberet; quo enim modo res ordinatur ad finem; eodem etiam habet finem; ſed per ſe ordinatur ad finem: igitur ratio, qua res ordinatur ad finem, per ſe rei conueniet: Inerit etiam primo, & immediate; quia in re neceſſe eſt deuenire ad vnam primam rationem finalem: Ait enim Ariſtoteles, in nullo genere cauſarum datur proceſſus in infinitum: ſicut ergo datur prima entitas materialis; & prima formalis; & prima exiſtentia; ita debet dari prima ratio finalis: ſi enim non detur hæc prima ratio, oportebit ſupponere aliam priorem rationem, quæ, vel erit in re; & tunc hanc primã dico rationem finalem; vel erit extra rem; & tunc nulla ratio inerit rei habendi ſe ad finem, quod eſſet finem non habere; datur itaque hęc prima ratio, quæ etiam rei inerit primo, & immediate: Quod ſi quis moueat dubitationes, vtrum hæc prima ratio ſit res diſtincta à fine; & an ſit effectus cauſæ finalis; ſicut exiſtentia videtur effectus cauſæ efficientis; & an finis prius rei conueniat quam dicta ratio; vel hæc prius fine illi inſit; & an finis detur rei per hãc rationem; vel hæc ratio tribuatur rei per finẽ: Vt reſpondeam primo ſupponam: Quod Ariſt. de relatiuis ait, quod sũt ſimul natura; ait etiã; Ad aliquid ſunt, quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere; patet autem, quod res ſe habent ad finem; & quod inter rem, & finem eſt relatio; & quod hæc relatio habet fundamentum in re, quæ dicitur finis; & in re, quæ eſt ad finem: ſicut enim relatio, quę eſt inter patrem, & filiũ, habet fundamentum in patre, nempe genera-

Ibidem.

Lib. præd. cap. de ad aliquid.

te; & in filio, nempe genitum eſſe; ita in relatione finali requiritur fundamentum, tum in fine; & eſt ratio præciſa finis; tum in re, quæ eſt ad finem,& eſt ratio finalis: Vtraque autem ratio æque primo relationem conſtituit; ſimul igitur ſunt natura; & vna ratio non eſt cauſa, vel effectus alterius; & finis conuenit rei per rationem finalem; & ratio finalis conuenit rei per finem; & res diſtinctæ ſunt, finis, & ratio finalis; licet vnam, & eandem relationem conſtituant, & tum finis, tum ratio finalis rei immediate, & per ſe, & primo conueniunt: Et hæc de quinque modis per ſe dicta ſufficiant.

Num. 9. De vniuerſali primo.

1. poſt. tex. 11. VLtima, & perfectiſſima regula iſta eſt: Hæc eſt complementum modorum per ſe: Hæc totius Logicæ perfectio eſt: Hæc Ariſtotelem Philoſophum ſummũ fecit: Hęc ſcientificum optimum facit: Hæc regula fores ſcietiarum aperit: Hæc mater, & magiſtra ſcientiarum eſſe videtur. Scientia enim eſt perfecta rerum cognitio: Illa vero cognitio eſt perfecta, quæ per propria, non per communia procedit: & regula de vniuerſali primo, quomodo omnia ſcibilia in ratione propria, præciſa, & adæquata accipiantur, ſcientificum docet: De hac igitur eſt dicendum: Ariſt. autem tradit duas illius deſcriptiones, quæ tamen idem dicunt

Ibidem. Prima eſt hæc: Vniuerſale autem dico, quod, vtique de omni ſit, & per ſe, & ſecundũ quod ipſum: ideſt tunc, vel ſubiectum, vel prædicatum,

tum,

tum, vel cauſa, vel effectus, erunt accepta in ſcientia, ſecundum regulam de vniuerſali primo, cum illis conueniet dictum de omni, veluti quod omnis homo ſit animal: nec non, quod per ſe rei conueniat, veluti quod idem homo ſit animal; demum ſecundum quod ipſum conueniat; ideſt coueniat homini ſecundum quod eſt homo; ita autem conuenit illi rationale; homo .n. ſecundum quod homo rationalis eſt: Alia deſcriptio eſt hæc: Vniuerſale, ait Ariſt. ibid. eſt tunc, quando in quolibet, & primo monſtretur, ideſt vniuerſale debet conuenire omni, & primo: tunc autem conuenit primo, cum per ſe ipſum tale quid habet; veluti homo eſt riſibilis, & rationalis primo; quia per ſeipſum, & ſecundum quod ipſum tale quid eſt; patet autem quod primo, & ſecundum quod ipſum idem ſunt; ſi enim homo eſt primo ſubiectum riſibilitatis; ergo nō eſt ſubiectum per aliquid prius; ergo per ſeipſum, & non per aliud, & ſecundum quod ipſum, non ſecundum quod aliud ſubiectum eſt: hoc autem idem eſt eſſe primo, quod ſecundum quod ipſum: ſi enim homo eſt ſubiectum ſecundum quod ipſum; ergo non ſecundum quod aliud, ideo primo: & ſi primo, ergo non ſecundum quod aliud; quia ſi ſecundum quod aliud, prius illi alteri conueniret: Omne igitur, quod ſecundum regulam de vniuerſali primo acceptum eſt, & neceſſarium eſt; & in propria, ac adæquata ratione acceptum fuit: quod enim omni, & per ſe, & primo, & ſecundū quod ipſum conuenit alicui, id omnino conueniet, neceſſario, & pro-

prie, & adæquate: Sed eſt adhuc dubium, vtrũ per ſe, & ſecundũ quod ipſum idem ſint: Ait.n. Ariſt. ita eſſe: è cõtra vero videtur; quia homo per ſe eſt animal, & animam ſenſitiuam habet; ſecundum quod ipſum vero non eſt animal, ſed tale animal nempe rationale: Et dicendum ſemper à parte rei idem eſſe; quia homo à parte rei non eſt generice animal, ſed ſpecifice tale animal; apud intellectum vero poſſunt differre, quia intellectus de re ſæpe affirmat rationes genericas, quæ à parte rei non reperiuntur: ſit exemplum: Intellectus de equo affirmat quod manducat, ſentit, fameſcit; apud naturam vero equus ita manducat, ita ſentit, ita fameſcit; ideſt iuxta naturam equi: Ideo apud naturam per ſe, & ſecundum quod ipſum, idem erunt: quia equus ſemper operatur iuxta naturam equi, & ſecundum proprium modum.

Regula autem ad inueniendum vniuerſale & primum talis erit: Illud quo poſito, vel ſublato aliud primo ponitur, vel aufertur, ſe habet vniuerſaliter primo ad illud, quod per ipſum ponitur, vel aufertur: exemplum ſit, poſito, vel ſublato homine ſtatim ponitur, vel aufertur riſibile; poſito autem animali non ponitur, nec ablato illo aufertur riſibile. Ita poſita anima primo ponitur vita; & ablata illa aufertur, & hæc; ſed poſito, vel ſublato animali non primo ponitur, vel aufertur vita. Adhoc ergo, vt aliquid vniuerſaliter primo conueniat alicui, oportet, quod ſit proprium illius quarto modo; nempe quod conueniat illi vni, ſoli, & ſemper; ſed non ſufficit; cum enim Adam

Ibidem, & cap. ſeq.

eſſet ſolus homo, illi vni, ſoli, & ſemper conueniebat eſſe riſibile, & rationale; & tamen vniuerſaliter primo illi non cõueniebat; paſſio enim non primo indiuiduo, ſed ſpeciei conuenit; oportet ergo, quod ita ſit proprium, vt etiam primo conueniat; & hoc modo riſibile conuenit homini ſoli, vni, ſemper, & primo; eſt enim primum ſubiectum.

Eſt autem aduertendum, quod primum, & immediatum hic non accipiuntur pro eodem; multa enim dicuntur de vniuerſali primo, quæ tamen non ſunt immediata; veluti homo eſt riſibilis, eſt propoſitio de vniuerſali primo, & tamen non eſt immediata; poteſt enim probari per rationale: Ita terra mouetur recte deorſum, eſt de vniuerſali primo; quia primum ſubiectum huius motus eſt terra: Dictum igitur de vniuerſali primo, reſpicit primum ſubiectum, & primam cauſam adæquatam: Maxime autem refert cognoſcere primum ſubiectum: ſi enim motus rectus deorſum conueniat terræ, ferro, lapidibus, & alijs, & poteſt conuenire primo vni, poſterius alteri; omnino ad perfectam, & diſtinctam cognitionem pertinebit, vt cognoſcatur cui prius, & cui poſterius conueniat: ſi enim credatur æque primo omnibus cõuenire, & ita non ſit; vel credatur prius conuenire illi, cui poſterius conuenit, nõ vera, imo falſa erit cognitio: igitur neceſſe eſt videre, an terræ primo conueniat: Si enim conuenit ferro, & lapidi, ex eo quod multum terræ illis inſit; omnino prius inerit terræ, quã lapidi, imo lapidi conuenit ꝑ terrã: & hoc igi-

tur ſcire conueniens eſt: Recte igitur ait Ariſt. in ſcientia propoſitiones accipi debent, ſecundum regulam de vniuerſali primo.

Num. 10. De vſu harum regularum.

NVnc de vſu harum regularum dicendum eſt: Ad Praxim enim ſcientificam tradēdam non ſufficit regulas tradidiſſe; ſed etiam de illorum vſu dicere opus eſt; Ad quatuor autem dictæ regulæ poſſunt deſeruire; nempe, primo ad diſtinguēda ſcibilia à non ſcibilibus: ex Ariſt. lib. 1. p-ſt. fere per totum. ſecundo ad diſtinguenda ſcibilia inter ſe: tertio ad inuenienda omnia ſcibilia: quarto ad eadem ſcibilia in ratione propria, & præciſa conſtituenda.

Nu. 11. Quomodo per dictas regulas ſcibilia à non ſcibilibus diſtinguantur.

SCibilia à non ſcibilibus per dictas regulas ſic diſtinguuntur: Omne quod per ſe rei conuenit, omnino de illa re ſcibile eſt; quod vero non per ſe ineſt; neque ſcibile eſt; 1. poſt. tx. 15. &c. Ait enim Ariſtot Quod non eſt neceſſarium, non eſt ſcibile; & quod non eſt per ſe, non eſt neceſſariū: Patet autem Philoſophis ita eſſe; Oratores vero, Poetæ, Hiſtorici, & Iuriſperiti fortaſſe dubitabunt; ſi tantum ab ipſis debeant ſciri, quæ per ſe ſunt; Sed ſi rem bene conſiderent in ſuis tractationibus, ſemper his regulis vti debet: Cum enim agunt de bello, veluti Polibius de Punico: Saluſtius de Iugurtino; illa tantum debent

debent in illa Hiſtoria tractare, quæ ad dictũ bellum valeant pertinere; ſiue quia ſint adiuuãtia; ſiue quia impediant; ſiue quia alia quapiam ratione illi conueniant; hoc autem eſt dicere, illa tantum debere conſiderare, quæ ad illud bellum, quatenus tale eſt, valeãt pertinere, quod eſt per ſe, & ſecundum quod ipſum conuenire illi: Si vero aliquis, vt Titus Liuius proponat ſibi tractare de rebus geſtis Populi Romani; tunc illa, quæ per ſe dictis rebus pertineant, & non alia debet conſiderare; ideo poterit narrare quos amicos; quos inimicos; quæ adiuuantia; quæ impedientia ad agendum habuerit Populus Romanus: hæc enim per ſe attinent ad res, quæ de Populo Romano tractantur: Ita ſi Iuriſperitus velit agere de dote, in ſua tractatione tantum debet conſiderare ea, quæ ad dotem per ſe pertinent: ſi enim ageret de alijs, tunc de dote ab illo non haberetur tractatio: Idem de alijs eſt. Regulæ igitur dictæ deſeruiunt, vt ſcibilia à non ſcibilibus diſtinguantur.

Nu. 12. Quomodo per eaſdem ſcibilium inter ſe diſtinctio haberi poſſit.

SI verum eſt, quod omnia, & ſola ea ſcibilia ſunt, quæ per ſe eſſe dicuntur; omnino verum erit dicere, quod, qua ratione inter ſe diſtinguuntur ea, quæ per ſe ſunt, eadem etiam diſtinguentur ea, quæ ſcibilia dicuntur: Sicut ergo quinque modi per ſe poſiti ſunt; ita quinque genera ſcibilium conſtituentur: Quod ſi *ex Ariſt. de modis per ſe.*

tantum quatuor modi per ſe affirmentur; totidem quoque ſcibilia ſunt concedenda: Primus itaque modus per ſe diſtinguit ſcibile quid ſit ab alijs ſcibilibus: in ipſo enim continentur tãtum ea, quæ per ſe dicunt eſſentiam rei: ſecũdus modus diſtinguit ſcibile quia eſt, ab alijs; explicat enim quænam accidentia ſubiecto per ſe inſint; & ideo de illo ſcibilia exiſtant: tertius modus diſtinguit exiſtentiam ab eſſentia, & accidentibus; dicit enim, quibus conueniat hoc quod eſt exiſtere per ſe: quartus diſtinguit cauſalitates per ſe ab his, quæ per ſe non ſunt; ideo ſeparat rationem cauſandi ab eſſentia, & exiſtentia, & accidentibus: quintus modus diſtinguit ordinationem finalem ab eſſentia, accidentibus, exiſtentia, & rerum cauſalitate: Ideo bene per modos per ſe ſcibilia diſtincta inter ſe erunt.

Num. 13. Quomodo dictæ regulæ doceant colligere omnia rei ſcibilia.

QVod regula de per ſe doceat colligere omnia ſcibilia patet: Docet enim colligere omnia, quæ rei per ſe inſunt: nihil enim poteſt conuenire rei per ſe, quod ad aliquem dictorum modorum non referatur: Quod autem eſt per ſe, eſt ſcibile; & quod non eſt per ſe; ait Ariſtoteles nõ erit ſcibile; igitur idem eſt docere, quomodo colligantur omnia per ſe, quod docere, colligi omne, quod ſcibile eſt: Primus itaque modus docet, quomodo colligantur omnia, quæ ad eſſentiam pertineant,

&

& ad ſcibile quid eſt; quod enim ponitur in diffinitione rei illud de eſſentia eſt; quod non ponitur non eſt de eſſentia; ecce omnia collecta ſunt: ita ſecundus modus docet colligere omnia accidentia, quæ rei per ſe conueniunt: De quarto etiam, & quinto eadem ratione idē dicendum eſt; dant enim certam regulam ad inueniendam veram cauſam, & veram ordinationem rei ad finem; & ad excludenda ea, quæ talia non ſunt. De tertio autem modo per ſe non ita clarum videtur; non enim apparet, quomodo tradat regulam ad inuenienda omnia, quæ ad exiſtentiam rei valeant pertinere: Docet enim ſolummodo, quomodo cognoſcatur, quæ per ſe exiſtant: non explicat autem quænam per ſe ad hanc exiſtentiam pertineant; ſed dicendum Ariſtot. idem dicere de exiſtentia quod de alijs: de eſſentia enim ita ait, omne quod dicit quid eſt res, illud eſt de eſſentia rei, & ad rem pertinet in primo modo; hæc autem regula non dicit omnia diſtinctè, quæ pertineant ad eſſentiam, ſed dirigit, & dat modum inueniendi omnia, quæ pertineant ad illam: Ita ſecundus modus dat regulam ad inuenienda omnia accidentia per ſe, ſed non dicit, quæ ſint illa accidentia: Ita quartus modus regulat ad inueniendas omnes cauſalitates, quæ ſunt in re, ſed non dicit, quæ ſint illæ cauſalitates, quæ in re ſunt: Idem facit tertius modus; docet enim cognoſcere, quibus rebus conueniat exiſtere, ſeu eſſe per ſe; dat enim regulam ad hoc cognoſcendum; non dicit autem, quænam ſit hæc, vel illa exiſtentia: Hoc

enim

enim ſatis ſit docere, quomodo quis cognoſcat, an cælum, an angelus, an Deus per ſe exiſtant; ex hoc enim ſtatim patebit, quod exiſtentia hominis, quæ alia eſt ab exiſtentia angeli, vel Dei, cum omnibus ad illam primo attinentibus homini per ſe conueniet; quod eſt dediſſe regulam ad omnia diſcutienda, quæ ad exiſtentiam rei valeant pertinere: Bene igitur Ariſt. regulas tradidit ad omnia, quæ rei per ſe inſunt inuenienda; quod eſt modum tradidiſſe ad omnia, quæ ſcibilia ſunt colligenda.

Num. 14. *De modo conſtituendi omnia ſcibilia in ſua præciſa ratione.*

1 poſt. t. 5. 11. &c. AIt Ariſt. ſcientia debet eſſe ex proprijs; Et in diffinitione ſcientiæ dictum eſt, quod debet eſſe cognitio adæquata: Oportet ergo dari modum, quo ipſa ſcibilia in præciſa ratione determinentur: Non videtur autem regula de per ſe hoc ſufficienter præſtare; ſi quis enim dicat equus per ſe eſt animal; animal per ſe ſentit, tangit, manducat; ergo equus per ſe ſentit, tangit, manducat; videtur bene dixiſſe, & vere; & tamen proprie locutus non eſt: equus enim non ſentit, non tangit, non manducat ad modum animalis, ſed ita ſentit, ita tangit, ita manducat, ideſt ad modum equi: Et qui vult habere propriam, & præciſam cognitionem de manducatione equi, neceſſe eſt, vt cognoſcat, quod equus ita manducat, & ad modum equi: ſi enim canis manducat carnes, & panem; equus vero fœnum, herbam, &

&

& hordeum; ergo alia eſt manducatio canis, alia equi; ſi etiam aſinus idem, quod equus manducat, ſed parum, & lēte manducat; equus vero & multum, & celeriter manducat; & in manducando non ruminat, ſicut bos; ergo alia eſt manducatio equi, alia bouis, aſini, & canis: ergo non habebitur diſtincta cognitio manducationis equi, niſi cognoſcatur ſub ratione præciſa, quæ ſit illius manducatio: Hoc autem docet præſtare regula de vniuerſali primo: Hæc igitur regula requirit, Vt eſſentia rei in ratione præciſa, & prima cognita ſit. Vt accidentia non in ratione generica, & communi, ſed in propria, & ſpecifica cognoſcantur; Similiter, vt exiſtentia cuiuſcunque rei, iuxta proprium modum, cognita ſit; Idem de cauſa, & ordinatione finali: Neceſſe eſt ergo in ſcientia cuiuſcunque rei conſiderare ſecundũ regulam de vniuerſali primo, omnia quæ pertinent ad illius eſſentiam; exiſtentiam; accidentia; ordinationem finalem; & ſimilia; ſi .n. Angelus, Cœlum, terra, homo habent propriã exiſtentiam, eſſentiam, ordinationem, accidentia, & cauſas accidentium; ſi debeo habere cognitionem perfectam de vno illorum; neceſſe eſt, vt præciſe cognoſcam, quæ pertinent ad illum: ſi enim exiſtentia angeli ſit valde diuerſa ab exiſtentia Dei, & hominis; & ego cognoſcam de illa, ac ſi eodem modo ſe haberet cum exiſtentia Dei, & hominis; non vere, ſed falſo dicar cognouiſſe; Idem eſt, ſi de bello, vel imperio, vel dote, vel teſtamento, tractatio ſit; quæ enim illi propria ſunt, debent conſidera-

ri. Quod fiet obſeruando ea, quæ de vniuerſali primo dicta fuere.

Num. 15. De ratione cognoſcendi quomodo eadem res ad diuerſos modos per ſe, & ad diuerſa ſcibilia reducatur.

MAxime refert ad habendam diſtinctam cognitionem ſcibilium, vt explicetur quonam modo eadem res ad plures modos reducatur per ſe; & conſequenter ad plura ſcibilia pertinere dicenda ſit: Sciendum ergo, quod in aliqua re ad ſummum quatuor reperiuntur: nempe exiſtentia, eſſentia, ordinatio, & accidentia. Exiſtentia igitur rei, vt equi, quatenus reſpicit equum, pertinet ad tertium modum per ſe: equus enim per ſe exiſtit: Quatenus vero reſpicit cauſam efficientem, eſt in quarto modo tanquã effectus per ſe talis cauſæ: Prout vero reſpicit accidentia, quę conſequuntur exiſtentiam, ipſa exiſtentia reducitur ad quartum modum per ſe tanquam cauſa ad effectum: Materia vero, prout reſpicit rem cuius eſt materia, eſt in primo modo per ſe; prout vero ab illa prouenit quantitas, & alia accidentia habet rationem, vt cauſa, quarti modi per ſe: Idem de forma equi, reſpectu equi eſt in primo modo; reſpectu potentiarum, accidentium, & operationum, quæ ab illa proueniunt, erit, vt cauſa in quarto: Ita de ordinatione, reſpectu rei, quæ ordinatur, eſt in quinto modo per ſe: reſpe-

1. poſt. tx. 9.

reſpectu vero, vel operationis, vel inclinationis, erit in quarto; eſt enim cauſa illarum. De accidentibus autem ita eſt dicendum: Quando accidens per ſe prouenit à materia, vel forma; tunc tale accidens reſpectu ſubiecti erit ſẽper in ſecundo modo; reſpectu vero cauſæ ipſius erit in quarto: Exempla ſint: Equus per ſe exiſtit in tertio modo: Corpus equi eſt in primo modo reſpectu equi, quia eſt de illius eſſentia: reſpectu vero operationum erit in quarto, quia cauſa illarum eſt: Anima equi conuenit equo in primo modo, quia eſt eſſentiæ illius pars; reſpectu vero potentiarum, & operationum erit in quarto; cauſa enim illarum eſt: Ordinatio equi ad finem conuenit equo in quinto modo per ſe; vel ſecundum Ariſt. in primo: reſpectu vero operationum, quæ ab illa proueniunt erit in quarto. Ita quod equus ſit hinnibilis, eſt in ſecundo modo; quod vero hoc accidens à forma, vt à cauſa proueniat, erit in quarto.

Sciendum eſt etiam, quod omnia accidentia, quæ per ſe proueniunt à forma, vel à materia, vt à propria cauſa; illa cõueniunt ſubiecto in ſecundo modo; materiã vero, vel formã reſpiciunt in quarto; ſed accidentia, quæ proueniunt à materia non cõueniunt formæ; & è cõtra; quæ proueniunt à forma, non conueniunt materiæ per ſe, ſed per accidens; veluti, quantitas eſt accidens à materia, vt à cauſa proueniẽs; ſi quis ergo dicat equus vt equus, & per ſe eſt quantus; verum erit; & eſt propoſitio in ſecundo modo per ſe: Si vero dicat, omne habẽs materiam

teriam eſt quantum, erit in quarto: Si vero dicat anima equi eſt quanta; tunc talis propoſitio non eſt per ſe; ſed per accidens; anima enim nõ habet quantitatem, niſi per aliud, ideſt per materiam: Ita ſi quis dicat. Equus habet potentiam actiuam currendi, vera erit, & per ſe in ſecundo modo; equus enim per ſe habet animã, & per hanc potentiam currendi: Si vero dicatur, Anima equi producit in illo potentiam ad currẽdum, vera erit in quarto modo per ſe, quia dicit cauſam, & effectum; ſed ſi quis dicat, materia equi habet potentiam ad currendũ, non erit vera, niſi per accidens, quia materia non habet potentiam actiuam, niſi per formam: Ex his igitur regulis habetur ratio ſcibilia, tum inueniendi, tum diſtinguẽdi.

Et hæc de regulis Logicis dicta ſint.

ANNO-

ANNOTATIONES IN SECVNDVM LIBRVM Praxis Scientiarum.

DIctum eſt ad perfectam de aliqua ſcientia, vel arte, vel facultate cognitionem tria debere certo cognoſci; primo ſubiectum recte fuiſſe ſtatutum. Secundo omnia ſcibilia fuiſſe plene collecta, diſtincta, explicata, ordinata. Tertio quod de illis certa probatio facta ſit.

Dictum etiam fuit, quod Methodus ſcientifica debet tradere rectam rationem, & modum, ad dicta tria cum certitudine præſtanda, & cognoſcenda.

Ad hoc autem maxime deſeruiunt regulæ Logicæ in hoc libro explicatæ.

Nunc aliquid practice de illis, præter iam dicta, dicendum eſt.

Praxis ad modos per ſe diſtinguendos, & in præciſa ratione.

NOtandum, quod modi per ſe, & regulæ dictę in ſubiecto materiali locũ habent: quod tali ratione declaratur: Sit homo ſubiectum tractationis: Methodus ſcientifica docet, omnia, quę per ſe illi conueniunt, eſſe per ſe de illo ſcibilia: ſed, iuxta regulam de vniuerſali primo, eſſe illi approprianda: Quod tali ratione poteſt explicari.

Entia

Entia igitur alia ſunt facta à Deo, vt natu-turalia, & ſupernaturalia; Alia ab homine, vt artificialia, moralia, rationis: In factis à Deo, lex Dei præciſe, & abſolute, determinat omnia, quæ rei per ſe conueniunt; veluti, primo determinat finem; ſecundo operationem finalem; tertio principium productiuum accidentale: ideſt virtutem operatiuam: quarto quatuor cauſas; quinto eſſentiam, eſſe, ſuppoſitum, & alia ſupradicta. Hæc omnia lex Dei determinat in factis à Deo, & determinat, quod rei inſint per ſe, & ſecundum quod ipsũ, & primo; ideſt ſecundum regulas dictas: ideo dictæ regulæ in factis à Deo, habent fundamentum in lege Dei; & ſunt principia per ſe nota. Cuicunque enim ſpeciei dat Deus propriam legem, finem, & omnia dicta præciſe, & ſpecifice determinãtem: Et quod facit lex Dei in factis à Deo; hoc facit ars in factis ab hominibus: Ideo per legem Dei, omnia de naturalibus, ſecundum regulam de omni; per ſe; & vniuerſali primo; cum certitudine determinata ſunt; & idem artifices, per artem, in artificialibus; & entibus rationis, vt Grammatico, & ſimilibus faciunt: Hinc fit, quod Ariſtoteles de naturalibus ait; quædam in illis ſunt ſecundum naturam: alia præter naturam; alia contrà naturam; ideſt ſecundum legem, præter legẽ, & contra legem naturalem. Idem Cicero ait

In lib. de Oratore. de Rethorica; quædam ſunt ſecundum artem, quædam præter artem, alia contra artem; & ipſa ars eſt recta ratio ad omnia dicta cum certitudine cognoſcenda: & ars, item lex Dei,

à fine

à fine rei accipit rectam rationem ad omnia præciſe determinanda; quia omnia à lege, vel arte data rei, appoſite ad finem facta, & ordinata ſunt. Sanctus Thomas 1.p.q.21.

De arte ergo dicitur; Eſt recta ratio rerum factibilium.

De Deo dicitur: Sua prouidentia per leges ordinat omnia in fines.

De regulis ergo Logicis iam dictis dicendum: Sunt in lege Dei, & in arte hominum fundatæ: Et finis illorum eſt, cum certitudine manifeſtare, quænam in ſcientia, vel ſint, iuxta genus ſuum, ſecundum rectam rationem, vel præter, vel contra illam.

Methodus ergo in ſcientiis, facultatibus, & artibus hanc docet rectam rationem, & ad illam recte explicandam, valde deſeruiunt regulæ iam dictæ, quæ à lege Dei, & à recta hominum ratione ſunt deriuatæ.

Ariſtoteles cognouit quidem, & docuit has regulas, & illis vſus eſt; ſed illas ipſe non inuenit; in lege enim, & in prouidentia Dei: Itē in recta hominis ratione; item in habitu primorum principiorum ſpeculatiuorum, & operabilium, fundata, & ab illis deriuata ſunt; ideo lumine naturali ſunt per ſe nota.

Lumen autem naturale eſt debile ad has regulas cognoſcendas. Et ante Ariſtotelem philoſophi modicam, & confuſam de illis habuerunt cognitionem; tandem de illis, poſt multū tempus, & magno labore, aliqua notitia habita, & ab Ariſtotele tradita eſt; ſed tanta breuitate, & obſcuritate tradita fuit, vt à pluri-

T mis

mis non intelligatur, & à pauciſſimis proprio ingenio, ſtudio, & labore magno, percipi poſſit. Et fere omnes indigeant auxilio Doctoris ad intelligendum.

Sed lumen fidei, & ſupernaturale, ſeu doctrina à Deo reuelata, valde adiuuat, ad illas cognoſcendas. Docet enim omnia entia, omnes cauſas, primas, medias, & vltimas; Docet omnes effectus primos, medios, vltimos; Docet leges à Deo datas; ordinationem omnium rerum in proprios fines; Docet proprium finem mundi, hominis, & aliorum; Demum dat lumen, ad omnia cum magna certitudine cognoſcenda.

Methodus ergo dirigit ad omnia cum dictis regulis præciſe, & proprie, & in ſpecifica ratione examinanda. Dictæ enim regulæ explicant, quænam de quacunque re, in præciſa ratione, ſcibilia ſunt, & rei neceſſario inſint.

Regula de omni, & ſemper docet; De ſtatuto ſubiecto nihil eſſe ſcibile, niſi illud, quod omni ſubiecto, & ſemper, & neceſſario ineſt.

Modi per ſe docent; illud tantum eſſe ſcibile de ſubiecto, quod vel eſt eſſentia illius, vel aliquid ab illius fluens eſſentia; Quod autem conuenit ſubiecto per aliud, vt ferro ignito igneitas, ſcibile non eſt.

Quatuor autem omni enti completo per ſe conueniunt; primo eſſentia, & quidditas rei cũ partibus ſuis, ſi illas habet; & hæc continentur in primo modo per ſe: ſecundo omnia accidentia, quæ fluunt ab eſſentia rei; veluti paſſiones, relationes, & operationes; & ſunt in ſecun-

do modo per ſe: tertio, finis, ordinatio finalis, & relationes ad finem; & pertinent, vel ad primum, vel ad quintum modum per ſe: quarto, exiſtentia enti completo per ſe conuenit in tertio modo per ſe: quinto, quartus modus per ſe explicat, quænam in ſubiecto, ita per ſe inſint, vt etiam cauſæ exiſtant, vt aliqua alia per ſe ineſſe dicantur; veluti, anima per ſe ineſt homini; & eſt cauſa, vt per ſe aliquid aliud, hoc eſt vita, & omni, & per ſe, & ſemper inſit.

Regula de vniuerſali primo, omnia ſcibilia de ſubiecto reducit ad præciſam rationem ſubiecto conuenientem ſic: Non eſt dicendum de homine; habet animam, vitam, operationem; ſed opus eſt, ſecundum hanc regulam dicere; habet talem anima; vitam, operationē ſpecialem, & particularem.

Hoc pacto, per regulas dictas, methodus docet, & dirigit ad omnia ſcibilia, de quacunque propoſita re colligenda, diſtinguenda, explicanda, probanda: Explicatur magis.

Cum omnia entia à Deo, & ab homine facta proprium habeāt finem, & iuxta illum proprium habeat eſſentiā, quidditatem, materiā, formam, exiſtentiam, paſſiones, & operationes; omnia .n. dicta ad finem ſunt ordinata; ſequetur, quod vnaquæque ſpecies per ſe, & de omni, & ſemper, & vniuerſaliter primo, habebit omnia dicta, iuxta genus ſuum; ideo alius erit finis equi, alius hominis: idem de aliis. Quod ſi quis aliter opinaretur, grauiter erraret; Hinc Logica methodus talem regulam tradit: Omne quod eſt ſcibile de homi-

ne, & de alio quocunque ſubiecto, neceſſario debet conuenire illi; ſemper; de omni; & neceſſario, & proprie, ſeu ſecundum regulam de vniuerſali primo; & dicta omnia ſcibilia, iuxta regulas dictas, de ſubiecto, ſunt cognoſcenda.

Qui has regulas plene cognoſcit, magnus Philoſophus, & ſapiens euadere poteſt. Qui illas ignorat, non poteſt eſſe certus, naturaliter loquendo, quod veram, certam, completam, & perfectam de propoſita re, habuerit ſapientiam.

LIBER

LIBER TERTIVS
DE INSTRVMENTIS SCIENDI.

DIctum eſt de modo, quo poſſit haberi cognitio vera, adæquata, & diſtincta eorum, quæ de aliquâ re ſciri poſſunt: & explicatæ ſunt regulæ, quibus ſcibilia à non ſcibilibus, & inter ſe diſtinguantur; dictum eſt etiã qua ratione omnia ſcibilia per regulam de vniuerſali primo poſſint appropriari, & accommodari; quæ omnia ad obtinendam adæquatam, & diſtinctam cognitionem deſeruiunt: Nunc itaque quomodo certa, & euidens cognitio poſſit haberi dicendum eſt: Ait enim Ariſtoteles, quod ad ſcientiam requiritur certitudo, & euidentia: De inſtrumentis ergo ſciendi dicere opus eſt: per illa enim, & certitudo, & euidentia obtinetur: primo autem de numero inſtrumentotum dicatur.

Digitized by Google

Nu. 1. De numero Inſtrumentorũ ſciendi.

INſtrumenta ſcientifica, ideſt apta efficere ſcientiam modo decem eſſe ponantur; liceat autem quilibet, vel addere, vel minuere, ſi ita placet: primum, & inter omnia principaliſſimum erit demonſtratio per principia per ſe nota; ſecundum diffinitio; tertium demonſtratio potiſſima dicta propter quid; quartum demonſtratio propter quid per cauſam remotam, & non propriam; quintum demonſtratio quia per effectum; ſextum demonſtratio quia per ſignum; ſeptimum demonſtratio ad impoſſibile; octauum diuiſio demonſtratiua; nonum demonſtratio diuiſiua; decimum inductio demonſtratiua. Methodus vero non videtur recte appellari inſtrumentum, ſed rectius dicitur ars, ſeu ratio dictis inſtrumentis, & aliis regulis vtendi.

Nu. 2. De fine horum inſtrumentorum.

FInis horum inſtrumentorum eſt facere certitudinem, & euidentiam in intellectu eorũ omnium, quæ ſcibilia poſita ſunt: Itaq; per ipſa probantur omnia, quæ pertinent ad exiſtentiã, eſſentiam, ordinationẽ, & accidentia propoſitæ rei; & hoc quantum, & quomodo fieri poſſibile eſt: Non enim omnia eodẽ modo probare conceſſum eſt: Non ſolũ autẽ per ipſa probatur, ꝙ hæc, vel illa ſit exiſtẽtia, vel eſſentia rei; ſed ẽt fit euidens, ꝙ talis res ſit eſſentia, vel accidens, vel cauſa illius: de ſingulis itaq; eſt dicendum.

DI-

DIST. I.

De demonſtratione per principia per ſe nota.

HÆc demonſtratio eſt mater omnium inſtrumentorum ſciendi: Hæc eſt ianua omnis certitudinis, & euidentiæ: Hæc eſt clauis omnium ſcientiarum; Ab hac diffinitio, & demonſtratio potiſſima perfectionem ſuã accipiunt: Hæc omnes cognitiones ad prima principia indemonſtrabilia, & omnibus nota reducit: Hæc, ſi à ſenſu adiuta ſit, omnem ambiguitatem de medio tollit: Itaque de ipſa, & de vſu illius dicere opus eſt.

Num. 1. De principijs per ſe notis, & de illorum applicatione.

DAri quædam principia intellectui per ſe nota Ariſt., & alij omnes fatentur: Talia ſunt, quæ in Metaphiſica proponuntur; Primũ autem omnium principium, & in quod omnia reſoluuntur principia, eſt hoc, ait Ariſt. impoſſibile eſt ſimul idem eſſe, & non eſſe; quod aliis verbis dicitur; Impoſſibile eſt contradictoria eſſe ſimul vera, vel falſa. Proximum huic principium eſt; De quolibet verum eſt affirmare, vel negare; Poſt hæc dantur alia multa principia; Veluti impoſſibile eſt, quod in aliquo genere cauſæ detur proceſſus in infinitum; ſed

1. poſt. tex. 24. &c. 4. Metaph. tex. 8. &c.

Ibidem.

2. metaph. tex. 5.

neceſſe eſt deuenire ad vnam primam cauſam, veluti, ad primam materiam, ad primam formã, ad primum motorem, ad vltimum finem: Ita omne totum eſt maius ſua parte: Dantur etiam multæ diffinitiones, & terminorum explicationes, quæ intellectui per ſe patent; veluti, quod per ſe eſſe, eſt nõ eſſe per aliud: & quod eſſe in potentia nõ eſt eſſe in actu; & quod ſubſtantia eſt illa, quæ per ſe exiſtit: & quod accidens inhæret ſubſtantiæ: item datur diffinitio quatuor cauſarum: ſimiliter diffinitio exiſtentiæ, eſſentiæ, materiæ, formæ, ordinationis finalis, cauſæ, & effectus, & ſimilium: talia enim in metaphiſica habent rationem principij per ſe noti; quia, tum per ſenſum, tum per intellectum euidẽtia fiunt: ſicut enim ait Ariſtoteles, vanum eſt velle probare eſſe naturam, quia eſt per ſe notum, quod illa ſit; ita dari vel cauſam, vel effectum, vel eſſentiam, vel accidens velle probare ſuperfluum, & vanum eſt: Hæc autem principia, ait Ariſtoteles, communia omnibus ſunt; ſed vnicuique rei poſſunt accõmodari, & appropriari: diffinitio enim eſſentiæ, vel materiæ, vel finis debet eſſe communis eſſentiæ, materiæ, & fini tum equi, tum hominis, tum angeli; & ita debet eſſe communis, vt eſſentiæ cuiuſcunque rei poſſit accommodari: ſic autẽ ſit talis accommodatio: diffinitio eſſentiæ eſt veluti quædam regula; ſicut ergo mercator vtitur regula cubitali ad menſuranda omnia, quæ habet venalia; ita ſcientificus poteſt vti diffinitione eſſentiæ generali ad, vt ſic dicam, commenſurandas eſſentias quarumlibet rerũ:

Si enim eſſentia ſic diffiniatur; eſt prima entitas rei, ſi proponatur, an anima equi ſit de illius eſſentia, ſtatim conſiderabo, an ſit prima entitas illius; & comperto quod ſic; dicam, da eſſentia illius eſt; Si quoque quæratur, an manducatio equi ſit de illius eſſentia, comperto nō eſſe primam entitatem, dicam quod non; atque ita de alijs plurimis diffinitionibus, & terminorum declarationibus eſt dicendum: Ex his igitur principijs efficitur demonſtratio illa, quæ dicitur per principia per ſe nota; de qua modo dicendum eſt.

Num. 2. De fine, ſeu effectu huius demonſtrationis.

FInis huius demonſtrationis eſt euidenter probare, aliquam propoſitionem, in qua prædicatum ſit terminus, vel logicalis, vel metaphiſicalis, vel vterque; vbi enim iſti termini non reperiuntur, demonſtratio iſta locum non habet: dicuntur autem termini metaphiſicales illi, qui reales ſunt, & tranſcendunt entia particularia; veluti cauſa, effectus, actus, potentia, pars, & totum, eſſentia, exiſtentia, materia, forma, efficiens, finis, & ſimilia; Termini logicales præcipui ſunt iſti; de omni; per ſe; ſecundum quod ipſum; vniuerſale primum; eſſe genus; vel ſpeciem, vel differentiam; prædicatum; ſubiectum, & ſimilia: Quando ergo fiat talis propoſitio; anima equi eſt de eſſentia illius; natura eſt principium, & cauſa motus; tunc tales propoſitiones habent terminos metaphi-

Exempl. ex Ariſt. 2. de anima Tex. 1. 2. 3. &c. & meta. tex. 5. &c.

taphiſicales de ſubiecto probandos; Si vero dicatur anima equi per ſe in primo modo conuenit equo; eſſe hinnibile conuenit vniuerſaliter primo equo; homo eſt primum ſubiectum riſibilitatis; rationale eſt propria differentia hominis; iſtæ habebunt terminos logicales: Si vero dicatur, grauitas eſt accidens per ſe terræ; natura terræ eſt per ſe cauſa motus terræ deorſum, tunc habent terminos tum logicales, tum metaphiſicales; Accidens enim, & cauſa ſunt termini metaphiſicales; per ſe vero terminus logicalis eſt; finis ergo demonſtrationis per principia per ſe nota eſt euidēter tales propoſitiones probare, & demonſtrare.

Num. 3. De materia, forma, & efficiente huius demonſtrationis.

FOrma hujus demonſtrationis eſt figura ſillogiſtica, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua; Efficiens eſt intellectus adiutus lumine naturali, quo cognoſcit principia per ſe nota, & confirmatus exercitatione, qua in talibus principijs conſiderandis occupatur. Materia ſunt tres termini, ſubiectum eſt aliquid particulare, quod pertineat ad rem, de qua ſcientia habetur, ideſt debet pertinere ad aliquod ſcibile illius: prædicatum eſt terminus, vel logicalis, vel metaphiſicalis, vel vterque; medium principale erit diffinitio termini eiuſdem; res patebit exemplis, proponitur examinandum, an anima equi ſit de eſſentia illius: accipiam diffinitionem eſſentiæ pro medio ſic, & dicam. Prima

ma

ma entitas rei eſt,vel eſſentia, vel de eſſentia illius; ſed anima equi eſt prima entitas illius, ergo; Maior patet, quia eſt diffinitio metaphiſicalis intellectui per ſe nota;minor ſic probatur; illud, quo in re nihil eſt prius, primum debet dici; ſed in equo nihil eſt prius anima illius; ergo. Iterum probabitur minor eadem ratione: Forma rei nihil habet prius in re; ſed anima eſt forma equi; eſt enim primus actus corporis illius, ergo anima equi eſt de eſſentia illius: Ecce quod tres ſyllogiſmi facti ſunt; & ſemper medius terminus fuit diffinitio termini metaphiſicalis, qui in concluſione reperiebatur: Ita probabitur negatiue, quod manducatio non ſit de eſſentia equi ſic: Eſſentia eſt prima entitas rei, ſed manducatio non eſt prima entitas equi, ergo: Minor ſic probatur; quod habet cauſam in re, non eſt prima entitas rei; ſed manducatio habet cauſam in equo, & ſenſui patet; ergo non eſt prima entitas illius: Idem in alijs terminis fieri poteſt.

exemp. Ar. 2. de anim. & 2. meta. locis cit.

Num. 4. De neceſſitate dictæ demonſtrationis.

Ait Ariſt. Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt: & quoniam illius cauſa eſt, & non contingat aliter ſe habere: Vbi non contentus dicere, quod debet cognoſci res per cauſam, ſed addendo, quod debet percipi, quod ſit cauſa illius, & hoc cum certitudine, & euidentia; manifeſte docet, quod termini metaphiſicales debent cum euidentia

dentia cognoſci: ſcire enim, quod omne habẽs animam viuit; eſt ſcire per terminos phiſicos, & proprios; ſcire autem, quod anima ſit cauſa vitæ, eſt ſcire per terminos metaphiſicales: ſcire vero, quod anima per ſe, & ſecundum quod ipſa, & iuxta regulam de vniuerſali primo eſt cauſa vitæ, eſt ſcire per terminos tum metaphiſicales, tum logicales: ſi ergo neceſſe eſt ſcire, quod anima ſit de eſſentia equi; & ſit forma illius; & quod ſit cauſa vitæ; & quod talis anima vniuerſaliter primo conuenit illi; & ſimilia, ſine quibus vera ſcientia, & certa cognitio haberi non poteſt; dicendum eſt, quod demonſtratio per principia per ſe nota eſt valde neceſſaria; & quod intellectus bene exercitatus in illa multo plures, & perfectiores habebit euidentias, quam alius qui in illa exercitatus non ſit.

Nu. 5. De vſu eiuſdem demonſtrationis.

Vt Ariſtot. 2. de anim. tx. 1. 7. & c.

VSus dictæ demonſtrationis eſt, tum inuenire, tum indicare quænam ſit propria exiſtentia, vel eſſentia, vel materia, vel forma, vel natura, vel cauſa, vel effectus, vel quæ ſit propria operatio finalis; quis finis, quæ accidentia rei per ſe inſint; quæ ſint de vniuerſali primo, & alia multa, quæ ſcibilia ſunt: Dixi inuenire, quia per principia per ſe nota inuenitur quæ ſit propria forma, vel materia rei; quod genus, quæ differentia, & ſimilia; ſi enim mihi ignotum ſit, quæ ſit forma terræ, & cupiam illam inuenire, Vtar hac demonſtratione, &

ſic

ſic procedam: Illud, quod primo determinat quid eſt res, dicitur forma rei; ergo illud, quod primo determinat terram in ratione terræ, forma illius eſt: ſubiungam; prima formæ determinatio nihil eſt aliud, quam prima determinatio materiæ: igitur quod primo determinat materiam terræ ad eſſe terræ, forma terræ dicetur: Sed prima determinatio materiæ ad eſſe terræ eſt, quod materia ſumme conſtricta, & collecta ſit; ergo forma terræ erit actus valde conſtrictiuus materiæ: Hoc quantum ad inuẽtionẽ: Quod attinet vero ad iuditium de forma, quæ ſit inuenta, an vera, & propria forma ſit, hæc demonſtratio docet euidenter iudicare: Quæratur enim, an anima equi ſit forma illius; ſic oſtendetur: Quod primo determinat materiam ad eſſe rei, illud rei forma vera eſt: ſed anima equi primo determinat materiam ad eſſe equi; Anima enim eſt actus primus corporis phiſici, &c. ergo anima equi forma illius eſt: talis igitur eſt vſus huius demonſtrationis, quæ quod ad omnia ſcibilia cognoſcenda aptum ſit inſtrumentum; ex dictis patere poteſt.

DIST. II.

DIST. II.

De diffinitione.

SEcundum inſtrumentum eſt diffinitio; de qua, vt habeatur vera cognitio, quatuor illius cauſæ ſunt explicandæ: Primo autem eius deſcriptio ponenda eſt.

Nu. 1. Quid ſit diffinitio, & quotuplex.

IN diffinitione tria conſiderari poſſunt: primo ipſa eſſentia cognoſcenda: ſecunda regula, vel inſtrumentum, quo talis eſſentia eſt cognoſcenda: tertio dictæ eſſentiæ vera cognitio: iuxta autem hæc tria tripliciter diffinitio deſcribi poteſt: reſpectu enim eſſentiæ ſic diffinitur: Diffinitio eſt totius eſſentiæ adæquata collectio, & in proprias partes diſtincta diſtri-
1.poſt.tex. 17. &c. butio: & hæc deſcriptio ab Ariſt. accepta eſt:
1.phiſicor. tex. 5. duo autem in diffinitione conſideratur, vnum eſt adæquata collectio totius eſſentiæ; ipſa .n. totam eſſentiam colligere debet, & hoc adæquate: Alterum eſt, quod ſit diſtincta eſſentiæ in partes diſtributio; eſſentia enim in diffini-
1.phiſicor. tex.5. tione debet in partes diſtingui. Ait enim Ariſtot. quod diffinitum totum quoddam eſt, & in diſtincte ſignificat; diffinitio autem diuidit in ſingula; ideſt totam eſſentiam in partes diſtinguit, quæ partes à logico genera, & differentiæ appellantur: Animal igitur rationale, diffinitio hominis erit, quia & colligit, & di-

ſtin-

ſtinguit totam, & ſolam illius eſſentiam: Quod vero attinet ad diffinitionem logice conſideratam, prout eſt regula ad cognoſcendam eſſentiam, ſic videtur deſcribenda: Eſt regula ad eſſentiam perfectiſſime cognoſcendam: Vnde diffinitio ita conſiderata, neque eſt eſſentia, neque cognitio eſſentiæ, ſed eſt regula ad eſſentiam cognoſcendam; ſicut enim regula, qua mercator res venales menſurat, non eſt res mẽſurata, nec cognitio rei, vt menſuratæ; ſed eſt ratio ad dictam menſuram rei cognoſcendam; ita erit de diffinitione: Tertio igitur modo accepta ſic deſcribetur. Diffinitio eſt perfectiſſima rei cognitio: Clarius autem ſic: Diffinitio eſt eſſentiæ, vt eſſentia eſt vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens cognitio: Ita etiam de illa logice accepta dici poteſt: Diffinitio logice accepta eſt regula ad eſſentiæ veram, adæquatam, diſtinctam, certam, & euidentem cognitionem habendam: Ratio autem eorum, quæ dicta ſunt ex his patet, quæ in prima Diſtinctione primi libri dicta fuere; ſi enim ad perfectam cognitionem requiruntur quinque conditiones, quæ modo dictæ ſunt; & diffinitio dicit perfectam eſſentiæ cognitionem, vt omnes ſupponunt; omnino diffinitio debet ſe habere, vt dictum eſt: Si nanque eſſentia, vel non accipiatur, vel non cognoſcatur vere, ſed falſo; talis res non effectiua, ſed deſtructiua ſcientiæ dicetur: ſi etiam tota eſſentia non cognoſcatur, ergo plene cognita non erit; ſi plus quã ſit, cognitio habita ſit; ergo falſo cognita erit; ſi indiſtincte; ergo confuſa cognitio dicetur: ſi

ex Ariſt. 1. poſt. tx. 17 &c.

ex 1. poſt. tx. 17. &c.

abſque

abſque certitudine, & euidentia, cum imperfectione ſe habebit: bene igitur videtur determinatum, quid diffinitio eſſe dicatur: Nunc autem de Logica diffinitione tantummodo eſt dicendum.

Num. 2. De cauſis Logicæ diffinitionis.

IN regula, qua vtuntur mercatores recte nimis explicantur cauſæ logicæ diffinitionis. Cauſa enim finalis dictæ regulæ, eſt recta rerum venalium menſura: materia ſunt dictæ res, vt menſurandæ; forma eſt applicatio ipſius regulæ: Efficiens tria reſpicit, primo regulam diſtinguentem partes rei; ſecundo manum applicantem regulam ipſam; tertio oculum inſpicientem rectam applicationem, & rei menſuratæ diſtinctionem: Ita ergo eſt in logica diffinitione: Finis illius eſt efficere perfectiſſimam eſſentiæ cognitionem: Materia eſt rei eſſentia, vt perfecte cognoſcenda: forma eſt recta applicatio regulæ logicæ ad eſſentiam: Efficiens eſt tum intellectus, qui applicat regulā ex vna parte, & obſeruat ex alia, an recte ſit applicata; tum ipſa regula; quæ efficit non ſolum in eſſentia, ſed etiam in intellectu opportunam diſtinctionem: Quænam ſit igitur hæc regula eſt dicendum.

ex Ariſt. 2. poſt. tx. 17. &c.

Num. 3. Quomodo inuenta fuerit regula diffiniendi.

VT potuerit inueniri regula ad diffiniendū neceſſe fuit, quod ſimul conuenerint logicus,

gicus, & metaphiſicus: & primo metaphiſicus ſecum ita cogitauerit; neceſſarium mihi eſt obtinere perfectam cognitionē eſſentiæ cuiuſcumque rei; ſed non habeo certum modum, quo illam obtineam: ibo ad logicum, vt mihi talem præbeat regulam: dicat igitur logico, præbe mihi talem regulam, qua poſſim cum certitudine, & euidentia cognoſcere totam, & ſolam eſſentiam, & omnes partes illius, ideſt omnes partes, & gradus tum materiæ, tum formæ, quæ rei dicunt eſſentiam. Tunc logicus dicat. Sic tota, & ſola eſſentia cum omnibus partibus ſuis colligi poteſt, atque diſtingui: Eſſentia cuiuſcunq; rei in partes diuidi poteſt; quædam partes eſſentiæ ſiue materialis, ſiue formalis ſunt communes; quædam ſunt propriæ; & præter has impoſſibile eſt aliquam partem eſſentiæ inuenire. Communes appellentur genera; Propriæ appellentur differentiæ: Et ponatur quod genera colligant vere, adæquate, & diſtincte omnes partes communes: differentiæ vero omnes partes proprias: Tunc ſcito, quod ſi tu certo, & euidenter cognoueris omnia genera, vel vnum genus intelligibiliter omnia genera continens, ſicut proximum facit; tu cognouiſti certo, & euidenter omnes partes communes: præter genera enim nulla pars reperitur communis: Quod ſi etiam certo, & euidenter cognoueris omnes differentias, vel vnam omnes intelligibiliter continentem, ſicut proxima eſt; tu cognouiſti omnes partes proprias: Quod ſi tum genus, tum differentiam ita ſignificantem certo, & euiden-

ex 1. poſt. tx. 17. & c.

ibid.

ter cognoueris; ſcito te habuiſſe cognitionem eſſentiæ veram, adæquatam, diſtinctam, certam, & euidentem; quod a me requirebas: & probo ita eſſe: erit enim vera; quia genus, & differentia vere dicunt partes eſſentiales: erit adæquata; quia genus, & differentia totam, & ſolam dicunt eſſentiam: Erit diſtincta; quia ſecundum partes cognitio habita eſt: Demum erit certa, & euidens; quia certo, & euidenter genera, & differentias cognouiſti. Bene igitur regula diffiniendi tradita eſt.

Nu. 4. Quomodo genera, & differentiæ inueniantur.

NEceſſe omnino eſt, vt quis dicatur habuiſſe veram diffinitionem rei, quod certo, & euidenter cognoſcat, ſe rei diffinitæ genus, & differentiam inueniſſe: ſi enim ſupponitur, quod cognitio perfecta eſſentiæ ſine diffinitione non habetur, & quod diffinitio ſine genere, & differentia nō datur; omnino, ſi ero dubius an genus, & differentiam inuenerim, ero etiam dubius, an diffinitionem habuerim; & conſequenter dubitabo, an perfecta eſſentiæ cognitio a me habita ſit: Oportet ergo dari modum, quo certa, & euidens cognitio de genere habeatur: Dicatur ergo duobus modis poſſe haberi: primo quidem per coordinationem prædicamentalem, per quam, in quocunque prædicamento, genera, & differentiæ magis principales diſtinguuntur; veluti in prædicamento ſubſtantiæ apparet: & ex his licet colligere

ligere genera, & differentias, vt de homine fit, quod ſit animal rationale: Alter modus eſt, per diuiſionem, & per demonſtrationem diuiſiuam, de quibus dicetur; & per dæmonſtrationem per principia per ſe nota, de qua dictũ eſt: ad quæ etiam ſenſus ſæpiſſime concurrere poteſt: res autem declaratur exemplo: Volo inuenire genus, & differentiam terræ: Tunc diuidam illam a cœlo, & a mixtis, nec non animatis, & inter corpora ſimplicia elementaria illam reponam: inueniam ergo genus illius, quod ſit elementum; per quod diſtinguetur ab angelis, cælo, mixtis, animatis: eſt igitur genus proximum. Tunc ſequar inueſtigando differentiam; hanc autem tentabo colligere ex gradibus materię, & formæ; cum enim demonſtratione per principia per ſe nota probetur, quod materia, & forma dicunt eſſentiam rei, ſi cognouero, quę gradum habeat materia, & quem forma terræ, ſtatim exiſtimabo, me inueniſſe ſpecificam differentinm illius: Videbo itaque, quod terra inter omnia elementa ſummum gradum habet materiæ, & minimum formæ; in ſummo enim habet accidentia, quæ multum materiæ conſequũtur, vt eſſe denſam, grauem, & in infimo loco conſtitutam: ita caret accidentibns, quæ a forma re nobili proueniunt, vt lux, eſſe valde mobile, vel magnam habere actionem; ſic itaque illam diffiniam: Terra eſt elementum in ſummo materiale, in minimo formale: Ita fiet in alijs: Exercitatis autem in diffiniendo non erit difficile inuenire genera, & differentias cuiuſcunque rei; potiſ-

ex 1. poſt. 13. 17. &c.

ſimum ſi cauſas illius proprias inueſtigarint: A fine enim, ab operatione finali, a forma, & illius gradibus, licebit talia perſcrutari: Sic igitur genera, & differrentiæ ſumendæ ſunt.

Num. 5. Quod a fine potiſſimum differentiæ ſumendæ ſint.

ETſi formæ cognitio diſtincta poteſt haberi ex determinatione, quam ipſa ponit in materia, quæ ſæpiſſime ſenſibilis eſt; ex formæ autem, & graduum illius diſtincta cognitione excipitur modus diffiniendi; cũ forma ſit quod quid erat eſſe rei; nihilominus, quia aliquando talis forma non poteſt ita diſtincte exprimi, vt differentia ſpecifica per illam habeatur; vt in equo patet; in quo difficulter a forma poteſt accipi ſpecifica differentia; videtur recte fieri, ſi a ratione finali ſpecifica differentia deſumatur: Quod enim ab hac ratione gradus formæ cognoſcatur, apparet ex eo, quod forma, in quocunque genere entis, ſemper fini rei conformis eſt: Vt igitur equi differentia ſpecifica inueniatur; (genus enim illius nempe animal manifeſtũ eſt) a fine ſic deſumetur: Finis equi dicatur eſſe transferre hominem, & res illius de loco ad locum, & hoc velociter, & commode: ita enim eſſe ex operationibus equi apparet: equus enim fert ſeſſorem, fert onera, trahit rhedam, quæ omnia dicunt translationẽ hominis, & rerum illius de loco ad locum; equus etiam dictas actiones non facit lente, vt bos; non debiliter, vt aſinus; non in commo-

ex 2. phiſ. cap. vlt. & ptault.

do, vt camelus; ſed velociter, & fortiter, & commode hoc præſtat: erit igitur talis finis, & operatio illius: quo poſito neceſſe eſt, quod anima equi huic fini conformis ſit; & hæc conformitas ratio finalis eſt appellanda; ſic itaque recte diffinietur; equus eſt animal ad velociter, & commode transferendum hominem de loco, ad locum ordinatum: & diffiniens debet intelligere ſic: quod equus talem habet materiam, & formam, ſeu eſſentiam; quæ ad dictum finem ſit congrua, & accommodata; Itaque ex fine differentiæ ſpecificæ ſunt deſumendæ, ſi aliter haberi non poſſint.

Nu. 6. *Quomodo genera, & differentiæ euidenter probentur.*

PEr demonſtrationem per principia per ſe nota poteſt probari, quod aliquod prædicatum ſit genus, & aliud differentia; Veluti volo probare quod elementum ſit genus terræ; ſumam pro medio diffinitionem generis & dicam: Quod dicit partem eſſentiæ rei communem, genus eſt: elementum dicit partem eſſentiæ terræ alijs communem: hoc patet: elementum enim dicit ſubſtantiam ex ſimplici materia, & forma elementari compoſitam, quod pertinet ad eſſentiam: dicit etiam hanc rationem communem terræ, aeri, aquæ, ignis; ergo euidens eſt, quod ratio generis illi conueniat: Similiter volo probare, quod ſic ordinari ad transferendum hominem de loco ad locum ſit propria equi differentia; accipiam dif-

finitionem propriæ differentiæ, & argumentabor: Quod dicit partem eſſentiæ propriam, & nulli alij communem, eſt propria, & ſpecifica differentia: ſed ordinari, vel ſe habere ad transferendum hominem cum rebus ſuis de loco ad locum fortiter, commode & velociter dicit rationem eſſentiæ propriam, & nulli alij communem, vt patet ſenſui, qui talia ſimul collecta in ſolo equo reperit: ergo talis ratio equi differentia ſpecifica eſt. idem de alijs dicendum eſſe videtur.

Num. 7. De vſu diffinitionis.

VSus diffinitionis Logicæ, iuxta finem illius, eſt perfecta cognitio eſſentiæ rei; ſiue talis res ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens; declarat igitur ſcibile quid ſit, ad quod pertinet eſſentiæ rei conſideratio: Vſus etiam illius ad demonſtrationem deſeruit; ſubministrat .n. illi medium, & principia per ſe nota ad probãdas concluſiones, quæ in ſcientia ſunt cognoſcendæ: Hæc diffinitio origo, & fons eſt omnis ſcientificæ cognitionis: ſicut enim eſſentia eſt origo, & cauſa, & fundamentum omnium accidentium; ita cognitio talis eſſentiæ eſt origo, & cauſa, & fundamentum omnium aliarum cognitionum: Hæc diffinitio ait Ariſt. ſi recte conſtituatur, omnes difficultates, quę circa aliquam rem poſſunt contingere, de medio tollit Hac diffinitione vtũtur Theologi, Philoſophi, tum naturales, tum morales, Logici, Medici, Iuriſperiti, & omnes qui methodicam de aliqua re faciunt tractationem; Ignorata enim eſſen-

eſſentia rei, de qua tractatur, cætera omnia ignorari neceſſe eſt: Fortaſſe autem quiſpiam dubitabit, an Oratores, Poetæ, & Hiſtorici, qui ſingularia ſæpiſſime, vel narrant, vel conſiderant, ſicut etiam ſæpe faciunt Iuriſperiti, qui circa caſus particulares verſantur; an inquam illis diffinitione opus ſit: Singularium enim diffinitio non videtur tradenda: ſed dicendũ; tales authores, cum ſingularia tractant, veluti cum de hac dote, vel hoc teſtamento, vel bello iſto, aut tali populo, ſeu ciuitate, & alijs agunt; egere quam maxime diffinitione generali ſiue dotis, ſiue teſtamenti, aut belli, aut imperij, aut gloriæ, aut ducis; non quidem, vt tales diffinitiones in ſuis narrationibus expreſſe ponant; quandoque enim incongruum hoc eſſet; ſed vt ex tali generica diffinitione in ipſorum mente repoſita, ſciant in ſingularibus iudicare, in quo deficiant, & in quo bene ſunt conſtituti: ſit autem exemplum, ſi Iuriſperitus ignoret, quid leges ſtatuant de dote in vniuerſali; quomodo ſciet iudicare, an hæc dos particularis veras habeat dotis rationes a lege ſtatutas, cum illas ignoret? Ita ſi Hiſtoricus ignoret, quænã ſit recta ratio belli, quæ imperij, quæ ducis, quomodo ſciet narrare, quãdo bene, vel male in hoc bello, vel imperio, vel duce res acta ſit? Diffinitio igitur potiſſimũ eſt inſtrumẽtum; & ideo oẽs ſcientifici ſummopere ſtudere debent, vt illius naturam, & vſum agnoſcãt: & non ſolũ cognoſcant; ſed etiam, quod mirifice prodeſt ad ſciendum, vt in illius vſu frequentiſſime exerceant ſe: Et hæc de diffinitione.

DIST. III.

De demonſtratione propter quid potiſſima, & de ea, quæ eſt per cauſam remotam.

TErtium inſtrumentum eſt demonſtratio propter quid. Hæc pertinet ad cognitionem perfectam accidentium; Illa enim facit cognoſcere per cauſas ſuas; dictum eſt autem, quid ſit accidens; & quæ rei per ſe conueniant; & ad quot capita poſſint reduci; & quæ ſint cauſæ illorum: modo de demonſtratione eſt dicendum: Duo autem ſunt explicāda; primo ea, quæ ad ipſam demonſtrationem pertinent; ſecundo ea, quæ ad illius vſum pertinere videntur: In inſtrumento enim duo conſiderantur; & de vtroque cognitio habēda eſt.

Num. 1. Diffinitio ſcientiæ accidentis data ab Ariſtot.

1. poſt. tx. 5. ARiſtoteles ſic diffinit ſcientiam accidentis: Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt; & quoniam illius cauſa eſt; & non contingat aliter ſe habere. Vbi multa notanda ſunt, primo enim ait. Scire eſt cognoſcere; quia genus ſcientiæ eſt cognitio; Poſtea addit. Rem, ideſt accidens; modo enim de hoc tractatio eſt; Per cauſam: Vbi notandū; quod cognitio accidentis perfecta debet eſſe

tri-

triplex; primo quidem an ſit; veluti an ſit ecclipſis: Secundo quid ſit; veluti quod ecclipſis eſt defectus luminis in Luna: tertio propter quid; veluti defectus luminis in Luna eſt propter poſitionem terræ inter ipſam Lunam, & Solem: Terra enim cum ſit opaca, facit vmbrã, quæ vmbra perueniens ad Lunam priuat illam lumine Solis; Luna enim dicitur quaſi aliena luce lucens; hoc autem fit ſolum, cum terra ita ponitur inter Lunam, & Solem, vt vmbra illius ad Lunam perueniat: tres igitur iſtæ cognitiones diſtinctæ ſunt, ſed omnes in tertia continẽtur; qui enim cognoſcit, quod ecclipſis fit per interpoſitionem terræ; & quod hæc interpoſitio, quæ eſt cauſa, vere eſt; iſte cognouit, & an ſit ecclipſis, & quid ſit, & propter quid ſit. Perfecta igitur cognitio accidẽtis habetur per cauſam illius: Sed eſt dubium, quia multa accidentia habent plures cauſas, vt dictum eſt; cum ergo Ariſt. dicat, eſt cognoſcere rem per cauſam, & non dicat cauſas, videtur, quod ſufficiat cognoſcere illud per vnicam cauſam, etiam ſi habeat plures, quod non videtur dicere perfectam accidentis cognitionem; Ideo eſt dicendum, quod Ariſt. ſeipſum declarat per ſequentem particulam; Propter quam res eſt: Per hanc enim docet, quod duplex eſt cauſa, vna quoad eſſe, & ſic anima eſt cauſa vitæ; Alia quoad ſolum cognoſci, & ſic effectus poteſt eſſe cauſa, vt cognoſcatur cauſa ſua, veluti vita equi eſt cauſa, vt cognoſcatur, qđ anima ſit in equo: Cum ergo Ariſt. dicat accidẽs debet cognoſci per cauſam, non cognitionis tan-

tum

tum, ſed etiam eſſe, ideſt per cauſam propter quam eſt, ſeu in eſſe conſtituitur, aperte declarat, quod ſi accidens in eſſe a multis cauſis dependet, per illas omnes cognoſci debet; quia de ſingulis verificatur, quod ſint cauſa propter quam accidens eſt. Quod autem ita ſit Ariſtot. ſeipſum declarat in primo, & in ſecundo Phiſicorum; & etiam in libro poſteriorum, vbi vult, pręmiſſas demonſtrationis debere eſſe immediatas, quod eſt debere fieri reſolutionem vſque ad cauſas primas, nullam cauſam mediam omittendo: Addit. Et oportet cognoſcere Quoniam illius cauſa eſt, ideſt nõ ſufficit ſcire cauſam, ſed oportet ſcire, quoniam illius cauſa ſit: Veluti non ſufficit ſcire; quod omne habens animam viuit; & quod omne graue tendit deorſum; ſed oportet ſcire, quod anima ſit cauſa vitæ; & quod grauitas ſit cauſa motus deorſum. Hæc autem particula valde eſt notanda: Vult enim Ariſt. quod terminus metaphiſicalis de termino reali cognoſcatur: veluti quod de anima ſciatur, quod cauſa vitæ ſit: Hæc autem cognitio non poteſt haberi niſi per demonſtrationem per principia per ſe nota, qua termini metaphiſicales demõſtrantur; Addit. Et oportet cognoſcere, quod non contingat aliter ſe habere: ideſt quod non contingat habere eſſe per aliam cauſam, niſi per hanc. Videtur autem hæc particula requirere, vt habeatur cognitio, quod cauſa per ſe cauſa ſit; ſi enim inquit Ariſt. ſcientia eſt tantum ex neceſſarijs; quod autem eſt neceſſarium omnino erit per ſe; & regula de per ſe dat mo-

dum

dum ad cognoſcendum, quæ neceſſaria ſunt; ſi debet cognoſci, quod de tali cauſa non poſſit aliter ſe habere, omnino videtur ſequi, quod debet cognoſci, quod ſit per ſe: Iſtæ autem duæ particulæ pertinent potius ad vſum demonſtrationis, quam ad demonſtrationem: In demonſtratione enim potiſſima non ponuntur termini metaphyſicales, nec logicales, ſed termini ſunt ſimplex ſubiectum, ſimplex paſſio, & ſimplex cauſa; ſic omne habens animã viuit; omne animatum habet animam; ergo omne animatum viuit: hæc eſt potiſſima demonſtratio, & cum omnibus conditionibus: Habens enim animam eſt ſubiectum, cui vere primo, & immediate anima ineſt; & anima eſt vera, prima, & immediata cauſa vitæ; Ideo omnes conditiones potiſſimæ demonſtrationis in præmiſſis, & in concluſione poſitæ erunt; ſicut infra dicetur. Verum iſta demonſtratio allata ei, qui ignorat, an anima ſit cauſa vitæ, & an ſit cauſa per ſe, & an omne animatum habeat animam, & habeat illam per ſe, & immediate, cum alijs ſimilibus, de quibus dicetur; nunquam faciet ſcientiam apud illum: Vnde apparet, quod dictæ particulæ pertinent ad vſum demonſtrationis: Demonſtratio enim ſine vſu non facit ſcientiam: Quamuis autem iſtæ duæ particulæ pertineant magis ad vſum demonſtrationis; quam ad ipſam demonſtrationem; tamen verè, & proprie pertinent ad quidditatem ſcientiæ; ſcientia enim accidentis debet eſſe per cauſam; ſi itaq; ignoro, quod anima ſit cauſa vitæ, ignorabo, quod ego co-

gno-

gnoſcam per cauſam; ergo ignorabo, quod habeam ſcientiam de vita; hoc autem eſt neſcire: ſimiliter ſi ſciẽtia debet eſſe cognitio certa; ſi ego exiſtimme poſſe aliter ſe habere, quam quod vita ab anima ſit; ideſt poſſit habere aliã cauſam; omnino non ero ſciens, ſed opinans. Hæc igitur diffinitio recte ab Ariſt. data eſt: Ex hac autem diffinitione poteſt alia diffinitio haberi, quæ talis eſt; Scientia accidentis eſt cognitio illius per cauſas veras, adæquatas, diſtinctas, cum certitudine, & euidentia: Quod dicitur per cauſas veras, intelligitur quod cauſæ ſint veræ; quod dicitur adæquatas, ſignificatur debere accipi omnes; & quod ſingulæ ſint adæquatæ, & ſecundum regulam de vniuerſali primo: quod dicitur diſtinctę, denotatur, quod diſtincta cognitio cauſarum habeatur, ita vt cognoſcatur, quæ cauſa ſit formalis, quæ materialis, quæ efficiens, & quę finalis: quod dicitur cũ certitudine, & euidentia; intelligitur, oportere cognoſci euidenter, quod illæ cauſæ ſint veræ, adæquatæ, omnes, & recte inter ipſas diſtinctas fuiſſe: Ex his, quæ ſit perfecta cognitio accidentis, intelligitur.

Num 2. De difinitione demonſtrationis propter quid.

ARiſt. ex diffinitione ſcientiæ colligit diffinitionem demonſtrationis, & recte: finis enim demonſtrationis eſt ſcientia accidentis; finis autem eſt recta ratio ad eſſentiam rei perfecte diſtinguendam: Duas autem tradit diffinitio-

nitio-

tiones demonſtrationis; Prima eſt hæc; Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ideſt demonſtratio talem habet rationem in materia, & forma, vt apta ſit efficere ſcientiam accidẽtis: Quod igitur ait, eſt ſyllogiſmus, explicat formam; quod vero addit faciens ſcire, explicat materiam à ratione finali; vult enim dicere; eſt ſyllogiſmus habens materiam talis rationis, vt aptus ſit efficere ſcientiam: Eſt autem dubium, an demonſtratio ſit vnus tantum ſillogiſmus; ſæpe enim videtur, quod debeant eſſe plures; ſed de hoc infra dicetur: ſecunda diffinitio eſt hæc; Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus, & cauſis concluſionis: Et hæc diffinitio plene explicat, quæ ſit materia; & forma, hocq; per rationem finalem, quæ illis debet conuenire: Iſtæ autem conditiones maxime ſunt conformes fini demonſtrationis: quod ita declaratur: finis demonſtrationis eſt cognitio accidentis per cauſas veras, adæquatas, diſtinctas, cum certitudine, & euidentia: Quod ergo ait, demõſtratio debet eſſe ex cauſis concluſionis, recte dicit; quia talis ſcientia debet eſſe per cauſas: quod ait, ex veris, bene docet; cauſę enim debent eſſe veræ; Quod ait, ex primis ideſt ex propoſitionibus, & cauſis acceptis ſecundum regulã de vniuerſali primo; recte dicit; cognitio enim debet eſſe per cauſas adæquatas; regula autem dicta facit, vt cauſæ tales ſint: Quod ait ex immediatis; recte ſe habet; quia ſi erit ex immediatis, omnes cauſæ rei acceptæ erunt, vt dicetur; ſcientia autem accidentis debet eſſe per om-

nes cauſas. Quod ait, ex prioribus, verè dicit; quia cauſæ ſunt priores his, quorum cauſæ ſunt: Quod demum ait, ex notioribus, recte ſe habet; quia præmiſſæ concluſionis debent eſſe notiores, & de ipſis debet haberi plena certitudo, & euidentia: Bene igitur demonſtratio eſt diffinita.

Num. 3. De cauſis demonſtrationis propter quid.

EX cognitione cauſarum plena rei cognitio obtinetur: de demõſtratione ergo sũt inquirendæ: Finis ergo illius eſt ſcientia: Operatiò finalis eſt efficere hanc ſcientiam: Materia remota ſunt termini, ſubiectum, paſſio, & medium, vel media, ſi plura ſint: Materia proxima ſunt propoſitiones cum conditionibus, quæ dictæ ſunt: Forma eſt ſyllogiſmus, ſi vnum tantum ſit medium; vel ſyllogiſmi, ſi plura ſint media: Efficiens demonſtrationis, quoad eſſe: fuit natura, quæ per Logicam naturalem docuit illam; ſed etiam fuit intellectus Ariſtot. qui demonſtrationem inuenit vel explicauit; quoad vſum verò, eſt intellectus eorum, qui illa vtuntur: De forma autem, & materia clarius aliquid eſt dicendum.

Num. 4. De terminis demonſtrationis propter quid.

AD minus in demonſtratione tres termini reperiuntur: primum eſt ſubiectum; & hoc ſemper in demonſtratione vnicum eſt: & debet eſſe in tertio modo per ſe; ſubiectũ enim

in

in demonſtratione, non conſideratur prout dicitur de ſubiecto; ſed prout alia dicuntur de ipſo; quod eſt eſſe in tertio modo per ſe: Paſſio, ſeu accidens probandum de ſubiecto ſemper vnum eſt; vna enim demonſtratio vnius accidentis, ſeu rei, ſaltem principaliter, ſcientiam facit: Hæc autem ſemper, & indiſtincte debet eſſe in quarto modo per ſe reſpectu medij; medium enim cauſa illius eſt: cauſam autem, & effectum ad quartum modum per ſe certum eſt pertinere: reſpectu vero ſubiecti debet eſſe ſemper, & indiſtincte in ſecundo modo; quia in ipſo continentur omnia accidentia, quæ per ſe inſunt ſubiecto: Medium aliquando eſt vnū; aliquando plura: cum enim accidens vnam tantum cauſam habet, vnicum eſt medium demonſtrationis; cum vero plures cauſæ ſunt; quot cauſæ exiſtunt, tot media reperiuntur: Hoc igitur medium ſemper reducetur ad aliquam quatuor cauſarum; medium enim cauſa eſt: ſi itaque medium ſit cauſa materialis, vel formalis reſpicit ſubiectum in primo modo per ſe; paſſionem vero in quarto: ſi autem ſit cauſa finalis; vel ratio, & ordinatio finalis, quæ prouenit ab agente; tunc mediū per ſe in quinto modo conueniet ſubiecto, in quarto vero paſſioni: Non ſufficit autem accipere hos terminos ſecundum modos per ſe; ſed omnino neceſſarium eſt, vt accepti ſint ſecundum regulā de vniuerſali primo; & quod inter ſe conuertibiles ſint. Veluti ſi habenda ſit demonſtratio de vita, oportebit inuenire ſubiectum, & cauſam ipſius cum regula de vniuerſali primo ſiet

DIST. III.

De demonſtratione propter quid potiſſima, & de ea, quæ eſt per cauſam remotam.

TErtium inſtrumentum eſt demonſtratio propter quid, Hæc pertinet ad cognitionem perfectam accidentium; Illa enim facit cognoſcere per cauſas ſuas; dictum eſt autem, quid ſit accidens; & quæ rei per ſe conueniant; & ad quot capita poſſint reduci; & quæ ſint cauſæ illorum; modo de demonſtratione eſt dicendum: Duo autem ſunt explicāda; primo ea, quæ ad ipſam demonſtrationem pertinent; ſecundo ea, quæ ad illius vſum pertinere videntur: In inſtrumento enim duo conſiderantur; & de vtroque cognitio habēda eſt.

Num. 1. Diffinitio ſcientiæ accidentis data ab Ariſtot.

a. poſt. tx. 5. ARiſtoteles ſic diffinit ſcientiam accidentis: Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt; & quoniam illius cauſa eſt; & non contingat aliter ſe habere. Vbi multa notanda ſunt, primo enim ait. Scire eſt cognoſcere; quia genus ſcientiæ eſt cognitio; Poſtea addit. Rem, ideſt accidens; modo enim de hoc tractatio eſt; Per cauſam: Vbi notandū; quod cognitio accidentis perfecta debet eſſe tri-

triplex; primo quidem an ſit; veluti an ſit ecclipſis: Secundo quid ſit; veluti quod ecclipſis eſt defectus luminis in Luna: tertio propter quid; veluti defectus luminis in Luna eſt propter poſitionem terræ inter ipſam Lunam, & Solem: Terra enim cum ſit opaca, facit vmbrā, quæ vmbra perueniens ad Lunam priuat illam lumine Solis; Luna enim dicitur quaſi aliena luce lucens; hoc autem fit ſolum, cum terra ita ponitur inter Lunam, & Solem, vt vmbra illius ad Lunam perueniat: tres igitur iſtæ cognitiones diſtinctæ ſunt, ſed omnes in tertia continētur; qui enim cognoſcit, quod ecclipſis fit per interpoſitionem terræ; & quod hæc interpoſitio, quæ eſt cauſa, vere eſt; iſte cognouit, & an ſit ecclipſis, & quid ſit, & propter quid ſit. Perfecta igitur cognitio accidētis habetur per cauſam illius: Sed eſt dubium, quia multa accidentia habent plures cauſas, vt dictum eſt: cum ergo Ariſt. dicat, eſt cognoſcere rem per cauſam, & non dicat cauſas, videtur, quod ſufficiat cognoſcere illud per vnicam cauſam, etiam ſi habeat plures, quod non videtur dicere perfectam accidentis cognitionem; Ideo eſt dicendum, quod Ariſt. ſeipſum declarat per ſequentem particulam; Propter quam res eſt: Per hanc enim docet, quod duplex eſt cauſa, vna quoad eſſe, & ſic anima eſt cauſa vitæ; Alia quoad ſolum cognoſci, & ſic effectus poteſt eſſe cauſa, vt cognoſcatur cauſa ſua, veluti vita equi eſt cauſa, vt cognoſcatur, qđ anima ſit in equo: Cum ergo Ariſt. dicat accidēs debet cognoſci per cauſam, non cognitionis tan-

tum, ſed etiam eſſe, ideſt per cauſam propter quam eſt, ſeu in eſſe conſtituitur, aperte declarat, quod ſi accidens in eſſe a multis cauſis dependet, per illas omnes cognoſci debet; quia de ſingulis verificatur, quod ſint cauſa propter quam accidens eſt. Quod autem ita ſit Ariſtot. ſeipſum declarat in primo, & in ſecundo Phiſicorum; & etiam in libro poſteriorum, vbi vult, pręmiſſas demonſtrationis debere eſſe immediatas, quod eſt debere fieri reſolutionem vſque ad cauſas primas, nullam cauſam mediam omittendo: Addit. Et oportet cognoſcere Quoniam illius cauſa eſt, ideſt nõ ſufficit ſcire cauſam, ſed oportet ſcire, quoniam illius cauſa ſit: Veluti non ſufficit ſcire, quod omne habens animam viuit; & quod omne graue tendit deorſum; ſed oportet ſcire, quod anima ſit cauſa vitæ; & quod grauitas ſit cauſa motus deorſum. Hæc autem particula valde eſt notanda: Vult enim Ariſt. quod terminus metaphiſicalis de termino reali cognoſcatur: veluti quod de anima ſciatur, quod cauſa vitæ ſit: Hæc autem cognitio non poteſt haberi niſi per demonſtrationem per principia per ſe nota, qua termini metaphiſicales demõſtrantur: Addit. Et oportet cognoſcere, quod non contingat aliter ſe habere: ideſt quod non contingat habere eſſe per aliam cauſam, niſi per hanc. Videtur autem hæc particula requirere, vt habeatur cognitio, quod cauſa per ſe cauſa ſit; ſi enim inquit Ariſt. ſcientia eſt tantum ex neceſſarijs; quod autem eſt neceſſarium omnino erit per ſe; & regula de per ſe dat modum

dum

dum ad cognoſcendum, quæ neceſſaria ſunt; ſi debet cognoſci, quod de tali cauſa non poſſit aliter ſe habere, omnino videtur ſequi, quod debet cognoſci, quod ſit per ſe: Iſtæ autem duæ particulæ pertinent potius ad vſum demonſtrationis, quam ad demonſtrationem: In demonſtratione enim potiſſima non ponuntur termini metaphyſicales, nec logicales, ſed termini ſunt ſimplex ſubiectum, ſimplex paſſio, & ſimplex cauſa; ſic omne habens animã viuit; omne animatum habet animam; ergo omne animatum viuit: hæc eſt potiſſima demonſtratio, & cum omnibus conditionibus: Habens enim animam eſt ſubiectum, cui vere primo, & immediate anima ineſt; & anima eſt vera, prima, & immediata cauſa vitæ; Ideo omnes conditiones potiſſimæ demonſtrationis in præmiſſis, & in concluſione poſitæ erunt; ſicut infra dicetur. Verum iſta demonſtratio allata ei, qui ignorat, an anima ſit cauſa vitæ, & an ſit cauſa per ſe, & an omne animatum habeat animam, & habeat illam per ſe, & immediate, cum alijs ſimilibus, de quibus dicetur; nunquam faciet ſcientiam apud illum: Vnde apparet, quod dictæ particulæ pertinent ad vſum demonſtrationis: Demonſtratio enim ſine vſu non facit ſcientiam: Quamuis autem iſtæ duæ particulæ pertineant magis ad vſum demonſtrationis; quam ad ipſam demonſtrationem; tamen verè, & proprie pertinent ad quidditatem ſcientiæ; ſcientia enim accidentis debet eſſe per cauſam; ſi itaq; ignoro, quod anima ſit cauſa vitæ, ignorabo, quod ego cogno-

gnoſcam per cauſam ; ergo ignorabo, quod habeam ſcientiam de vita; hoc autem eſt neſcire: ſimiliter ſi ſciẽtia debet eſſe cognitio certa; ſi ego exiſtimme poſſe aliter ſe habere, quam quod vita ab anima ſit; ideſt poſſit habere aliã cauſam ; omnino non ero ſciens, ſed opinans. Hæc igitur diffinitio recte ab Ariſt. data eſt: Ex hac autem diffinitione poteſt alia diffinitio haberi, quæ talis eſt; Scientia accidentis eſt cognitio illius per cauſas veras, ad æquatas, diſtinctas, cum certitudine, & euidentia: Quod dicitur per cauſas veras, intelligitur quod cauſæ ſint veræ; quod dicitur adæquatas, ſignificatur debere accipi omnes; & quod ſingulæ ſint adæquatæ, & ſecundum regulam de vniuerſali primo: quod dicitur diſtinctę, denotatur, quod diſtincta cognitio cauſarum habeatur, ita vt cognoſcatur, quæ cauſa ſit formalis, quæ materialis, quæ efficiens, & quę finalis: quod dicitur cũ certitudine, & euidentia; intelligitur, oportere cognoſci euidenter, quod illæ cauſæ ſint veræ, adæquatæ, omnes, & recte inter ipſas diſtinctas fuiſſe: Ex his, quæ ſit perfecta cognitio accidentis, intelligitur.

Num 2. De difinitione demonſtrationis propter quid.

ARiſt. ex diffinitione ſcientiæ colligit diffinitionem demonſtrationis, & recte: finis enim demonſtrationis eſt ſcientia accidentis; finis autem eſt recta ratio ad eſſentiam rei perfecte diſtinguendam; Duas autem tradit diffini-

nitio-

tiones demonſtrationis: Prima eſt hæc; Demon ſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ideſt demonſtratio talem habet rationem in materia, & forma, vt apta ſit efficere ſcientiam accidẽtis: Quod igitur ait, eſt ſyllogiſmus, explicat formam; quod vero addit faciens ſcire, explicat materiam à ratione finali; vult enim dicere; eſt ſyllogiſmus habens materiam talis rationis, vt aptus ſit efficere ſcientiam: Eſt autem dubium, an demonſtratio ſit vnus tantum ſillogiſmus; ſæpe enim videtur, quod debeant eſſe plures; ſed de hoc infra dicetur: ſecunda diffinitio eſt hæc; Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus, & cauſis concluſionis: Et hæc diffinitio plene explicat, quæ ſit materia, & forma, hocq; per rationem finalem, quæ illis debet conuenire: Iſtæ autem conditiones maxime ſunt conformes fini demonſtrationis: quod ita declaratur: finis demonſtrationis eſt cognitio accidentis per cauſas veras, adæquatas, diſtinctas, cum certitudine, & euidentia: Quod ergo ait, demõſtratio debet eſſe ex cauſis concluſionis, recte dicit; quia talis ſcientia debet eſſe per cauſas: quod ait; ex veris, bene docet; cauſę enim debent eſſe veræ; Quod ait, ex primis ideſt ex propoſitionibus, & cauſis acceptis ſecundum regulã de vniuerſali primo; recte dicit; cognitio enim debet eſſe per cauſas adæquatas; regula autem dicta facit, vt cauſæ tales ſint: Quod ait ex immediatis; recte ſe habet; quia ſi erit ex immediatis, omnes cauſæ rei acceptæ erunt, vt dicetur; ſcientia autem accidentis debet eſſe per om

nes

nes cauſas. Quod ait, ex prioribus, verè dicit; quia cauſæ ſunt priores his, quorum cauſæ ſunt: Quod demum ait, ex notioribus, rectè ſe habet; quia præmiſſæ concluſionis debent eſſe notiores, & de ipſis debet haberi plena certitudo, & euidentia: Bene igitur demonſtratio eſt diffinita.

Num. 3. De cauſis demonſtrationis propter quid.

EX cognitione cauſarum plena rei cognitio obtinetur: de demõſtratione ergo sũt inquirendæ: Finis ergo illius eſt ſcientia: Operatiõ finalis eſt efficere hanc ſcientiam: Materia remota ſunt termini, ſubiectum, paſſio, & medium, vel media, ſi plura ſint: Materia proxima ſunt propoſitiones cum conditionibus, quæ dictæ ſunt: Forma eſt ſyllogiſmus, ſi vnum tantum ſit medium; vel ſyllogiſmi, ſi plura ſint media: Efficiens demonſtrationis, quoad eſſe: fuit natura, quæ per Logicam naturalem docuit illam; ſed etiam fuit intellectus Ariſtot. qui demonſtrationem inuenit vel explicauit; quoad vſum verò, eſt intellectus eorum, qui illa vtuntur: De forma autem, & materia clarius aliquid eſt dicendum.

Num. 4. De terminis demonſtrationis propter quid.

AD minus in demonſtratione tres termini reperiuntur: primum eſt ſubiectum; & hoc ſemper in demonſtratione vnicum eſt: & debet eſſe in tertio modo per ſe: ſubiectũ enim

in

in demonſtratione, non conſideratur prout dicitur de ſubiecto; ſed prout alia dicuntur de ipſo; quod eſt eſſe in tertio modo per ſe: Paſſio, ſeu accidens probandum de ſubiecto ſemper vnum eſt; vna enim demonſtratio vnius accidentis, ſeu rei, ſaltem principaliter, ſcientiam facit: Hæc autem ſemper, & indiſtincte debet eſſe in quarto modo per ſe reſpectu medij; medium enim cauſa illius eſt: cauſam autem, & effectum ad quartum modum per ſe certum eſt pertinere: reſpectu vero ſubiecti debet eſſe ſemper, & indiſtincte in ſecundo modo; quia in ipſo continentur omnia accidentia, quæ per ſe inſunt ſubiecto: Medium aliquando eſt vnũ, aliquando plura: cum enim accidens vnam tantum cauſam habet, vnicum eſt medium demonſtrationis; cum vero plures cauſæ ſunt; quot cauſæ exiſtunt, tot media reperiuntur: Hoc igitur medium ſemper reducetur ad aliquam quatuor cauſarum; medium enim cauſa eſt: ſi itaque medium ſit cauſa materialis, vel formalis reſpicit ſubiectum in primo modo per ſe; paſſionem vero in quarto: ſi autem ſit cauſa finalis; vel ratio, & ordinatio finalis, quæ prouenit ab agente; tunc mediũ per ſe in quinto modo conueniet ſubiecto, in quarto vero paſſioni: Non ſufficit autem accipere hos terminos ſecundum modos per ſe; ſed omnino neceſſarium eſt, vt accepti ſint ſecundũ regulã de vniuerſali primo; & quod inter ſe conuertibiles ſint. Veluti ſi habenda ſit demonſtratio de vita, oportebit inuenire ſubiectum, & cauſam ipſius cum regula de vniuerſali primo ſic:

Ani-

Animatum ſubiectum, vita paſſio; anima cauſa. Vel ſic, Animal ſubiectum; Vita cum ſenſu paſſio; anima ſenſitiua medium. Vel ſic, homo ſubiectum; vita cum ratione paſſio; anima rationalis cauſa: Vel ſic, equus ſubiectum; talis vita paſſio; anima equi cauſa; ita igitur termini ſunt accipiendi; Nunc reſtat de propoſitionibus conſiderare.

Nu. 5. De propoſitione immediata.

PRopoſitio eſt materia proxima demonſtrationis; & debet eſſe immediata, vel reducibilis ad immediatā: illa autem dicitur immediata, cuius prędicatum de ſubiecto non poteſt per aliquā cauſam probari; niſi forte in diuerſo genere cauſæ. Dixi, non poteſt probari per cauſam, erit enim immediata, etiā ſi poſſit probari per effectum, vel per demonſtrationem per principia per ſe nota; Dixi, niſi forte in diuerſo genere cauſæ: poteſt enim propoſitio immediata in vno genere cauſæ, quandoque demonſtrari per aliud genus cauſæ; veluti materialis, vel formalis, per finalem; ſicut de ipſamet demonſtratione Ariſt. fecit, vt dictum eſt modo: Propoſitio autē immediata poteſt eſſe in diuerſis modis per ſe; Quæcunque autem ſunt in primo modo per ſe, ideſt quæ dicunt rei eſſentiam, vt materia, & forma; illa ſemper immediate inſunt rei, cuius eſſentia ſunt: forma n. in genere formæ eſt actus primus rei, & per alium actum, vel formam non poteſt probari: ita materia eſt primum ſubiectum, ex quo fit res: Quod ſi per finem, vel per ordinationem

fina-

finalem probentur, hoc erit in diuerſo genere cauſæ. Secundus modus per ſe ſemper facit propoſitionem mediatam; tertius modus facit immediatam; cum enim exiſtentia dicitur de eo, quod per ſe exiſtit, primo conuenit illi, & non per aliquid aliud, quod ſit in re: Quartus modus poteſt facere propoſitionem tum mediatam, tum immediatam; ſi enim dicatur anima intellectiua eſt cauſa intellectus, immediata eſt; ſi vero dicatur eſt cauſa intellectionis, mediata eſt; iutellectus enim eſt cauſa immediata intellectionis, & anima intellectiua eſt cauſa intellectus: Quintus modus per ſe ſemper dicit propoſitionem immediatam: finalis enim ordinatio immediate ineſt rei, quæ per illam ad finem ſuũ ordinatur: Hæc igitur quinque prædicantur immediate de re; primo exiſtentia per ſe: ſecundo forma; tertio materia; quarto ratio, & ordinatio finalis, ſeu natura; quinto finis: & ratio patet ex his, quę dicta ſũt.

Num. 6. De concluſione demonſtrationis propter quid.

SEmper concluſio demonſtrationis debet eſſe in ſecundo modo per ſe; continet enim paſſionem, quæ ſubiecto ineſt in ſecundo modo per ſe. ex 15. ſ. 1. poſt. & tx. 9.

Num. 7. De maiori propoſitione.

MAior propoſitio in demonſtratione ſemper, & indiſtincte erit in quarto modo per ſe; ratio eſt; quia ſemper medium debet eſſe cauſa rei, ideſt paſſionis; in maiori autem ex 1. poſt. tx. 9.

X ſem-

ſemper medium eſt ſubiectum, & paſſio prædicatum; veluti omne habens animam viuit; ideo in maiori effectus prædicatur de ſua cauſa; talia autem ad quartũ modum reducta sũt.

Num. 8. De minori.

ex Ariſt. ibid.

MInor poteſt eſſe tum in primo; tum in ſecundo; tum in quinto modo per ſe: ſi enim medium, vel cauſa ſit materia, vel forma; tunc indiſtincte erit minor in primo: ſi cauſa ſit vel finis, vel natura, ſeu ordinatio finalis; tunc minor erit ſemper in quinto; ſi medium ſit aliquod accidens per ſe, veluti cum probatur motus terræ deorſum per grauitatem, tunc erit in ſecundo: eſt autem ratio, quia ſemper in minori medium pręddicatur de ſubiecto; Quæ autem dicta ſunt, tali modo per ſe inſunt ſubiecto: res autem exemplis, quæ modo ponentur clarius patebit.

Num. 9. An vnica demonſtratio poſſit plures habere ſyllogiſmos.

2. poſt. tx. 6. & 31.

NVnc de forma aliquid clarius eſt dicendum; Quod igitur forma demonſtrationis ſit ſyllogiſmus, & in prima figura; clarum apud omnes eſt: Vtrum vero vna demonſtratio habeat quandoque plures ſyllogiſmos, dubium eſt: Dicatur autem, vna demonſtratio illa, in qua vna paſſio de ſubiecto vno demonſtratur veluti quod terra mouetur deorſum: Et dicendum, quod ſi medium, & cauſa, ad probandum accidens, ſit vnum, tunc omnino demonſtratio erit per vnum ſyllogiſmum; ra-

tio

tio eſt, quia ex vno medio non fit niſi vnus ſyllogiſmus: Si vero cauſæ ſunt plures, tunc omnino, quot ſunt cauſæ, tot erunt ſyllogiſmi; ratio eſt, quia vna cauſa vnum requirit ſyllogiſmum; medium .n. additum propoſitioni ſufficit ad ſyllogiſmum conſtituendum: Certum eſt autem, quod cum plures in vna demonſtratione ſunt ſyllogiſmi, tunc omnes inter ſe ſunt aliqua ratione coordinandi: quomodo autem hoc fiat, dicendum eſt. ex 1. poſt. cap. 11.

Num. 10. *De coordinatione ſyllogiſmorum in demonſtratione.*

VT cognoſcatur ordinatio ſyllogiſmorum in demonſtratione, neceſſe eſt inſpicere media, & cauſas, quæ in eadem demonſtratione reperiuntur: Vel enim demonſtratio poteſt fieri per vnicum medium, veluti ſi de animato probetur vita per animam; & tunc vnicus ſufficit ſyllogiſmus; & nulla opus eſt coordinatione: ſi vero medium non eſt vnum, ſed plures ſunt cauſæ; tunc quot ſunt media, omnino tot erunt ſyllogiſmi: Sed hic eſt aduertendum, quod, cum plures ſunt cauſæ, in duplici modo ſe habere poſſunt; vel enim ſunt in eodem genere cauſæ, & ideo inter ſe ſubordinatæ; vel ſunt in diuerſo genere; & ideo non ſubordinatæ. Cum ſubordinatæ exiſtunt, fit coordinatio ſyllogiſmorum ita, vt accipiatur altera præmiſſarum, quæ ſit mediata, & addendo medium fit ſyllogiſmus: recte autem videtur fieri, ſi maior ſemper accipiatur immediata; ideſt in primo ſyllogiſmo accipiatur pro medio cau-

ſa illa, quæ immediate producit paſſionem; in minori vero fiat reſolutio a mediatis ad immediata. Quod exemplo fiet mafeſtum: ſit cõcluſio: Terra mouetur deorſum: cauſæ ſint tres: prima ſit grauitas, a qua immediate, vt a cauſa producitur talis motus: ſecunda ſit denſitas, quæ ſit cauſa immediata grauitatis: tertia ſit forma terræ, quæ ponatur eſſe actus valde conſtrictiuus materię, & ſit cauſa immediata reſpectu ſubiecti: fiet ergo reſolutio, & coordinatio ſyllogiſmorum ſic. Omne graue tendit deorſum; Terra eſt grauis; ergo terra tendit deorſum; maior eſt immediata; minor mediata; ideo hæc reſoluetur ſic: Omne denſum eſt graue; omnis terra eſt denſa; ergo omnis terra eſt granis: Maior eſt immediata; minor mediata; ideo fiet reſolutio ſic: Omne habens formam valde conſtrictiuam materię, eſt denſum; Terra habet formam valde conſtrictiuam materiæ; ergo terra eſt denſa. Hic vtraque præmiſſa eſt immediata: & ſyllogiſmi ſunt tres, quia tres erant cauſæ paſſionis probandæ: ſic itaque eſt procedendum cum cauſæ ſubordinatæ ſunt: Cũ vero Media, & cauſæ nõ ſunt ſubordinatæ, ſed reſpiciunt diuerſa genera cauſarum; tunc non videtur recte fieri poſſe ſyllogiſmorum coordinationem; ratio eſt, quia materia terræ primo, & immediate prædicatur de terra; ita forma; & ſimiliter natura, & finis; cum ergo facta eſt reſolutio ad vnam harum cauſarum, tunc videtur ceſſare coordinatio mediorũ; ideo alia coordinatio videtur inchoãda: Verum hoc infra, cum dicetur de vſu, explicandum eſt.

Num. 11.

Nu. 11. De vſu demonſtrationis.

NVnc de vſu demonſtrationis dicendum eſt: Vſus autem alius eſt bonus, & alius eſt malus; bonus eſt, quando per ipſum quis valet obtinere finem demonſtrationis; malus, quando talem finem obtinere non poteſt: Ad hoc autem, vt quis poſſit bene vti demonſtratione, neceſſe eſt, vt plurium rerum habeat cognitionem: debet igitur plene, & perfecte cognoſcere, quæ ſequuntur. 1. poſt. tx. 5.

Primo quid ſit materia; quid forma; quid finis; quid natura; quid ratio, vel ordinatio finalis; quid cauſa; quid effectus; quid accidẽs; & quid eſſentia: & hæc reſpectu rei, de qua ſcientia habenda eſt; ratio eſt, quia cum neceſſe ſit in demõſtratione habere cognitionem per cauſam, ita vt cognoſcatur, quoniã illius cauſa eſt; omnino oportet cognoſcere ea, quæ ad quatuor cauſas pertinere videntur. arg. ex diff. ſcientie. 1. poſt. tx. 5.

Secundo neceſſe eſt ſcire plene, & diſtincte, qui ſint modi per ſe; & quæ ſit regula de vniuerſali primo: & hoc non tantum generice; ſed debet ſciri in particulari de propoſita re, quænam illi conueniant per ſe in primo, vel in ſecundo modo, vel etiam in alio; item, quæ illi inſint vniuerſaliter primo: ratio eſt, quia cum certiſſimum ſit, ſcientiam haberi tantum poſſe de his, quæ per ſe inſunt: ſi ignoret, quæ per ſe inſint; ignorabit, qnæ poſſint de re ſciri; ideo dubitabit, an de illis ſcientia poſſit haberi; quod eſſet non ſcientiã, ſed opinionẽ obtinere. 1. poſt. tx. 9.

8. poſt. tt. 5. Tertio, Neceſſe eſt diſtinctam habere cognitionem omnium, & ſingularum conditionum, quæ in demonſtratione requiruntur; ratio eſt, quia ſi quis dubitet, an habuerit demonſtrationem, debet etiam dubitare, an obtinuerit ſciẽtiam, quæ per illam fit; dubitabit autem, niſi certo ſciat, quod in demonſtratione fuerint omnes conditiones illius.

Quarto, Potiſſimum debet ſcire; quæ prædicata immediate prædicentur de aliquo; ratio eſt; quia demonſtratio potiſſimum eſt ex immediatis.

Quinto, Debet demonſtrãs habere familiarem demonſtrationem per principia per ſe nota, nec nõ verum diffiniendi modum; ratio eſt, quia per hæc duo obtinetur cognitio euidens multorum, quæ in demonſtratione cognoſci debent.

Hæc & ſimilia debet cognoſcere, qui vult recte vti demonſtratione propter quid ad ſciẽtiam obtinendam: Quia autem a paucis hæc cognoſcuntur, euenit, vt pauciſſimi ſint, qui illa recte valeant vti; qui etiam ignorant, quando ab Ariſt. vel alio facta ſit demõſtratio; Imo quandoque apud multos maiorem cognitionẽ faciet ſyllogiſmus topicus, quam demonſtratiuus: Expedit ergo quam maxime, vt diſtincte cognoſcantur ea, quæ in hac praxi tradita ſunt: Ad ſupradicta enim cognoſcenda eorum doctrina valde eſt accommodata.

Vt autem clarius pateat, quod de demonſtratione, ac illius vſu dictum eſt, aliqua exempla nunc proponentur.

Num. 13.

Nu. 12. Exemplum demonſtrationis de vita, & animato.

SI quis ergo velit habere demonſtrationem de vita: hæc enim accidens quoddam eſt, de quo ſcientía haberi poteſt:neceſſe eſt primo inuenire ſubiectum vitæ; & hoc ſecundum regulamde vniuerſali primo: erit igitur, Animatum, ſubiectum illius; ſecundo oportet inuenire cauſam vitæ ſecundum eandem regulam, & ſit anima: tertio neceſſe eſt videre, qua ratione anima ſit cauſa vitæ, an mediante alia cauſa, vel non: & ſimiliter quomodo conueniat animato, an per ſe, vel per accidens; an mediate: vel immediate; vt autem hæc cognoſcat neceſſe eſt, vt ſciat, quod anima eſt forma animati, & ideo de eſſentia illius; & quod conuenit illi in primo modo per ſe; & conſequenter immediate: Similiter, quod anima eſt cauſa vitæ per ſe in quarto modo, & immediate; quia per ſolam animam, & non per aliam cauſam vita ineſt animato: His autem cognitis, quis recte vtetur ſyllogiſmo demonſtratiuo ſic: Omne habens animam viuit; Omne animatum habet animam; ergo omne animatum viuit: Et hic diligenter conſiderando inueniet omnes conditiones demonſtrationis: Præmiſſæ enim erunt veræ, vt patet; erũt primæ, ideſt ſecundũ regulam de vniuerſali primo; erũt immedtatę, quia nec maior, nec minor per aliquã cauſam probari poſſunt: Erũt apud intellectũ priores, & notiores, & continẽtes cauſam concluſionis.

Idem erit ſi quis velit de animali demõſtrare vitam: Debet enim accipere vitam animalis cum regula de vniuerſali primo; ideſt vitã cum ſenſu; & cauſam debet accipere animam ſenſitiuam.

Ita ſi quis velit de homine demõſtrare, quod viuat: accipiet vitam propriam hominis, nempe viuere cum ratione; medium erit anima rationalis.

Ita ſi debeat demõſtrari, quod equus viuat: vita debet accipi, quæ propria equi ſit, nempe viuere ad transferendum hominem &c. Medium erit anima equi: Idem erit in alijs multis.

Nu. 13. Secundum exemplum de terra.

SIt propoſitum demonſtrare de terra, quod locus illius proprius ſit eſſe in centro, vel quod naturaliter moueatur illuc, & ibi quieſcat: ſitque intẽtio hoc probare per omnes cauſas, ideſt finalem, efficientem, materialem, & formalem: ſic procedetur: primo tentabo inuenire finem terræ: & mecum cogitabo, quod terra poteſt dupliciter conſiderari; vno modo prout eſt pars vniuerſi; & ſic conuenit illi proprius locus: vniuerſi enim perfectio, ait Ariſtot. eſt ordo illius: ſingulæ igitur partes ſuum locũ conuenientem debent habere: alio modo terra conſideratur prout eſt ordinata ad mixta; elemẽta enim ad mixta ordinari manifeſtum eſt: duplicem ergo finẽ terræ aſſignabo: vnus erit, quod terra mixtis, & animatis præbeat ſolidũ, & firmum fundamentum, ſuper quo dicta tum quieſcant, tum operentur: alter erit, quod mixtis

tis ſolidam, & firmam exhibeat materiam; hoc enim certum eſt; terrã mixtis adminiſtrare: De hoc autem duplici fine ſenſus ipſe euidentiam apertam facit: Hoc cognito de fine, inquiram rationem finalem in materia; & ſtatim apparebit; quod materia terræ debet eſſe firma, & ſolida; aliter enim fini ſuo non deſeruiret: Ex tali autem materiæ conſtitutione, ſequitur denſitas tanquam accidens a materia terræ per ſe productum: Idem conſiderabo de forma, & per ea, quæ de illa metaphyſicus, & phyſicus docent, cogitabo neceſſe eſſe, vt forma terræ ſit actus materiæ valde conſtrictiuus: & patet; quia ſic debet materiam determinare: Hinc faciam comparationem materiæ, & formæ terræ cum materia, & forma aliorum elementorum; & cogitabo, quod terra habet ſummum materiæ, & minimum formæ inter elementa: Vnde coniiciam, quis locus illi conueniat; & conſiderato, quod materia eſt ſubiectum, ideo conuenit illi ſubeſſe: forma vero eſt actus, & illi conuenit materiæ præeſſe: inueniam; quod infimus locus in mundo terræ rectiſſime conuenit, & prout eſt pars mundi, & prout ad mixta eſt ordinata: cum itaque eſſe in cetro ſit infimus locus, mihi videbitur, quod cauſam materialem, formalem, & finalem loci terræ inuenerim: inueni enim, quod conuenit fini, & materiæ, & formæ terræ. His cognitis conſiderabo oportere dari terræ motum ad centrum, & quietem in illo; tanquam in proprio loco: Hunc autem motum ſupponam infallibiliter triplicem cauſam, vel principium intra

de cel. lib. 4. tx. 35.

intra

intra rem habere: Materia enim ex parte cauſa erit; ſecundo forma; tertio natura: tria etiã accidentia a dictis cauſis prouenire cogitabo; illaque eſſe tanquam inſtrumenta dictarum cauſarum ad hunc motum producendum; ex parte materiæ erit denſitas ſumma; quam poſtea conſequuntur opacitas, ſoliditas, durities, & ſimilia accidentia, quæ ad rationem loci, vel motus non pertinent: Ex parte formæ erit ſecunda ſpecies qualitatis, nempe potentia naturalis ad actuandam, & mouendam materiam: Ex parte naturæ erit inclinatio terræ ad centrũ: Conſiderabo ergo, an aliquod nomen his accidentibus poſitum ſit; & ſtatim apparebit, quod grauitas eſt quoddam accidens terræ proneniens tum a forma, tum a natura, qua terra ad motum deorſum eſt inclinata: Et nunc quieſcam ab inquiſitione: Inueni enim omnes quatuor cauſas; inueni accidentia harum cauſarum; Cognoui proprietatem loci, & motus ad illum; vnde nihil videtur remanere conſiderandum, vt omnes cauſæ cognitæ ſint. Conſiderabo autẽ, qua ratione poſſit fieri coordinatio ſyllogiſmorum; & omnibus tentatis nõ apparet melior via hoc pręſtandi, quam ſi incipiatur argumentatio a fine, & fiat reſolutio ad cauſas intrinſecas rei; ratio eſt; quia finis eſt cauſa omnium cauſarum: Igitur incipiam ſic; Quod habet pro fine præbere his inferioribus firmum, & ſolidum fundamentum, debet habere proprium locum in centro; terra habet hunc finem; ergo eius locus debet eſſe in centro: In hoc ſyllogiſmo vtraque propoſitio eſt

im-

immediata, ideo nulla præmiſſarum debet probari: ſit ergo coordinatio accipiendo concluſionem huius ſyllogiſmi in ſecundo ſyllogiſmo loco vnius præmiſſarum nempe minoris propoſitionis ſic: Quod habet proprium locum eſſe in cẽtro, debet moueri illuc, cum abeſt; & quieſcere ibi, cum adeſt: hoc patet ex natura rei; perfectio .n. vniuerſi requirit, vt ſingulæ partes maneant in locis ſuis, ne fiat confuſio; ſed terra habet proprium locum eſſe in centro; ergo terra debet moueri illuc. Maior propoſitio huius ſyllogiſmi eſt immediata: minor in primo ſyllogiſmo ex immediatis deducta eſt: ideo nulla eſt probãda: Fiet ergo tertius ſyllogiſmus, cuius mediũ erit grauitas, quæ eſt immediata ratio ad motum deorſum; & in minori accipiam concluſionem ſecũdi ſyllogiſmi ſic: Quod debet moueri recte ad centrũ, & ibi quieſcere, debet eſſe ſumme graue; terra debet illuc moueri; ergo debet eſſe ſumme grauis: Nunc faciã quartum ſyllogiſmum accipiendo denſitatẽ pro medio ſic: Quod eſt ſumme graue debet eſſe ſumme denſum; terra eſt ſumme grauis; ergo debet eſſe ſumme denſa: Faciam quintũ accipiẽdo materiã pro medio ſic: Quod eſt ſumme denſum debet habere illud ſummũ materiæ, quod poteſt haberi; terra eſt ſumme denſa; ergo debet habere ſummum materiæ: Faciam ſextum; & medium erit forma terræ; ſic: Quod habet ſummum materiæ debet habere formam ſumme collectiuam, & conſtrictiuam materiæ; terra habet ſummum materiæ; ergo: Faciam ſeptimum, & medium erit

cau-

cauſa efficiens, ideſt ordinatio, quæ ab ipſa facta eſt ſic: Quod habet formam valde conſtrictiuam, & collectiuam materiæ debet ab agēte ordinari ad infimum locum, qui in centro eſt; ſed terra habet talem formam; ergo debet ordinari illuc: Fiet octauus ſyllogiſmus; & medium erit natura ſic: Quod ab agente naturali ordinatur ad aliquid, habet principium motus ad illud, vel quietis in illo; ordinata eſt ab agente naturali ad centrum; ergo habet principium motus, & quietis in ordine ad illud: Et hic ceſſabit probatio: perfecta enim reſolutio facta videtur, quia omnes cauſæ cum ſuis accidentibus cognitæ ſunt.

Quod ſi quis dubitet, an recte talis coordinatio facta ſit; quia in aliquibus ſyllogiſmis medium eſt effectus; & in maiori prædicatur de ſua cauſa, veluti quod eſt graue, debet eſſe denſum; graue enim eſt effeſtus denſitatis; in demōſtratione autem, propter quid, medium debet eſſe cauſa; Reſpondeo, quod effectus in genere cauſæ finalis poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſæ; veluti purgatio humorum eſt effectus medicinæ in genere cauſæ efficientis; quia purgatio fit à medicina; ſed in genere cauſæ finalis eſt cauſa: talis enim purgatio eſt finis medicinæ; ita grauitas eſt finis denſitatis terræ; & motus deorſum finis grauitatis; & centrum finis talis motus: Ideo demonſtrans debet hoc ſupponere: ſic enim vtroque modo per cauſam cognitionem habebit: Alia exempla infra poſita erunt. Hæc igitur de demonſtratione, & eius vſu dicta ſufficiant.

Num. 14.

Num. 14. *Magis practice explicatur vſus dictæ demonſtrationis.*

QVibuſdam videtur vel nullas, vel admodum paucas dari potiſſimas demonſtrationes, & cũ omnibus conditionibus, quæ ab Ariſt. propoſitæ ſunt; ego autem opinor in ſcientijs, artibus, & facultatibus innumerabiles fieri tales demonſtrationes; licet nõ in forma ſyllogiſtica, vt à verſatis in logica, aliquando fieri ſolet: practice igitur rem ita eſſe probare tentabo: Ad hoc autem præſtandum aliqua ſupponere opus eſt. Sciendum ergo, quod ad ſummum, quinque ſunt genera entium, nempe Ens rationis, morale, artificiale, naturale, & ſupernaturale, ſicut ſupra dictum eſt. Circa hæc genera entium omnes ſcientiæ, artes, facultates, & omnes hominum actiones verſantur. Omnia, & ſingula entia iam dicta, quæcunque illa ſint, modo in ſuo genere perfecta exiſtant, ad proprium finem, qui conuenit illis, per ſe, & ſecundum regulam de vniuerſali primo, ideſt proprie, & præciſe ſunt ordinata: Ratio eſt, quia omne agẽs per intellectum, ſiue ſit Deus, ſiue natura, ſiue angelus, ſiue homo, ſiue voluntas, ſiue ars, ſiue intellectus nunquam fruſtra, ſemper autem propter aliquem finem, ſuam facit operationem: Siue ergo intellectus producat ens rationis, vt genus, prædicamentum, ſyllogiſmum, & alia; ſiue voluntas ens morale, vt virtutem, vel vitium efficiat; ſiue ars ens faciat artificiale; ſiue natu-

ra

ra naturale; ſemper ad aliquem finem propriũ rem, quæ producta eſt, ordinabunt: Nunquid ergo ordinabunt ad eundem finem ſpecificum, & immediatum; intellectus genus, & ſyllogiſmum; voluntas eleemoſinam, & ſcriptionem; ars domum, & gladium; natura aquã & ignẽ? Nonne ſingulis entibus proprios fines aſſignabunt? Hoc fine præciſe conſtituto, certè opus eſt, quod præciſa actio, & fini omnino correſpõdens, & adequata rei tradatur; alioquin res, vt ſupponitur, non erit perfecta, ſed imperfecta; Si enim finis gladij ſint res vt incidẽdæ; & finis ſerræ ſint res vt ſecandæ; operatio autem gladij non ſit inciſio, & ſerrę ſecatio; certè gladius & ſera res imperfectæ, & ad finem male ordinatæ dicentur; Suppoſito autem, quod tali rei talis actio tradenda ſit, certe neceſſe eſt, vt illi tradantur talia accidentia, per quæ præciſa illa actio produci poſſit: ſine accidentibus enim, de humanis loquendo, nulla actio effici poteſt; Iſta igitur accidentia vis, & facultas producẽdi dictam actionem ſint appellata: Veluti in ſerra aliud eſt vis ſecandi, aliud ſectio ipſa, quæ actu fit; vis enim ſecandi eſt in ſerra, etiam cum non ſecatur; ipſa verò ſectio tantum eſt cum actu ſecatur: Suppoſito hoc ita eſſe, certę neceſſarium eſt conſtituere in ſerra talem materiam, vt ex ipſa vis ſecandi oriri poſſit: Si enim materia ſit lignea, vel terrea, vel cerea, nunquã vis ſecandi in ſerra erit: Ferrum ergo materia illius erit: Idem omnino de forma dicere opus eſt: Si enim forma ſerræ ſit eadem cum forma gladij, habebit vim non ſecandi, ſed inciden-

di;

di; Demũ neceſſe eſt, quod ars, vel intellectus, vel voluntas, vel natura rectè applicent entia iam dicta bene conſtituta, ad finem per propriã operationem obtinendum: Hoc autem in omni re perfecta vniuerſaliter verum eſt; Sed aliquid etiam iam dictis additum ſit: Duo in omni ente rationis, morali, artificiali, & naturali perfecto conſiderantur, vnum eſt productio illius; & hæc ſemper à fine in mente producentis cõſtituto determinatur; Aliud eſt vſus, ſeu applicatio rei iam productæ ad finem per propriam operationem obtinendum: Et huius quoque applicationis determinationem à fine ipſo deſumere opus eſt: Aliter enim debet applicari gladius ſi magna, quam ſi parua inciſio facienda ſit: His ſuppoſitis oſtendo, quod omnia agentia per intellectum, ſiue producant entia artificialia, vel alia; ſiue illa applicent iã producta; in ſuo intellectu, non in figura ſyllogiſtica, ſed practicè hanc demonſtrationem efficiunt: & ita eſſe in omni facultate, & in omni genere entis ſic poteſt oſtendi.

Finis prædicamenti ſubſtãtiæ eſt intellectus vt dirigendus ad præciſam cognitionem cuiuſcunq; ſubſtantiæ: Actio finalis eſt directio: Accidens eſt vis dirigendi: Materia ſunt genera, & ſpecies, & indiuidua ſubſtantiarum: Forma talis coordinatio: producẽs, & vtens eſt intellectus, qui in productione, & vſu ſemper à fine eſt regulatus: Omnis enim productio, & vſus illius ad finem congruum ordinatur.

Finis demonſtrationis potiſſimæ eſt intellectus vt dirigendus ad perfectiſſimam cognitionem

nem accidentis: Actio congrua directio: Accidens, vis congrue dirigendi: Materia tales propoſitiones: Forma ſyllogiſmus: vtens, & producens intellectus tanquam artifex, & logica tanquam ars.

Gramat. Finis verbi Amo, Amas, eſt intellectus vt dirigendus, ad explicandam actionem amoris cũ omni modo, & tempore: Actio eſt directio: Accidens poſſe dirigere: Materia voces varie terminatæ: Forma determinatio modi, & temporis in illa varietate: intellectus producens; & vtens: Gramatica eſt ars vtendi, & producendi.

Finis entis Gramaticalis eſt intellectus vt dirigendus ad cogrue loquendum, & ſcibendũ de omnibus: Actio congrua directio: Accidens habilitas ad dirigendum: Materia voces; Forma regulæ, & præcepta gramaticalia.

Poetica. Finis entis rationis poetici eſt intellectus vt dirigendus ad delectabiliter narrandum, vel rappreſentandum; Actio directio: Accidens poſſe dirigere: Materia voces congruæ: Forma regulæ artis.

Hiſtorica. Finis entis rationis hiſtorici eſt intellectus vt dirigendus ad veram narrationem: Actio directio: Accidens poſſe dirigere: Materia voces: Forma regulæ artis.

Rethorica. Finis entis Rhetorici eſt intellectus vt dirigendus ad perſuadendum: materia ſunt voces: Forma regulæ artis: Actio directio: Accidens poſſe dirigere.

Logica. Finis entis rationis logici eſt intellectus vt dirigendus ad cognitionem veri; materia ſunt

animi

animi conceptus: Forma regulæ, & præcepta logicalia.

Finis belli victoria: Actio melius ſe tueri, & fortius alios offendere: Accidens vis in exercitu hoc faciendi: Materia arma, & milites: Forma inſtructio exercitus ſecundum artem bellicam: Vtens exercitus Imperator. In bellica.

Finis Agricolæ copia fructuum: Actio cultura agri, vineæ, prati, &c. quæ fini conueniens ſit: Materia cultores, & organa, vel media: Forma regulæ artis: Accidens, quod cultores, & media apta ſint ad recte colendum agrum. Agricultura.

Finis picturę ſunt res, vt coloribus rappreſentandæ: Actio rapræſentatio: Materia colores, & organa: Forma regulæ artis: Accidentia habilitas materiæ: Vtens pictor, qui habet regulas artis. Pictura.

Finis gladij ſunt res vt incidendę: Actio inciſio: Accidens poſſe incidere: Materia ferrum: Forma figura ſecundum artem. Ars.

Finis medicinæ ſanitas vt efficienda: Actio effectio: Accidens poſſe efficere: Materia medicina, & alia requiſita: Forma præcepta artis. Medicina.

Finis iuſtitiæ eſt ius cuiuſque vt illi tribuendum: Actio tribuere dictum ius: Materia res, quæ datur: Forma commenſuratio æqualitatis inter datum, & dandum: Accidens facultas in dato ad compenſandum, quod debitum eſt: Ars commenſurandi Iuris prudentia: Iuriſperitus vtitur illa. Iuris prudentia.

Finis virtutis beatitudo: Actio bene viuere, ſeu operari: Forma virtutis eſt eſſe ſecundũ rectam rationem, ſeu operari ſecundum rectã Moralis.

conſultationem; materia eſt electio, & exequutio iuxta rectam rationem: Accidens eſt habitus, vel habilitas ad bene operandum.

Naturalis. Finis equi eſt homo vt ferendus de loco ad locum: Actio eſt ferre: Accidens eſt poſſe ferre: Materia corpus ita figuratum, & organizatum: Forma talis anima: Et natura eſt principium ad operationem producendam applicatiuum.

Idem in omnibus alijs eſt videre: Quod ſi res ita ſe habet, patet, quod potiſſima demonſtratio in omnibus reperitur, modo entia perfecta ſint, & ad proprium finem per ſe ordinata: In dictis enim omnibus poſſunt demonſtratiue, & ſecundum regulam de vniuerſali primo probari hæc, quæ ſequuntur:

Primo operatio finalis per quinque cauſas a priori probatur: nempe primo a fine; ſecundo a materia; tertio a forma; quarto a natura in naturalibus, & ab arte in artificialibus; quinto per accidentia, quæ rei per ſe conueniunt: Exemplum ſit de gladio: A fine, gladius incidit, quia eius finis ſunt res vt incidendæ: Ab accidentibus, incidit, quia habet vim incidendi: A materia, & forma, quia ex ferro, & cum tali figura effectus eſt; Ab arte, quia ars vtitur illo ad inciſionem; Et idem in alijs dicendū eſt.

Secundo, Materia probatur per finem ſic: Si gladius eſt ad inciſionem, ergo ex materia ferrea, non autem lignea, aut cerea, eſſe debet.

Tertio, Forma per finem probatur ſic: quia gladius eſt ad inciſionem, ideo cum tali figura effici debet.

Quar-

Quarto, Accidentia per ſe per triplicem, vel quadruplicem cauſam probantur; nempe per finem, materiam, formam, & naturam, ſeu artem ſic: Gladius habet vim incidendi, quia ſic conuenit fini illius: Item quia talem habet materiam, & formam; & quia ad hoc ars vtitur illo: Ita equus eſt aptus ad ferendum ſeſſorem, quia talem naturam, materiam, formam, & finē habet: Idem in alijs entibus erit.

Finis per nullam cauſam in re a priori probatur: Eſt enim cauſa cauſarum.

Hæc cum ita ſint, apparet, quod in productione, & vſu cuiuſcunque entis, qui producit, vel vtitur, vel applicat, aliquo modo tacite, & virtualiter dictam exercet demonſtrationem: Si .n. intellectus, vel artifex ita diſcurrit; quia volo ordinare prædicamentum, Syllogiſmum, gladium, domum, hiſtoriam, poema, orationem, & alia ad hunc, vel illum finem; ergo neceſſe eſt, vt ex tali materia, & forma, & habilitate, & accidentibus, & vſu, & operatione illud efficiam: Hoc quid eſt aliud, quam demonſtrare? & per cauſam probare? Si quis etiam vtatur gladio ad incidendum, non ad ſecandū; quid aliud facit; quam opere demonſtrare, quod illum per propriam operationem ad proprium finem deſtinat? Vere igitur de quocunque ente perfecto demonſtratio potiſſima fieri poteſt: & in illa omnes conditiones ab Ariſt. enumeratæ poterunt inueniri; & hæc de demonſtratione potiſſima dicta ſint.

Nu. 15. De demonſtratione propter quid per cauſam remotam.

COgnitio, ſeu ſcientia accidentis per cauſam duplex eſt: Vna eſt perfectiſſima, & hæc habetur per demonſtrationem potiſſimã; per hanc enim accidens cognoſcitur per cauſas omnes, & acceptas ſecundum regulam de vniuerſali primo: Alia eſt minus perfecta; & tunc eſt, quando cognoſcitur per cauſas, non tamen per omnes; vel ſi cognoſcitur per omnes, non tamen accipit illas ſecundum regulam de vniuerſali primo; & hoc pertinet ad demonſtrationem propter quid, quæ dicitur per cauſam remotam: Præmiſſæ igitur huius demonſtrationis ſunt veræ, per ſe, priores, notiores, & cauſæ concluſionis; deeſt tamen illis, quod ſint primæ, vel quod ſint immediatæ, vel vtrunque: Quod declaratur exemplo: ſit hæc demonſtratio: Omne habens animam ſenſitiuam ſentit, Equus habet animam ſenſitiuam, ergo equus ſentit: In hoc ſyllogiſmo datur cognitio per cauſam cum veritate, certitudine, & euidentia, quod equus ſentit; ideo hæc cognitio vere ſcientia eſt: Verum iſta cognitio non eſt perfectiſſima, quia ſentire non eſt accidens propriũ equi; conuenit enim omni animali; & anima ſenſitiua non eſt anima propria equi, ſed animalis; ideò cauſa, & paſſio ſecundum regulam de vniuerſali primo acceptæ non ſunt: Sit alius Syllogiſmus: Omne materiale eſt menſurabile; terra eſt materialis; ergo menſurabilis: per il-

lum

lum habebitur ſcientia: ſed duæ conditiones in illo non erunt; Maior enim eſt ſecundum regulam de vniuerſali primo, ſed non eſt immediata; quia poteſt per duas cauſas probari; Omne enim materiale eſt quantum; Omne quantũ eſt diuiſibile; & omne diuiſibile eſt menſurabile; ideò immediata non eſt: Minor vero eſt quidem immediata, ſed non eſt ſecundam regulam de vniuerſali primo: Hæc igitur apellatur demonſtratio per cauſam remotam, quæ facit quidem ſcientiam, ideſt cognitionem verã, per cauſam, certam, & euidentem; non tamen facit perfectiſſimam ſcientiam, quia aliquæ cõditiones potiſſimæ demonſtrationis in illa deſunt: Et ipſa igitur inter inſtrumenta ſciendi connumeranda eſt.

DIST. IV.

De demonſtratione, quia, per effectum.

QVintum inſtrumentum eſt demonſtratio quia per effectum: Hæc omnibus facultatibus ſumme neceſſaria, ac vtilis eſt: Effect⁹ enim plerunque ſuis cauſis ſunt notiores, & per illos neceſſe eſt ſuas cauſas manifeſtare; tria autem in gratiam ipſius facienda ſunt: Primo aliqua de cauſis, & effectibus ſunt dicenda: Secundo, quid ſit hęc demonſtratio, & quæ illius cauſæ eſt explicandum; tertio de vſu illius nonnulla ſunt proponenda.

Num. 1. De cauſa, & effectu quid ſint.

ex 1. poſt. tx. 5. & 9. CAuſa dicitur illud, ad cuius eſſe ſequitur aliud: Effectus dicitur illud, quod in eſſe dependet ab alio: Veluti anima eſt cauſa vitæ, quia ad illius eſſe ſequitur vita: & intellectio eſt effectus intellectus; quia illa ab iſto in eſſe dependet: cauſa igitur aliquid ſui communicat effectui; & effectus illud totum, quod habet, retinet in ratione communicata, & dependenti à cauſa ſua.

Num. 2. De duplici cauſa naturali, & voluntaria.

ex Ariſt. 2. phyſ. tx. 17 &c. CAuſa duplex eſt; alia quidem naturalis; & hæc agit ſemper, & toto ſuo poſſe, ſi adſint requi-

requiſitā; & ideo inter ipſam, & effectum ſemper adæquata ratio ſe habet: veluti ſol, & ignis ſunt cauſæ naturales, quæ ſemper, & neceſſario agunt; & inter virtutem ipſorum, & effectum, qui ab ipſis productus eſt, reperitur proportio: quantus eſt enim calor ab igne communicatus, tanta eſt in illo virtus calefactiua; & ideo modicus ignis modicum, & per minus ſpatium calorem infundit. Alia cauſa eſt voluntaria, & libera; & hæc non agit ſemper, ſed aliquando intermittit ſuam actionem; veluti ſcriptor, & muſicus non ſemper canunt, aut ſcribunt: Quādo etiā agunt non ſemper tota ſua virtute operantur; aliquando enim muſicus remiſſe canit, & ſcriptor lente ſcribit: In his igitur cauſis poteſt eſſe, quod effectus ſit inferior, quam ſit virtus illa, quæ in ſua cauſa reperitur. Effectus igitur naturalis adæquate totam virtutē ſuæ cauſæ manifeſtabit: effectus vero voluntarius ſemper probabit tantum virtutis eſſe in ſua cauſa, quantum ab eadem ſibi communicatum eſt; non tamen probabit, quod plus virtutis in illa non reperiatur: Si quis enim audiat muſicum remiſſe canentem, ex tali cantu demonſtrabit, quod tantum ſcit canere; quod verò non rectius, ex illo demonſtrari non poteſt.

& 3. Eth. c. 1. & ſeq.

Num. 3. De eo, quod à cauſa in effectum communicatur.

SVpponendū eſt, quod cauſa ſemper aliquid ſui communicat effectui, qui ab illa procedit: patet enim hoc in omni genere entis: Sol

ex Ariſt. 1. poſt. tx. 5. & 9. & 2. phy. tx. 29. &c.

enim, & ignis communicant aliquid his, in quę agere dicuntur; impertiuntur enim lucem, vel calorem, vel aliam virtutem: Ita in artificialibus; artifex communicat formam ab arte determinatam: Ita in moralibus; communicatur ratio voluntarij, & inuoluntarij: In ente etiã rationis; confertur illud accidens, quod a ratione procedit: Omnis igitur cauſa aliquid ſui communicat in effectum: Quatuor autem ſunt, quæ in aliqua cauſa reperiri poſſunt: primo quidem exiſtentia; ſecundo eſſentia, ideſt materia, & forma: tertio ordinatio finalis: quarto accidentia, quæ in ipſa reperiuntur. Sẽper igitur cauſa vel iſta omnia, vel aliqua tantum ſuo effectui communcicabit; & hoc ſcire maxime expedit. Tot enim per effectum de cauſa poſſunt probari, quot a cauſa in effectum fuere communicata. Si enim ferrum ignitum recipit ab igne communicationem ſuæ naturę, & ordinationis finalis; & accidentium; recte per ipſum poterit probari, quod talis eſt natura ignis, & talia illius accidentia, qualia ipſi ferro ignito fuere communicata: ita probatur, ſi vita eſt cum ſenſu, & anima eſt ſenſitiua: ſi operatio eſt intellectiua, & anima talis eſt: Hoc igitur in cauſa, & effectu eſt conſiderandum.

& 7 meth. tx. 29. & 30.

Num. 4. De modo, quo cauſa ſeipſam effectui communicat.

In 1. phiſ. tx. 27. &c.

TRia in commmunicatione, quæ fit a cauſis poſſunt conſiderari: primũ eſt illud, quod communicat; & dicitur cauſa: ſecundum eſt illud,

lud, cui cõmunicat; & dicitur effectus: tertiũ eſt ipſa communicatio; & dicitur motus, vel actio: Cum ergo quatuor dicantur eſſe ſpecies motus; nempe motus localis; augmentatio, vel diminutio; alteratio; & generatio, vel corruptio; videndum eſt, quid in ſingulis his mutationibus communicetur: In motu igitur locali cauſa mouens communicat, & applicat ſuam virtutem rei motæ; ideo per motum localem poteſt probari, quod ſit motor: ſi enim eſt virtus motoris, omnino etiam eſt ipſe motor: poteſt etiam probari duratio motoris; veluti ſi motus eſſet eternus, ait Ariſt. demonſtratiue probaretur motorem eſſe eternum: ſimiliter poteſt demonſtrari magnitudo virtutis; ſicut facit Ariſt. ex eo enim, quod motus primi mobilis eſt velociſſimus, ita vt omnes cęlos ſecum trahat, oſtenditur, quod magna ſit virtus primi motoris: Ita ex eo, quod ſemper, & inceſſanter mouet, demonſtratur, quod virtus eius infatigabilis eſt: in motu ergo locali potiſſimum virtus motoris probatur: hæc .n. in dicto motu applicatur: per virtutem autem probatur exiſtentia motoris, quia, ſi exiſtit virtus mouentis, ipſum quoque mouens exiſtere eſt neceſſe, per qualitatem etiam virtutis probatur eſſentia, atque natura illius, vt dictum eſt.

In motu autem alterationis agens communicat qualitatem; veluti ſol illuminando, ignis calefaciendo communicant ſuas qualitates; ita artifex producendo rem artificialem communicat illi formam artis, quam habet in mente; ita dux gubernando, vel exercitum, vel regnũ; 7. met. tx. 29 & 30.

Ita

Ita voluntas in moralibus communicat vel bonitatem, vel malitiam ſuam; Sic intellectus, cum producit ens rationis, communicat enti reali cognito qualitatem, vel accidens illud, quod ab ipſo inuentum eſt; per hunc igitur motum duo præcipue de cauſa probari poſſunt; vnum eſt, quod cauſa ſit; ſi enim non eſſet, talem qualitatem, aut accidens communicare non poſſet: ſecundũ eſt, quod in cauſa ſit qualitas communicata; & non ſolum illa qualitas ſed omnia illa, quæ neceſſario illi annexa ſunt; intenſionem enim, vel remiſſionem illius qualitatis in cauſa facillime comprobat: Ex regimine ergo, & gubernatione Dei demonſtratiue probatur, quod viuit; & quod habet intellectum, & voluntatem, iuſtitiam, ſapientiã, & bonitatem: ſine talibus enim virtus gubernatiua eſſe non poteſt; Probatur etiam, quod ſumma ſit ſapientia &c. quia in rebus ab ipſo gubernatis ſumma perfectio gubernatiua reperitur.

In motu augmenti, vel decrementi illud, quod communicatur ab agente non eſt proprie quantitas, aut materia; ſed eſt quædam virtus, per quam vel materia, vel quantitas materiæ mutata eſt: Augmentatio enim, quæ fit in viuentibus, prouenit ab anima vegetatiua, in qua datur potentia augmentatiua, ideſt facultas materiam mouendi ad augmentum, vel decrementum: Vnde ex hoc motu probatur cauſam eſſe; & habere dictam facultatem; & ab effectu etiam oſtenditur, quanta ſit eius facultas: Veluti demõſtrebitur, quod potentia augmẽta tiua

tiua maior eſt in equo,quã in cane, vel oue ſit.

Demum in motu generationis,& corruptionis illud, quod agens,ſeu generans communicat, eſt virtus productiua, vel deſtructiua formæ ſubſtantialis, vel materiæ, quæ tali formæ ſit neceſſaria: Ideo ſol cum homine concurrit ad generationem hominis cooperando ſua virtute, vt homo producatur; ita pater non communicat filio ſuam formam ſubſtantialem;hęc enim eſt indiuiſibilis,& incommunicabilis; confert autem in re, quæ generatur,talem virtutem, vel principium, quo talis generatio facienda ſit: Ex hoc igitur motu poterit probari, quod in patre ſit virtus generãdi, & in Sole virtus adiuuandi: Probabitur etiam, quod pater generans exiſtat; & quod eandem eſſentiam habet, quam ipſe in filio produxit; & hoc quia agens vniuocum eſt,ideſt talis naturę,vt filium generet eiuſdem eſſentiæ, cuius ipſe eſt. 7. meth. tx. 22.

Num. 5. Dubitatio de effectibus,qui ſine motu, & per modum naturalis ſequelæ producuntur.

DVplex eſt modus, quo cauſa producit ſuũ effectum; vnus eſt per motum ſicuti dictum eſt; & in hoc fuit explicatum, quid communicetur a cauſa: alter modus eſt, qui dicitur per naturalem ſequælam: & eſt quando aliquod accidẽs fluit ab eſſentia alicuius ſine motu: veluti ab eſſentia animæ fluunt intellectus, volũtas,& alię potẽtię;ita ab eſſentia ſolis fluit lux:Ergo dubitatur;quid in ſimilibus cõmunice- ex lib. 2. & 3. de an.

ce-

cetur: & dicendũ in huiuſmodi poſſe reperiri plenã effectus, & cõmunicationis rationem: In talibus .n. cauſa cõmunicat tum exiſtentiã, tũ eſſentiã, tũ ordinationẽ, tum aliqua præcipua accidẽtia: Veluti ab anima hominis fluit intellectus; igitur anima communicat illi ſuam exiſtentiam; exiſtentia enim animæ intellectiuæ per ſe cauſa eſt illius exiſtentię, quam habet intellectus: ita anima intellectiua hominis communicat intellectui ſuam eſſentiam: ideo dicitur intellectus; communicat quoque ordinationem finalem; quia intellectus, & anima intellectiua eundem finem habent: Communicat quædam accidentia ſua, veluti quod ſit immaterialis, & incoruptibilis potentia: Idem erit de alijs ſimilibus accidentibus: Talia igitur accidẽtia apta ſunt probare de ſua cauſa dicta quatuor exiſtentiã, eſſentiam, ordinationem, nonnulla accidentia; ratio eſt, quia cauſa non poteſt communicare, quod non habet; ſi ergo probo, vel oſtendo, quod talia communicat effectui, omnino probatum erit, quod talia habet in ſeipſa,

Num. 6. Quid ſingula genera cauſarum communicent ſuis effectibus.

NVnc eſt vidẽdum, quid ſingula genera cauſarum communicent ſuis effectibus: Cauſa igitur efficiens, ait Ariſt. communicat principium motus, ideſt ab ipſa procedit virtus, qua motus fiat: ſecundo communicat quadã ratione ſuam exiſtentiam; per hoc enim, quod

ex 2. phyſ. tx. 27. &c.

agens,

agens, & illius virtus actu exiſtunt, cauſa ſunt, vt forma rei actu ſit in materia; quod eſt eſſe cauſam exiſtentiæ cōpoſiti; & rei; tertio agens ſi eſt operans per intellectum, communicat rei ſuam rationem, & ordinationem finalem. Omne enim agens per intellectum, ait Ariſt. agit propter finem, & res ab agente ad finem ſunt ordinatæ: tres igitur effectus ab agente proueniunt; productio rei; exiſtentia illius; & eiuſdem ratio, & ordinatio finalis.

Cauſa materialis communicat rei rationem ſubiectiuam determinabilem, & ex parte exiſtentiam.

Forma communicat rei rationem determinatiuam, quid ſit ipſamet res, & ex parte exiſtentiam.

Natura communicat rei principium motus, & quietis; & hoc in naturalibus.

Ordinatio finalis, in non naturalibus, cōmunicat rei rectam rationem ſe habendi ad finē.

Eſſentia, vel ſubſtantia accidentibus, quæ ab ipſa fluunt, communicat tum exiſtentiam, tum eſſentiam; tum ordinationem finalem, & aliquando etiam accidentia.

Finis communicat rei rationem ſuæ conformabilitatis; ideſt, tale quid ſe præbet rei, vt ipſamet res ſe poſſit conformare fini, illum per operationem finalem conſequendo.

Num. 7. Quid per effectum de cauſa ſua probari poſſit.

Ex dictis apparet, quod ſēper duo de cauſa per effectum probari poſſunt; & vnum eſt 1. poſt. n. 11. &c.

com-

commune omnibus cauſis; aliud ſingulis proprium eſt: De omni enim cauſa indiſtincte probari poteſt exiſtentia; ideſt quod actu ſit: ratio eſt, quia omnino effectus actu non producitur, niſi virtus cauſæ actu ſit; hæc autem virtus nunquam erit actu, niſi etiã ipſa cauſa actu ſit; lux enim ſolis non erit ſine ſole; & intellectus non exiſtet ſine anima intellectiua. Quod vero proprium ſingularum cauſarum eſt, vt per effectũ probetur; eſt illa virtus, vel ratio, vel aliud, quod à cauſa communicatur, vel applicatur effectui in cauſando: Per rationem enim in effectum communicatam licet neceſſario, & euidenter deducere in cauſa omnino adęquatam, & veram rationem communicantem. Et hoc in omnibus patet: in operibus enim Homeri, Virgilij, Ciceronis, Ariſtotelis, & aliorum omniũ Scriptorum reperitur quædam ratio communicata, per quam euidenter, & neceſſario licet arguere, quæ fuerit in mente, & intellectu talium authorum ratio communicans: vnde dicuntur eccellentes Poetæ, & Oratores: Ita in omnibus artibus apparet; ex domo enim, vel ſtatua, vel pictura, arguitur, an edificator, vel pictor, vel ſtatuarius fuerint in arte excellentes: Ita ex modo, quo rex, vel dux regunt, & gubernant regna, vel exercitus, arguitur, an in arte imperandi, vel bellandi periti ſint: Ratio igitur in effectu communicata, ſi præciſe, adequate, & diſtincte cognita ſit, ſemper neceſſario, & euidenter demonſtrabit, quod in cauſa ſimilis, & præciſa ratio communicans ſit: Et hæc de cauſa, & effectu dicta ſint.

Num.

Num. 8. De diffinitione demonſtrationis per effectum.

DEmonſtratio per effectum ſic poteſt diffiniri.[Eſt argumentatio neceſſaria ab effectu vero, primo, immediato, certo,& euidenter cognito, ad cauſam veram, primam, immediatam, nec certo, nec euidenter cognitã. Dixi argumentatio, & nõ ſyllogiſmus; quia hæc demonſtratio aliquando fit per modum antecedentis, & conſequentis: veluti ſi eſt motus, eſt motor: ſi eſt edificatio, eſt edificator: Dixi neceſſaria; quia à cauſa per ſe ad effectum per ſe, & ab hoc ad illam diſcurſus, & argumentatio neceſſaria eſt: omne enim, quod eſt per ſe, neceſſarium exiſtit; quod ſi dependentia effectus à cauſa eſt neceſſaria, diſcurſus etiam, qui per illam fit, debet eſſe neceſſarius: Dixi effectus verus,& cauſa vera; quia vero effectus, & cauſæ eſſe debent: Dictum eſt effectus primus, & cauſa prima; quia ſecundum regulam de vniuerſali primo accipi debent. Dictum eſt, quod effectus ſit immediatus, & cauſa immediata; quia ſi effectus non prouenitet immediate à tali cauſa, omnino immediate pronenitet ab alia cauſa; neceſſe eſt enim, quod quilibet effectus ſuam cauſam habeat immediatam: Quod ſi ignoraretur hæc cauſa immediata, quomodo poterit ſciri diſtinctè, quod à mediata proueniat? Si enim anima intellectiua cauſa eſt intellectus;& hic eſt cauſa intellectionis; ſi volo cognoſcere, quod anima ſit cauſa intellectionis, de-

ex 1. poſt. tx. 5. ex ph. Met. de anim. & alibi.

debeo ſcire per intellectum, quia per illum cauſa eſt; & ſine illo non eſt. Sicut enim, ſi Titius habeat filium Seium, & hic habeat filium Gaium; nõ recte ſciam, quod Gaius ſit nepos Titij, niſi ſciam, quod ſit filius Seij, qui dicti Titij filius ſit: ita eſt de cauſis non immediatis. Dixi, quod effectus debet eſſe certo, & euidenter cognitus; quia alias euidentem cauſæ non faceret cognitionem: Non ſufficit autem cognoſcere illud, quod dicitur effectus; ſed, ſicut Ariſtot. dixit de cauſa, oportet ſcire euidenter, quod effectus ſit; & quod per ſe effectus ſit; & quod ſit primus, & adæquatus; & quod talis cauſæ effectus ſit. De cauſa dicitur neque certo, neque euidenter cognita; quia cauſa eſt illud, quod per effectum probari debet. Hæc eſt igitur diffinitio demonſtrationis per effectum deſumpta ab ea, quæ ab Ariſt. de demonſtratione per cauſam data eſt.

Num. 9. De cauſis demonſtrationis per effectum.

Finis huius demõſtrationis eſt cognitio cauſæ vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens: hæc enim demonſtratio intendit perfectam cauſæ cognitionem; ideo omnes dictas conditiones habere debet. Materia ſunt termini, & propoſitiones, qui ſint tali fini conuenientes; Forma eſt ſyllogiſmus, vel argumentatio per modum antecedentis, vel conſequẽtis: Efficiens eſt intellectus qui inuenit illam, vel vtitur illa.

ex Ariſt. 8. phiſ. & alibi.

Num. 10.

Num. 10. *De terminis huius demonſtrationis.*

TErmini huius demonſtrationis, tum duo, tum tres, tum quatuor eſſe videntur: Cum enim accipitur ſola cauſa, & ſolus effectus, veluti anima, & vita; Natura, & motus; tunc duo termini eſſe videntur: Si vero accipiatur etiam ſubiectum tum cauſæ; tum effectus; veluti intellectus eſt effectus; anima intellectiua cauſa; & homo vtriuſque ſubiectum; tunc tres termini eſſe videntur: Quod ſi ex parte effectus accipiã duos terminos, nempe effectum, & exiſtentiam illius, & idem de cauſa fiat; veluti ſi conſiderẽ motum eſſe, & ex hoc velim demonſtrare motorem eſſe, tunc quatuor termini eſſe videntur: duo ex parte effectus; & duo ex parte cauſæ: ſimiliter ſi quis velit demonſtrare aliquam conditionem cauſæ per conditionem, quæ in effectu reperiatur; tunc termini quatuor eſſe videntur; veluti ſi motus eſt continuus, ergo motor eſt infatigabilis: Hæc autem, an ita ſint, dubiũ eſt. Certum eſt autem, quod ex magna parte, termini ſunt tres: nempe ſubiectum, vt homo; prædicatum illius, quod ſit medij cauſa; veluti anima intellectiua; tertio medium, quod ſit effectus dictæ cauſæ, & prædicati, veluti intellectus: Ita viuens ſit ſubiectum; anima prædicatum probandum; vita medium, quo debet probari: Et ſyllogiſmi ita fiunt: Omne habens intellectum habet animam intellectiuam; homo habet intellectum; ergo; ſimiliter, Omne habens ibid.

debeo ſcire per intellectum, quia per illum cauſa eſt; & ſine illo non eſt. Sicut enim, ſi Titius habeat filium Seium, & hic habeat filium Gaium; nõ recte ſciam, quod Gaius ſit nepos Titij, niſi ſciam, quod ſit filius Seij, qui dicti Titij filius ſit: ita eſt de cauſis non immediatis. Dixi, quod effectus debet eſſe certo, & euidenter cognitus; quia alias euidentem cauſæ non faceret cognitionem: Non ſufficit autem cognoſcere illud, quod dicitur effectus; ſed, ſicut Ariſtot. dixit de cauſa, oportet ſcire euidenter, quod effectus ſit; & quod per ſe effectus ſit; & quod ſit primus, & adæquatus; & quod talis cauſæ effectus ſit. De cauſa dicitur neque certò, neque euidenter cognita; quia cauſa eſt illud, quod per effectum probari debet. Hæc eſt igitur diffinitio demonſtrationis per effectum deſumpta ab ea, quæ ab Ariſt. de demonſtratione per cauſam data eſt.

Num. 9. De cauſis demonſtrationis per effectum.

ex Ariſt. 8. phiſ. & alibi.

FInis huius demõſtrationis eſt cognitio cauſæ vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens: hæc enim demonſtratio intendit perfectam cauſæ cognitionem; ideo omnes dictas conditiones habere debet. Materia ſunt termini, & propoſitiones, qui ſint tali fini conuenientes; Forma eſt ſyllogiſmus, vel argumentatio per modum antecedentis, vel conſequẽtis: Efficiens eſt intellectus qui inuenit illam, vel vtitur illa.

Num. 10.

Num. 10. *De terminis huius demonſtrationis.*

TErmini huius demonſtrationis, tum duo, tum tres, tum quatuor eſſe videntur: Cum enim accipitur ſola cauſa, & ſolus effectus, veluti anima, & vita; Natura, & motus; tunc duo termini eſſe videntur: Si vero accipiatur etiam ſubiectum tum cauſæ; tum effectus; veluti intellectus eſt effectus; anima intellectiua cauſa; & homo vtriuſque ſubiectum; tunc tres termini eſſe videntur. Quod ſi ex parte effectus accipiã duos terminos, nempe effectum, & exiſtentiam illius, & idem de cauſa fiat; veluti ſi conſiderẽ motum eſſe, & ex hoc velim demonſtrare motorem eſſe, tunc quatuor termini eſſe videntur: duo ex parte effectus; & duo ex parte cauſæ: ſimiliter ſi quis velit demonſtrare aliquam conditionem cauſæ per conditionem, quæ in effectu reperiatur; tunc termini quatuor eſſe videntur; veluti ſi motus eſt continuus, ergo motor eſt infatigabilis: Hæc autem, an ita ſint, dubiũ eſt. Certum eſt autem, quod ex magna parte termini ſunt tres: nempe ſubiectum, vt homo; prædicatum illius, quod ſit medij cauſa; veluti anima intellectiua; tertio medium, quod ſit effectus dictæ cauſæ, & prædicati, veluti intellectus: Ita viuens ſit ſubiectum; anima prædicatum probandum; vita medium, quo debet probari: Et ſyllogiſmi ita fiunt: Omne habens intellectum habet animam intellectiuam; homo habet intellectum; ergo: ſimiliter, Omne ha- ibid.

bens vitam habet animam; omne viuens habet vitam; ergo. In his itaque clarum eſt. De alijs autem modo dicetur.

Num. 11. *De propoſitionibus huius demonſtrationis.*

ex 1. poſt. tx. 9. IN hac demonſtratione, quando fit per ſyllogiſmum, tres propoſitiones reperiuntur; nẽpe maior, minor, & concluſio: Maior ſemper debet eſſe in quarto modo per ſe, quia in ipſa ſubiectum eſt effectus, & prædicatum eſt cauſa illius; Hæc quoque debet eſſe immediata; & ſi talis non ſit, debet per alium, vel alios ſyllogiſmos reduci ad immediatam: Minor ſemper debet eſſe in ſecundo modo per ſe; ratio eſt, quia effectus in ipſa prædicatur de ſubiecto communi, tum cauſæ, tum effectui; atque ita prædicatũ minoris ſemper habebit cauſam in ſubiecto eiuſdem; quod autem tale exiſtit, ſemper accidens eſt; Hæc quoque nunquam eſt immediata; quia accidens nunquam poteſt prædicari immediate de ſuo ſubiecto; Concluſio poteſt eſſe in primo modo per ſe; in ſecundo; in tertio; & in quinto: & poteſt eſſe tum mediata, tum immediata; ratio eſt, quia in concluſione probatur de ſubiecto illud, quod eſt cauſa medij; Cum ergo in ſubiecto, vt in igne, hæc poſſint eſſe cauſa alterius, nempe exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, finis, & accidentia, ſequetur, quod iſta omnia poterunt per ſuos effectus de igne probari, exiſtentia autem conuenit igni in tertio modo; materia, & forma in primo; accidentia

tia

tia in ſecundo; finis, & natura, vel ordinatio finalis in quinto; ideo in his modis poterit eſſe concluſio: ſint exempla; Omne habens vitam habet animam; Omne viuens habet vitam; ergo omne viuens habet animam: Maior eſt in quarto modo, & immediata: minor in ſecundo mediata; vita enim per animam de viuente probari poteſt: Concluſio eſt in primo; anima enim de eſſentia viuentis eſt. Aliud exemplum; Quod mouetur ad centrum ordinatum eſt illuc, tanquam ad locum ſuum; terra mouetur illuc; ergo terra ordinatur &c. vbi maior, & minor vtſupra; concluſio eſt in quinto. Aliud exemplum; Quod per ſe operatur, per ſe exiſtit; homo per ſe operatur; ergo homo per ſe exiſtit; concluſio eſt in tertio: atque ita in alijs erit.

Num. 12. De forma demonſtrationis per effectum.

FOrma huius demonſtrationis eſt argumentatio ab effectu ad cauſam; ſiue ſit per modũ antecedentis, & conſequentis; ſiue per ſyllogiſmum, cuius medium ſit effectus; prædicatum cauſa; ſubiectum vero ſit illud, de quo effectus per ſe poteſt prædicari in ſecundo modo: Fit autem rectius per ſyllogiſmum, quam per aliam argumẽtationem: Neque eſt difficile terminos huius ſyllogiſmi inuenire: Cauſa enim ſemper debet eſſe prædicatũ, ſeu res probanda: effectus debet eſſe medium; per ipſum enim nunc cauſa eſt probanda: Subiectum vero omnino debet eſſe ſubiectum effectus; ratio eſt, quia in minori vt Ariſt. 2. phyſ. & alibi.

effectus prædicatur de ſuo ſubiecto; medium enim in minori de ſubiecto debet prædicari: oportet autem recte accipere terminos, ita vt effectus, & cauſa præciſe accipiantur: Veluti ſic. Si domus ędificatur, ergo habet ędificatorem: Quod fuit ędificatũ, habuit ędificatorẽ; Quod viuit, habet animã; Quod mouetur, habet motorem; Quod fuit creatum, habuit creatorem; Si mundus recte gubernatur, ergo habet ſapientem gubernatorem: & ita de alijs erit.

Num. 13. De vſu demonſtrationis per effectum.

vt Ariſt. ph. lib. 8. & alibi. NVnc de vſu dictæ demonſtrationis eſt dicendum: Hic autem vſus poteſt reduci tũ ad cauſam finalem, quia vſus inſtrumẽti eſt veluti finis illius; tum ad efficientem; quia vtens inſtrumento efficit vſum illius: Vſus autem huius demonſtrationis omnibus ſciẽtijs, & facultatibus familiaris admodum eſt; effectus enim ſæpiſſime ſunt notiores cauſis; ideo per effectus cauſas cognoſcere opus eſt: Theologus ergo, & Metaphyſicus de ente ſupnaturali per effectus, veluti motum, gubernationẽ, & alia multa cognoſcũt; Naturalis, & moralis Phyloſophus idẽ facit: Medici quam maxime hac demonſtratione vtuntur ad genus morbi, & cauſas illius cognoſcendas; Poetæ, Hiſtorici, & Iuriſperiti ab effectibus probant cauſas illorum: ex operibus enim & ex modo, quo dux regit exercitum, vel rex gubernat populum, vel pater familias domum arguunt, quod ſit bonus dux, vel rex, vel

pater

pater familias: ita ex vita, & moribus alicuius arguitur, an ſit iuſtus, vel iniuſtus; ita ex operibus artificum deducitur, an ſit eccellens in arte, vel non.

Quod autem attinet ad praxim ſcientificam, iſta demonſtratio debet deſeruire ad inueniendas omnes cauſas, quę ſunt in propoſita re, quãdo ignotę ſunt: veluti eſt mihi tractandũ de terra; & ignoro, quæ ſit eius materia, quæ forma, quæ natura, quis finis, quod efficiens, quæ accidentia materiæ, vel formæ, & ſimilia; tunc per effectus tentandum eſt talia demonſtrare: de hoc igitur vſu dicendum eſt.

Num. 14. Quid primo debeat conſiderari de effectu.

DE effectu debet cõſiderari an ſit; veluti an ſit motus; an mũdi gubernatio; an domus ędificatio; an ſit vita; vel intellectus; vel voluntas; vel motus deorſum: Secundo oportet cõſiderare, quid ſit; nẽpe quid ſit motus, vita, intellectus, & alia; Si enim hoc ignoretur, neque poterit cognoſci diſtincte, quid cauſa illius ſit; tertio oportet conſiderare, an res vere, & realiter effectus ſit; ideſt an vere, & realiter dependeat ab alio; veluti; motus à motore; vita ab anima; ędificatio ab ędificatore: per hoc. n. cognoſcitur, quod ſit effectus: ſi enim ſcio, quod ecclipſis lunæ prouenit, & dependet ab interpoſitione terræ; ſcio, quod ſecundum quod ipſum effectus illius eſt: ita ſi cognoſco, quod accidentia proueniant, iſta à forma, illa à materia; ſcio quod 1. poſt. 18; 11. &c.

illa effectus ſunt: quarto oportet inueſtigare quid illi effectui à cauſa communicetur; veluti an communicet tantum exiſtentiam; an etiam eſſentiam; vel ordinationem; an aliquid aliud; ex eo enim, quod à cauſa cõmunicatur effectui, licet arguere ab effectu ad cauſam; quod enim habet effectus in ratione cõmunicata, illud habet cauſa in ratione communicãte: Dictum eſt autem, quænam ſit iſta communicatio in ſingulis cauſis; iſta debere cõſiderari de effectu rationabile eſt.

Num. 15. Quid de ſubiecto conſiderandum.

8. phyſ. tx. 8. Semper effectum in aliquo eſſe, & Ariſt. authoritas, & rei experientia docere videtur: Ar. enim in diffinitione cauſæ ita ait: Cauſa eſt illud, quod propter ipſum aliquid alteri ineſt: vbi videtur aperte dicere, quod effectus alteri inſit: Res etiam ipſa ita declarat; effectus enim materiæ, & formæ, & finis, & efficientis ſemper in aliquo eſt: productio .n. rei eſt effectus cauſæ agentis; hæc productio eſt in re; atque ita de alijs, vt dictum eſt: ſi enim motus eſt in mobili, & moto; ædificatio in re ædificata; gubernatio in re gubernata; creatio in re creata; ordinatio in re ordinata; vita in viuente; intellectus in intelligente; quantitas in re quanta, & ita de alijs, ſequetur, quod effectus, vt effectus ſemper in aliquo erit: quod ſi quis dicat: mundus eſt effectus Dei creantis; domus ædificantis; homo eſt effectus hominis, & ſolis generantis; hæc autem

tem

tem per ſe exiſtunt, & non ſunt in alio; ideo verum non erit, quod omnis effectus in aliquo ſit; potiſſimum ſi agatur de cauſa efficienti: Dicēdum, aliud eſſe conſiderare effectum, aliud rem factam; & aliud eſſe conſiderare rem, vt res eſt; aliud prout facta eſt: ſi ergo conſideretur mundus, domus, & homo abſolute, & abſque relatione ad agens, tunc per ſe exiſtunt, & in alio non ſunt; ſed neque vt ſic effectus rationem habent; ſi vero mundus conſideretur vt factus, vel gubernatus, vel conſeruatus, vel in ordine conſtitutus; & domus vt ædificata; & homo vt genitus: tunc effectus rationem habēt; & hoc, quia in ipſis eſt creatio, conſeruatio, & alia.

De ſubiecto igitur eſt conſiderandum, an effectus illi inſit per ſe, vel per accidens; homo enim per ſe genitus eſt; & domus facta; & mundus gubernatus: ſecundum quod ipſa enim talia habent: ferrum vero, quod ſit ignitum; & quod in hac carta ſit hæc ſcriptura; in hac tabula illa pictura; per accidens rei ineſt: Cum ergo effectus per ſe ineſt ſubiecto, poterit fieri argumētatio per ſyllogiſmum ab effectu ad cauſam ſic: Quod eſt gubernatum habet gubernationē, mundus eſt gubernatus, ergo. Ita in alijs: Si vero effectus per accidens ineſt ſubiecto, tunc rectius fit argumentatio per modum antecedentis, & conſequentis ſic; ſi hæc ſcriptura, vel pictura, vel ſculptura eſt perfecta, vel excellens, vel imperfecta; & ſcriptor, & pictor, vel ſculptor erit perfectus: ita de igne; ſi ignis hoc ferro communicauit, ergo tale quid reperitur in igne: Hæc igitur de ſubiecto conſideranda.

Num. 16. Quid de cauſa conſiderandum.

1. ph. tx. 37. &c.

DE cauſa conſiderandum, an vere, & per ſe, & primo cauſa ſit: ſecundo in quo genere cauſæ ſit, an ſit interna: vt materia, forma, & natura: vel externa, vt efficiens, & finis: tertio quid præciſe communicet effectui: an immediata ſit: & adæquata: hæc & ſimilia conſideranda ſunt.

Num. 17. Quæ principia per ſe nota ſint ſupponenda.

Ibidem.

ILle, qui vult fieri aptus ad vtendum demonſtratione per effectum, debet habere exactam, & familiarem cognitionem horum principiorum: primo, quod quatuor ſunt genera cauſarum: materia, forma, efficiens, & finis: ad finem autem natura, vel ratio finalis reduci debet: ſecundo diſtincte cognoſcendum eſt, quid ſit cauſa efficiens, & aliæ, & quæ ſit illarum diffinitio: & quid communicent ſuo effectui: tertio oportet ſcire, quod in nullo genere cauſarum datur proceſſus in infinitum; ſed eſt neceſſe, vt probat Ariſtot. deuenire ad primam materiam, formam, efficiens, & finem; & hoc principium eſt maximi momenti: quarto cognoſcendum eſt, quod inter cauſam, & effectum naturales, ſemper eſt adæquata ratio: ita vt quidquid eſt in effectu in ratione communicata, & dependenti: illud idem eſt in cauſa

2. phyſ. tx. 27. &c. 2. meth. tx. 5.

in

ratione communicante, & independenti, ſi cauſa prima ſit: ſi vero non ſit prima cauſa, erit in ratione communicante, ſed non independenti: Anima enim intellectiua reſpectu intellectionis habet rationem communicantem, & independentem ſaltem in genere formæ: Intellectus verò rationem habet communicantem, ſed non independentem: quia dependet ab anima intellectiua: quinto ſciendum eſt, quod, in agente voluntario, ſemper tantũ eſt in cauſa, quantum in effectu: ſed etiam in cauſa plus poteſt reperiri: poteſt enim eſſe, quod quis moueat paruum lapidem, qui maiorem etiam illo mouere poſſit: ſexto pro certo habendum eſt; quod cauſa, & effectus ſimul ſunt, ſi recte accipiantur, ideſt ſi præciſe prout ſunt cauſa, vel effectus accepti ſint: ſunt enim relatiua, neque enim aliquid eſt cauſa, niſi cauſet: & effectus non eſt effectus, niſi, vt ſic dicam, cauſetur: & cum cauſa producit, effectus eſt productus: Verũ igitur eſt: ſi domus ędificatur habet ędificatorem: ſi fuit ędificata, habuit ędificator: ſi erit edificata habebit edificatorem: Quod ſi quis dicat, intellectus ęſt cauſa intellectionis, & tamen reperitur intellectus abſque intellectione: Reſp. cauſa poteſt dupliciter conſiderari, vel in actu, vel in potentia: quando intellectus eſt cauſa in actu, intellectio eſt effectus in actu: quando ille in potentia, & iſta in potentia: Hæc & ſimilia ſunt cognoſcenda. 2. poſt. 12 12. 13. 14 2. phyſ. 37.

Num. 18. De modo inueniendi cauſam per effectum.

9. poſt. tx. 33. &c. MOdus eſt talis: Oportet procedere argumentatione ab antecedenti ad conſequẽs vtendo principijs iam dictis per ſe notis. Veluti, Volo inueſtigare, quis ſit præciſus gradus materiæ terræ: inſpiciam effectum denſitatis: & videns, quod ſit ſumma denſitas; arguã ergo ſummus gradus materiæ in terra eſt; inquiram, quis ſit gradus formæ: & inſpiciam effectum lucis: & videns terram ſumme obſcuram, & opacam; arguam ergo minimum gradum formę elementaris habet: Inquiram propriam rationem formæ ab effectu, quo determinat materiam: & inſpiciens, quod materia eſt ſumme denſa: arguam ergo forma terræ eſt valde conſtrictiua materiæ. Quæram, quæ ſit natura terræ per motum, & quietem: & cum videam motum eſſe rectum ad centrum; arguam ergo talis motus natura terræ principium eſt; Ita de alijs faciam: Inuenta autem cauſa poterit fieri ſyllogiſmus ſic: Quod mouetur deorſum, habet naturã mouentem illuc, terra &c. Quod eſt ſumme denſum, habet ſummum materiæ, terra &c. Quod eſt ſumme opacum, minimum habet formæ, terra &c. Ita de alijs. In inuentione igitur cauſæ argumentatio per antecedens, & conſequẽs oportuna eſt: Inuenta autem cauſa per ſyllogiſmum argumentatio facienda eſt: Et hæc de demonſtratione per effectum.

[Margin: de 2. phyſ. cap. vlt. & penult.]

DIST-

DIST. V.

De demonſtratione ſigni.

SExtum inſtrumentum eſt demonſtratio ſigni: Hæc licet videatur conuenire cum alijs demonſtrationibus, diuerſa tamen ab illis, vt magis diſtinctè res tradatur, ponenda eſt: tria autem ſunt facienda: primo explicãdum, quid ſit ſignum: ſecundo dicendum, quid ſit demonſtratio ſigni; tertio vſus illius eſt proponendus.

Num 1. *De ſigno quid ſit.*

SIgnum eſt illud, quod eſt alterius a ſe rei indicatiuum: Proprium enim ſigni eſt aliquid aliud a ſe indicare: Veluti fumus indicat ignem; & veſtigium pedis præteritam demonſtrat pedis præſentiam: ſignatum dicitur illud, quod eſt a ſigno indicatum, veluti præſentia ignis, vel pedis, a fumo, & a veſtigio ſunt indicata.

ex 1. poſt. tx. 8. & 1. met. proem. & 1. Ret. cap. 2. & lib. de phyſi.

Num. 2. *Quæ res ſigna dici poſſint.*

PLurima autem ſunt, quæ ſigna dici poſſunt; quia ſunt alterius rei indicatiua: cauſa enim poteſt indicare ſuum effectum, veluti infirmitas mortalis, id eſt cauſatiua mortis indicat mortem; & debilitas fundamenti in domo indicat ruinam domus: Effectus etiam poteſt ſuam cauſam indicare; veluti talis motus in pulſu, vel

Ariſt. libi.

qua-

qualitas in vrina, indicat febrim: ita fumus, & veſtigium indicant ignem, & pedem, tanquam effectus cauſas ſuas: De his autem modo dicendum non eſt: Non expedit autem hic declarare illa ſigna, quæ probabiliter tantum indicant aliquid, vt ſunt ea, quæ in Aſtrologia, vel in aeris mutationibus, vel in medicina ſæpe contingunt; ſed eſt dicendum de ſignis, quæ neceſſario, & infallibiliter indicant ſua ſignata; ex his enim certitudo, & euidentia, quæ ad ſcientiam requiritur, obtinetur. Quænam autem ſint iſta dicendum eſt.

Num. 3. De triplici ſigno Logico, Metaphyſico, & proprio.

TRiplex igitur ſignum eſſe dicatur, nempe Logicum, Metaphyſicum, & proprie acceptum: Logicum ſignum eſt quædam ſecunda intentio, a qua prima intentio rei eſt indicata; veluti, quod non eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto ſignificet aliquid per ſe exiſtere ad modum primæ ſubſtantiæ, apud logicum certiſſimum eſt: ita ex diffinitione generis indicatur, quod animal ſit de eſſentia hominis, & ſit genus illius: Ita deſcriptiones modorum per ſe ſunt certiſſima ſigna, an aliquid per ſe inſit, & in quo modo, ſeu qua ratione per ſe ineſſe dicatur: Ita, quod aliquid per ſe inſit, certiſſimum eſt ſignum, quod neceſſario inſit: Ita quod aliquid ſecundũ regulam de vniuerſali primo acceptum ſit; eſt certum ſignum, quod proprie, & adæquate & primo acceptum ſit. Atque ita de alijs plurimis.

lib. præd. de ſubſt. *lib. præd. hab. de gẽ.*

Si-

Signum metaphyſicale dici poſſunt quædam diffinitiones generales à metaphyſico, vel etiã a phyſico datæ; veluti diffinitio cauſæ, & effectus; eſſentiæ; exiſtentiæ; materiæ; formæ; & ſimilium: tales enim diffinitiones indicant, an aliquid ſit cauſa, vel effectus, vel materia, vel forma, vel aliquid aliud. Diffinitio enim eſſentiæ indicabit, an anima equi ſit de illius eſſentia: ſi enim ponatur, quod prima entitas rei ſit eſſentia; & quod anima equi ſit prima entitas illius; ſtatim erit manifeſtum, quod ſit de eſſentia: Hæc igitur duo ſigna nempe logicalia, & metaphyſicalia videntur dici poſſe principia cognitionis, ſeu principia per ſe nota, & ideo pertinere ad demonſtrationem per principia per ſe nota; quod aliqua ratione verum eſt; ſed nihilominus etiam ad demonſtrationem ſigni reducere illa non inutile eſt. Tertium ſignum eſt proprium de quo clarius eſt dicendum.

vt 6. ab taphi.

Num. 4. De ſigno proprie accepto.

Signum proprie acceptũ dicitur illud, quod ex propria ſua natura habet, vt ſignum ſit: & ideo vere, primo, & adæquate ſignum eſt; & per ipſum vere, primo, & adæquate, certo, & euidenter indicatur ſignatum: Nunc ergo omittatur cõſiderare de cauſa, quod ſit ſignum effectus; & de effectu, quod ſit ſignum cauſæ; hoc enim ad dictas demonſtrationes cauſæ, & effectus eſt referendum: Relinquatur etiam conſideratio de ſigno Logico, & Metaphyſico; quia ſignum eſt generale, & ad aliam demonſtratio-

et Arist. loc. cit. atti t.

nem.

nem poſſe pertinere videtur: & dicatur de ſigno proprie accepto, ideo de illo regulæ nunc tradantur.

vt 2. de anim. tx. 30. & 37. Prima regula eſt. Quando vna, eademque cauſa æque primo duos producit effectus, ita vt nunquam producat vnum, quin aliud etiã productus ſit; tunc vnus effectus erit ſignum verũ, primum, adæquatum, certum, & euidens, quod alius effectus productus ſit: ratio eſt, quia ſi duo ita connexa ſunt, vt vnum ſine alio ordinarie non ſit; tunc exiſtentia vnius ſignum eſt certum exiſtentiæ alterius: Ambo enim naturaliter ſimul exiſtunt: ſint autem exempla: Intellectus, & voluntas ſunt effectus eiuſdem cauſæ, ita vt nunquam vnus ſine alio producatur; ſemper .n. vbi eſt intellectus, ibi eſt & voluntas; vt patet in Deo, in angelis, & in hominibus: & iſti effectus æquæ primo fluunt, & producuntur a ſua cauſa, vt omnibus notum eſt: ſecundum exemplum: Cognitio, & appetitus ſunt effectus a natura ſemper ſimul connexi, ita vt nunquam producat in animalibus potentiam cognoſcitiuam, quin etiam producat appetitiuam, vt in omnibus eſt videre: Ita in anima vegetatiua tres potentiæ ſimul productæ ſunt; licet enim actus harum potentiarum non ſimul producantur: potentiæ tamen ſimul productæ dicendæ ſunt. Ita de partu, & lacte: natura enim ſimul vtrumque producit effectũ; nempe ex vna parte emittere fetum ad extra; ex alia ſimiliter ad extra emittere illius alimentum: Ita cum natura digerit, & concoquet humorem peccantem in infirmo, concoquit etiam vrinam; ideo concoctio

Ariſt. in poſt. prǽd. de ſimul.

Ar. de ani. lib. 2. & 3.

ctio

ctio in vrina eſt ſignum concoctionis in humore: Ita maturitas in fructibus, & talis color, aut tactus, & ſimilia.

Secunda regula; ſi ad productionem alicuius effectus plures cauſæ æque primo concurrant, ita vt vna non poſſit operari ſine alia; & quantum operatur vna in genere ſuo; tantum operatur & alia in ſuo; tunc vna cauſa poteſt eſſe ſignum verum, primum, adæquatum, certum, & euidens alterius cauſæ, & latitudinis ipſius in operando: Si enim vna cauſa eſt, & operatur; & non poteſt eſſe, nec operari ſine alia; ergo indicabit, quod aliæ cauſæ ſint; ſi enim illæ non erũt, neque iſta pariter erit: at ſupponitur, quod iſta ſit & operetur; ſit autem exemplum, quod in omnibus rebus locum habet. Exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, ſeu natura, & finis ſunt primæ quædam cauſæ, vel principia cuiuſque rei hæc omnia habentis; ita vt impoſſibile ſit vnum horum ſine alio eſſe; neq; enim eſſentia erit ſine exiſtentia; hæc enim eſt modus eſſentiæ; neque eſſentia erit ſine ratione finali, & fine: Quãtus quoque eſt finis, tanta erit forma, & materia, & ratio finalis, vt ſupra probatũ eſt: ergo exiſtentia vnius cauſæ erit verum, primum, adæquatum, certum, & euidens ſignum exiſtentiæ alterius; & extenſio vnius cauſæ extenſionem alterius indicabit.

arg. 1. phy. de cauſis natura & forma ex poſt. prǽd. cap. de ſimul.

Tertia Regula: ſi plura æque primo diuidãt idem genus, vel ſint ordinata ad vnum aliquem finem; ita vt, deficiente vno, non valeant reliqua conſequi finem illum; tunc ſi ſenſui patet, quod alia omnia dentur, etiam ſi non appareat

ex poſt. prǽd de ſimul.

quod

nem poſſe pertinere videtur: & dicatur de ſigno proprie accepto, ideo de illo regulæ nunc tradantur.

vt 2. de anim. tx. 30. & 27.

Prima regula eſt. Quando vna, eademque cauſa æque primo duos producit effectus, ita vt nunquam producat vnum, quin aliud etiã productus ſit; tunc vnus effectus erit ſignum verũ, primum, adæquatum, certum, & euidens, quod alius effectus productus ſit: ratio eſt, quia ſi duo ita connexa ſunt, vt vnum ſine alio ordinarie non ſit; tunc exiſtentia vnius ſignum eſt certum exiſtentiæ alterius: Ambo enim naturaliter ſimul exiſtunt: ſint autem exempla: Intellectus, & voluntas ſunt effectus eiuſdem cauſæ, ita vt nunquam vnus ſine alio producatur; ſemper .n. vbi eſt intellectus, ibi eſt & voluntas; vt patet in Deo, in angelis, & in hominibus: & iſti effectus æquæ primo fluunt, & producuntur a ſua cauſa, vt omnibus notum eſt: ſecundum exemplum: Cognitio, & appetitus ſunt effectus a natura ſemper ſimul connexi, ita vt nunquam producat in animalibus potentiam cognoſcitiuam, quin etiam producat appetitiuam, vt in omnibus eſt videre: Ita in anima vegetatiua tres potentiæ ſimul productæ ſunt; licet enim actus harum potentiarum non ſimul producantur: potentiæ tamen ſimul productæ dicendæ ſunt. Ita de partu, & lacte: natura enim ſimul vtrumque producit effectũ; nempe ex vna parte emittere fetum ad extra; ex alia ſimiliter ad extra emittere illius alimentum: Ita cum natura digerit, & concoquet humorem peccantem in infirmo, concoquit etiam vrinam; ideo conco-

Ariſt. in poſt. prǽd. de ſimul.

Ar. de ani. lib. 2. & 3.

ctio

ctio in vrina eſt ſignum concoctionis in humore: Ita maturitas in fructibus, & talis color, aut tactus, & ſimilia.

Secunda regula; ſi ad productionem alicuius effectus plures cauſæ æque primo concurrant, ita vt vna non poſſit operari ſine alia; & quantum operatur vna in genere ſuo; tantum operatur & alia in ſuo; tunc vna cauſa poteſt eſſe ſignum verum, primum, adæquatum, certum, & euidens alterius cauſæ, & latitudinis ipſius in operando: Si enim vna cauſa eſt, & operatur; & non poteſt eſſe, nec operari ſine alia; ergo indicabit, quod aliæ cauſæ ſint; ſi enim illæ non erũt, neque iſta pariter erit: at ſupponitur, quod iſta ſit & operetur; ſit autem exemplum, quod in omnibus rebus locum habet. Exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, ſeu natura, & finis ſunt primæ quædam cauſæ, vel principia cuiuſque rei hæc omnia habentis; ita vt impoſſibile ſit vnum horum ſine alio eſſe; neq; enim eſſentia erit ſine exiſtentia; hæc enim eſt modus eſſentiæ; neque eſſentia erit ſine ratione finali, & fine: Quãtus quoque eſt finis, tanta erit forma, & materia, & ratio finalis, vt ſupra probatũ eſt: ergo exiſtentia vnius cauſæ erit verum, primum, adæquatum, certum, & euidens ſignum exiſtentiæ alterius; & extenſio vnius cauſæ extenſionem alterius indicabit. *arg. 1. phy. de cauſis natura & forma ex poſt. præd. cap. de ſimul.*

Tertia Regula: ſi plura æque primo diuidãt idem genus, vel ſint ordinata ad vnum aliquem finem; ita vt, deficiente vno, non valeant reliqua conſequi finem illum; tunc ſi ſenſui patet, quod alia omnia dentur, etiam ſi non appareat *ex poſt. præd de ſimul.*

quod

nem poſſe pertinere videtur: & dicatur de ſigno proprie accepto, ideo de illo regulæ nunc tradantur.

Vt 2. de anim. tx. 30. & 27.

Prima regula eſt. Quando vna, eademque cauſa æque primo duos producit effectus, ita vt nunquam producat vnum, quin aliud etiã productus ſit; tunc vnus effectus erit ſignum verũ, primum, adæquatum, certum, & euidens, quod alius effectus productus ſit: ratio eſt, quia ſi duo ita connexa ſunt, vt vnum ſine alio ordinarie non ſit; tunc exiſtentia vnius ſignum eſt certum exiſtentiæ alterius: Ambo enim naturaliter ſimul exiſtunt: ſint autem exempla: Intellectus, & voluntas ſunt effectus eiuſdem cauſæ, ita vt nunquam vnus ſine alio producatur; ſemper. n. vbi eſt intellectus, ibi eſt & voluntas; vt patet in Deo, in angelis, & in hominibus: & iſti effectus æquæ primo fluunt, & producuntur a ſua cauſa, vt omnibus notum eſt: ſecundum exemplum: Cognitio, & appetitus ſunt effectus a natura ſemper ſimul connexi, ita vt nunquam producat in animalibus potentiam cognoſcitiuam, quin etiam producat appetitiuam, vt in omnibus eſt videre: Ita in anima vegetatiua tres potentiæ ſimul productæ ſunt; licet enim actus harum potentiarum non ſimul producantur: potentiæ tamen ſimul productæ dicendæ ſunt. Ita de partu, & lacte: natura enim ſimul vtrunque producit effectũ; nempe ex vna parte emittere fetum ad extra; ex alia ſimiliter ad extra emittere illius alimentum: Ita cum natura digerit, & concoquet humorem peccantem in infirmo, concoquit etiam vrinam; ideo conco-

Ariſt. in poſt. pręd. de ſimul.

Ar. de ani. lib. 2. & 3.

ctio in vrina eſt ſignum concoctionis in humore: Ita maturitas in fructibus, & talis color, aut tactus, & ſimilia.

Secunda regula; ſi ad productionem alicuius effectus plures cauſæ æque primo concurrant, ita vt vna non poſſit operari ſine alia; & quantum operatur vna in genere ſuo; tantum operatur & alia in ſuo; tunc vna cauſa poteſt eſſe ſignum verum, primum, adæquatum, certum, & euidens alterius cauſæ, & latitudinis ipſius in operando: Si enim vna cauſa eſt, & operatur; & non poteſt eſſe, nec operari ſine alia; ergo indicabit, quod aliæ cauſæ ſint; ſi enim illæ non erũt, neque iſta pariter erit: at ſupponitur, quod iſta ſit & operetur; ſit autem exemplum, quod in omnibus rebus locum habet. Exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, ſeu natura, & finis ſunt primæ quædam cauſæ, vel principia cuiuſque rei hæc omnia habentis; ita vt impoſſibile ſit vnum horum ſine alio eſſe; neq; enim eſſentia erit ſine exiſtentia; hæc enim eſt modus eſſentiæ; neque eſſentia erit ſine ratione finali, & fine: Quãtus quoque eſt finis, tanta erit forma, & materia, & ratio finalis, vt ſupra probatũ eſt: ergo exiſtentia vnius cauſæ erit verum, primum, adæquatum, certum, & euidens ſignum exiſtentiæ alterius; & extenſio vnius cauſæ extenſionem alterius indicabit. arg. 1. ph. de cauſis natura & forma ex poſt. pręd. cap. de ſimul.

Tertia Regula: ſi plura æque primo diuidãt idem genus, vel ſint ordinata ad vnum aliquem finem; ita vt, deficiente vno, non valeant reliqua conſequi finem illum; tunc ſi ſenſui patet, quod alia omnia dentur, etiam ſi non appareat ex poſt. pręd de ſimul.

quod

nem poſſe pertinere videtur: & dicatur de ſigno proprie accepto, ideo de illo regulæ nunc tradantur.

vt 2. de anim. tx. 30. & 27. Prima regula eſt. Quando vna, eademque cauſa æque primo duos producit effectus, ita vt nunquam producat vnum, quin aliud etiã productus ſit; tunc vnus effectus erit ſignum verũ, Ariſt. in poſt. præd. de ſimul. primum, adæquatum, certum, & euidens, quod alius effectus productus ſit: ratio eſt, quia ſi duo ita connexa ſunt, vt vnum ſine alio ordinarie non ſit; tunc exiſtentia vnius ſignum eſt certum exiſtentiæ alterius: Ambo enim naturaliter ſimul exiſtunt: ſint autem exempla: Intellectus, & voluntas ſunt effectus eiuſdem cauſæ, ita vt Ar. de ani. lib. 2. & 3. nunquam vnus ſine alio producatur; ſemper .n. vbi eſt intellectus, ibi eſt & voluntas; vt patet in Deo, in angelis, & in hominibus: & iſti effectus æquæ primo fluunt, & producuntur a ſua cauſa, vt omnibus notum eſt: ſecundum exemplum: Cognitio, & appetitus ſunt effectus a natura ſemper ſimul connexi, ita vt nunquam producat in animalibus potentiam cognoſcitiuam, quin etiam producat appetitiuam, vt in omnibus eſt videre: Ita in anima vegetatiua tres potentiæ ſimul productæ ſunt; licet enim actus harum potentiarum non ſimul producantur: potentiæ tamen ſimul productæ dicendæ ſunt. Ita de partu, & lacte: natura enim ſimul vtrumque producit effectũ; nempe ex vna parte emittere fetum ad extra; ex alia ſimiliter ad extra emittere illius alimentum: Ita cum natura digerit, & concoquet humorem peccantem in infirmo, concoquit etiam vrinam; ideo concoctio

ctio in vrina eſt ſignum concoctionis in humore: Ita maturitas in fructibus, & talis color, aut tactus, & ſimilia.

Secunda regula; ſi ad productionem alicuius effectus plures cauſæ æque primo concurrant, ita vt vna non poſſit operari ſine alia; & quantum operatur vna in genere ſuo; tantum operatur & alia in ſuo; tunc vna cauſa poteſt eſſe ſignum verum, primum, adæquatum, certum, & euidens alterius cauſæ, & latitudinis ipſius in operando: Si enim vna cauſa eſt, & operatur; & non poteſt eſſe, nec operari ſine alia; ergo indicabit, quod aliæ cauſæ ſint; ſi enim illæ non erũt, neque iſta pariter erit: at ſupponitur, quod iſta ſit & operetur; ſit autem exemplum, quod in omnibus rebus locum habet. Exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, ſeu natura, & finis ſunt primæ quædam cauſæ, vel principia cuiuſque rei hæc omnia habentis; ita vt impoſſibile ſit vnum horum ſine alio eſſe; neq; enim eſſentia erit ſine exiſtentia; hæc enim eſt modus eſſentiæ; neque eſſentia erit ſine ratione finali, & fine: Quãtus quoque eſt finis, tanta erit forma, & materia, & ratio finalis, vt ſupra probatũ eſt: ergo exiſtentia vnius cauſæ erit verum, primum, adæquatum, certum, & euidens ſignum exiſtentiæ alterius; & extenſio vnius cauſæ extenſionem alterius indicabit.

arg. 2. phi. de cauſis natura & forma ex poſt. pręd. cap. de ſimul.

Tertia Regula: ſi plura æque primo diuidãt idem genus, vel ſint ordinata ad vnum aliquem finem; ita vt, deficiente vno, non valeant reliqua conſequi finem illum; tunc ſi ſenſui patet, quod alia omnia dentur, etiam ſi non appareat

ex poſt. pręd de ſimul.

quod

ctio in vrina eſt ſignum concoctionis in humore: Ita maturitas in fructibus, & talis color, aut tactus, & ſimilia.

Secunda regula; ſi ad productionem alicuius effectus plures cauſæ æque primo concurrant, ita vt vna non poſſit operari ſine alia; & quantum operatur vna in genere ſuo; tantum operatur & alia in ſuo; tunc vna cauſa poteſt eſſe ſignum verum, primum, adæquatum, certum, & euidens alterius cauſæ, & latitudinis ipſius in operando: Si enim vna cauſa eſt, & operatur; & non poteſt eſſe, nec operari ſine alia; ergo indicabit, quod aliæ cauſæ ſint; ſi enim illæ non erũt, neque iſta pariter erit: at ſupponitur, quod iſta ſit & operetur; ſit autem exemplum, quod in omnibus rebus locum habet. Exiſtentia, materia, forma, ordinatio finalis, ſeu natura, & finis ſunt primæ quædam cauſæ, vel principia cuiuſque rei hæc omnia habentis; ita vt impoſſibile ſit vnum horum ſine alio eſſe; neq; enim eſſentia erit ſine exiſtentia; hæc enim eſt modus eſſentiæ; neque eſſentia erit ſine ratione finali, & fine: Quãtus quoque eſt finis, tanta erit forma, & materia, & ratio finalis, vt ſupra probatũ eſt: ergo exiſtentia vnius cauſæ erit verum, primum, adæquatum, certum, & euidens ſignum exiſtentiæ alterius; & extenſio vnius cauſæ extenſionem alterius indicabit.

arg. 1. ph. de cauſis natura & forma ex poſt. pręd. cap. de ſimul.

Tertia Regula: ſi plura æque primo diuidãt idem genus, vel ſint ordinata ad vnum aliquem finem; ita vt, deficiente vno, non valeant reliqua conſequi finem illum; tunc ſi ſenſui patet, quod alia omnia dentur, etiam ſi non appareat

ex poſt. pręd de ſimul.

quod

quod vnum illorum ſit; illa alia erunt euidens ſignum, quod detur, & hoc aliud; & hoc in naturalibus locum habet, quia natura non deficit in neceſſarijs. Exemplum; quatuor elementa ſunt ordinata ad hunc finem, vt mixto præbeāt aptam materiam; ita vt ſi vnum deſit, cætera inſufficientia ſint; patet autem ſenſu dari terrā, aquam, & aerem; de igne vero non patet dari; igitur reliqua tria erunt euidens ſignum, quod ignis etiam ipſe vere reperiatur.

ex natura oci. Quarta Regula ſit; quando aliqua duo inuicem ita ſe habent, vt, ſi vnum exiſtat, neceſſario aliud non ſit; & ſi vnum non ſit, neceſſario aliud exiſtat, tunc exiſtentia vnius erit neceſſarium ſignum non exiſtentiæ alterius; & non exiſtentia vnius indicabit euidenter alterius exiſtentiam: Veluti eſt dies, ergo non eſt nox; non eſt dies, ergo eſt nox: terra non mouetur, ergo quieſcit; quieſcit, ergo non mouetur.

ex natura set. Quinta Regula: Quando aliqua ordinem, & ſucceſſionem inuicem neceſſarium habent; tunc vnum poteſt eſſe euidens ſignum alterius; veluti, eſt iuuenis, ergo fuit puer; Nunc eſt æſtas, ergo præceſſit ver: Hæc igitur & ſimilia ſigna dicuntur.

Num. 5. De demonſtracione ſigni, & eius cauſis.

DEmonſtratio ſigni ſic poteſt diffiniri: Eſt argumentatio a ſigno vero, primo, adæquato, certo, & euidenter cognito ad ſignatum verum, primum, adæquatum, nec certo, nec eui-

euidenter cognitum: Finis huius demonſtrationis eſt euidens cognitio ſignati: Materia ſunt termini, & propoſitiones: forma argumentatio, ſiue per ſyllogiſmum; ſiue per antecedens, & conſequens: Agens eſt ille, qui hac vtitur demonſtratione.

Num. 6. De vſu huius demonſtrationis.

Ille, qui vult vti demonſtratione ſigni, debet habere exactam cognitionem eorum, quæ de ſigno, & ſignato dicta ſunt: per hæc enim cognoſcet, an aliquod ſignum neceſſario, & euidenter indicet ſuum ſignatum. Poſt hoc autem ſic debet procedere: Si ſignum, & ſignatum ſint vel ab eodem, vel in eodem, vel ad idem; tunc tres termini haberi poſſunt; & recte fiet ſyllogiſmus; cuius medium erit ſignum; prædicatum ſignatum; ſubiectum illud vnum, in quo conueniunt: Vnde fiet ſyllogiſmus ſic. Quod habet intellectum, habet voluntatem; homo habet intellectum; ergo homo habet voluntatem: Ita mulier, quę habet lac, peperit, hęc habet lac ergo peperit: & hoc locum habet in prima regula: In ſecunda vero ſic. Quod habet eſſentiam, omnino etiam habet exiſtentiam, ordinationem ad finem, & ipſum finem; ſed terra habet eſſentiam: ergo habet etiam alia, quæ dicta ſunt: In tertia regula ita fiet; Quæ ſimul ita ordinantur ad vnum finem, vt vnum ſine alio ordinari non poſſit, tunc ſi ordinantur aliqua horum, ordinantur & alia; ſed elementa omnia ſic ſimul ordinantur ad finem; ergo ſi aqua, ter-

ra, & aer ſunt, & ordinantur ad mixta, omnino etiam erit ignis, & ordinabitur ad illa: In quarta, & quinta regula accipietur pro ſubiecto illud, in quo dicta ſuccedunt ſic; Quando ſuper terram eſt dies non eſt nox; nunc ſuper terram eſt dies, ergo nunc non eſt nox; Similiter, Qui eſt iuuenis, fuit puer, iſte eſt iuuenis, ergo iſte fuit puer.

Si quis vero velit arguere per modum antecedentis, & conſequentis, dimittat ſubiectum, & arguat a ſigno, ad ſignatum; veluti eſt nox, ergo non eſt dies; eſt æſtas, ergo præceſſit ver; eſt iuuenis, ergo fuit puer: in homine eſt intellectus, ergo & voluntas; Hæc mulier habet lac, ergo peperit. Atque ita de alijs. Sic igitur per ſignum fit argumẽtatio ad ſignatum.

Digitized by Google

DIST. VI.

De demonſtratione ad impoſſibile.

SEptimum inſtrumentum eſt demõſtratio ad impoſſibile: Hęc aliqua ratione poſſet reduci ad demonſtrationē per principia per ſe nota; ſed rectius fit ſi diſtinguatur ab illa: Habet enim particularem quandam rationem demonſtrandi: De ipſa igitur primo, poſtea de eius vſu dicendum eſt.

Num. 1. Quid ſit demonſtratio ad impoſſibile.

HÆc demonſtratio ſic poteſt determinari: Eſt vera, certa, & euidens argumentatio à falſitate vnius partis contradictionis, ad veritatem alterius partis: In hac enim demonſtratione illud, quod principaliter intenditur, eſt probare veritatem vnius partis cõtradictionis, per falſitatem alterius: tria autem in hac diffinitione proponuntur: primum, quod ſit argumentatio: & hoc clarum eſt; ſecundum quod ſit vera, certa, & euidens; hoc enim neceſſe eſt, vt ſcientiam efficiat: tertium quod res nota, à qua procedit argumentatio, eſt falſitas vnius partis contradictionis; & res ignota, ad cuius cognitionem tendit argumentatio, eſt veritas alterius partis contradictionis: Poteſt etiam aliter diffiniri ſic: Eſt bipartita argumentatio, in quarum prima parte probatur veritas vnius

ex 2. met. cap. 2. tx. 5. & 1. poſt tx. 41.

partis cõtradictionis per falſitatẽ alterius; In ſecunda probatur falſitas alterius per hoc, quod falſum vel impoſſibile ſequatur ex illa: Demũ ſic poteſt etiam diffiniri, Eſt argumẽtatio, quod falſa ſit aliqua propoſitio ex eo, quod falſum, vel impoſſibile ſequatur ex illa. Hæc autem ex dicendis patebunt.

Num. 2. De cauſis huius demonſtrationis.

2. poſt. tx. 92. vt Ar. 8. met. t. 2. FInis huius demonſtrationis, vt plurimum, eſt probare falſitatem vnius propoſitionis, adhoc, vt per talem probationem veritas contrariæ propoſitionis manifeſtetur: Materia ſunt termini, & propoſitiones: Forma eſt argumentatio vera, certa, & euidens: Efficiens eſt intellectus eius, qui vtitur illa: Cum ergo omnis argumentatio dicat tria, nempe rem notam, a qua ſit tranſitus; rem ignotam, ad quam tranſeundũ eſt; & ipſummet tranſitum: ſimiliter cum prædicatum conclusionis ſemper ſit res ignota, quę debet probari; medium vero ſit res nota, per quam debet probari; ſubiectum vero ſit illud, de quo prædicatum ignotum per medium notum probandum eſt; apparebit qualeſnam termini, & quales propoſitiones in hac demõſtratione ſint accipiendæ: Cum enim Hæc demonſtratio duas habeat argumentationes: in quarum vna probatur veritas alicuius propoſitionis: in alia probatur falſitas alterius, quæ priori contraria ſit: patebit quod in prima argumentatione ſubiectum erit propoſitio: prædicatum

erit

erit veritas illius; medium erit, vt dicetur, hoc principium per ſe notum; Impoſſibile eſt contradictoria eſſe ſimul vera; ſed omnino ſi vna eſt vera, altera falſa eſt; & ſi vna falſa, altera vera: In ſecunda vero argumentatione, ſubiectū erit falſitas illius; medium erit propoſitio per ſe nota; quod illud eſt falſum, ex quo ſequitur aliud, quod falſum, vel impoſſibile ſit: de his ergo principijs dicendum eſt.

Num. 3. De principio contradictionis.

PRincipium contradictionis eſt hoc: Contradictoria impoſſibile eſt eſſe ſimul vera, vel ſimul falſa, ſed omnino ſi vna eſt vera, alia eſt falſa; Veluti iſte duæ propoſitiones ſunt contradictoriæ; omnis homo eſt animal; aliquis homo non eſt animal; & de neceſſitate vna eſt vera, alia falſa; & ideo poteſt fieri vera, certa, & euidens argumentatio ſic: Si falſum eſt, quod aliquis homo non ſit animal; ergo verum eſt, quod omnis homo ſit animal: & ſi verum eſt, quod omnis homo ſit animal; ergo falſum eſt, quod aliquis homo non ſit animal: Hoc principium, alijs verbis, ſed cum eodem ſenſu, ſic proponitur ab Ariſtot. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe: ſi enim verum eſt eſſe, ergo falſum eſt non eſſe: & ſi verum eſt eſſe, ergo falſum eſt non eſſe: & ſi falſum eſt eſſe, ergo verum eſt non eſſe: Quod igitur vna res veluti hic lapis ſit, & alia res veluti talis canis non ſit, impoſſibile non eſt; vnum enim ſine alio poteſt eſſe, & non eſſe: Sed quod eadem res ſit, & non ſit, 4. met. t. 9. &c.

ſit,

ſit, alia ratio eſt: Amplius quód modo ſit hic equus, & poſt horam non ſit, difficile cogitatu non eſt; ſed quód idem equus, & in eodem tempore ſit, & nō ſit, à nullo poteſt cogitari: ſi enim cogito nunc eſſe; ergo non poſſum cogitare nō eſſe; ſimul enim eſſe, & nō eſſe, incogitabile eſt: Oſtendit autem Ariſt. manifeſte, quod hoc principium ſit per ſe notum; & quód eſt maximum, & primum omnium; & ad quod omnia principia reſoluuntur, & reducuntur: Recte igitur, & vere, & certo, & euidenter ſit argumentatio à veritate, vel falſitate vnius contradictoriæ ad veritatem, & falſitatem alterius, vt dictum eſt.

Num. 4. De alio principio, quod impoſſibile ſit ex vero ſequi falſum.

6. phy. tx. 12. ALiud principium per ſe notum affert Ariſt. quod eſt tale: Ex vero neceſſario, impoſſibile eſt, quód falſum ſequatur: vel ſic, illud ex quo euidenter, & neceſſario ſequitur falſum, impoſſibile eſt eſſe verum: declaratur autem ita eſſe ſic: illud, quod neceſſario ſequitur ex alio, neceſſario eſt, cum datur, & illud aliud; ſi enim vita neceſſario ſequitur animam; ergo ſi eſt anima, erit vita; ſi enim non ſit vita, & ſit anima; ergo vita non ſequitur neceſſario ex anima, vt ſupponebatur: vel igitur quando verum eſt eſſe animam, verum erit eſſe vitam, & hoc eſt ex vero neceſſario ſequi verum; ſuppoſito quód ex vero aliud ſequatur: vel poterit dari, quod verum ſit animam eſſe, & quod ex anima ſequatur vita, & tamen falſum ſit vitam eſſe; hoc autem dicit

dicit idem eſſe, & non eſſe ſimul: ſi enim vere vita ſequitur ex anima; ergo ſi eſt anima, eſt vita; & ſi falſum eſt vitam eſſe ex anima; ergo falſum eſt, quod vita ſequatur ex anima; Ex vero igitur neceſſario, impoſſibile eſt ſequi falſum: ſed ſemper ex vero, quatenus vero, quod ſequitur verum eſt; recte igitur argumentatur; illud non eſſe verum, ex quo ſequi falſum certo, & euidenter cognitum ſit.

Num. 5. De Vſu huius demonſtrationis.

QVi vult recte, & oportune vti hac demonſtratione, debet euidentem procurare cognitionem duorum principiorum, quę dicta ſunt: hæc enim demonſtratio ſemper innititur illis: aliter autē vtuntur hac demonſtratione minus exercitati, aliter qui magis in ſcientijs verſati ſunt: Minus enim exercitati debent in vſu illius facere quaſi tres argumentationes ſimili modo; ſit probandum quod eſſentia ſit prima entitas rei. Ar. prob. 16 poſt. 18. 17.

Fiat prima argumentatio ſic. Illa propoſitio eſt vera, cuius contradictoria eſt falſa; hæc eſt maior, & euidens eſt per principium modo poſitum; ſed contradictoria dictæ propoſitionis, quæ eſt, eſſentia non eſt prima entitas rei, eſt falſa; Hæc eſt minor probanda ſequenti argumentatione; ſequitur concluſio; ergo Hæc propoſitio, eſſentia eſt prima entitas rei, vera eſt.

Secunda argumentatio erit hæc: illa propoſitio, ex qua neceſſario, & euidenter ſequitur falſum, eſt falſa: Hæc nititur ſecundo principio

iam dicto; ſed ex hac propoſitione; eſſentia non eſt prima entitas rei; neceſſario, & euidenter ſequitur falſum; ergo iſta propoſitio eſt falſa.

Sequitur tertia argumentatio, quæ valde differt à duabus præcedentibus; illæ enim ſemper in hac demonſtratione eædem ſunt; & eiſdem vtuntur principijs, & habent eadem prædicata probanda; prima enim probat veritatem propoſitionis; ſecunda falſitatem: tertia vero argumentatio eſt indeterminata; poteſt enim deducere ad quancunque falſitatem, vel impoſſibilitatem; fiet autem in præſenti propoſitione ſic.

Ex hac propoſitione; eſſentia non eſt prima entitas rei, ſequitur, quod res ſit, antequam habeat eſſentiam; hoc autem impoſſibile eſt; cum eſſentia ſit illud, ſine quo res omnino eſſe nõ poteſt; oſtendo autem euidentiam; ſi eſſentia eſt entitas rei, ſed non prima; ergo neceſſe eſt, quod in re ſit entitas, quæ præcedat eſſentiam; & quæ ſit in re, antequam res habeat eſſentiam; vel igitur res cum habet illam entitatem, quæ eſt prior eſſentia, exiſtit, & eſt res; vel non exiſtit, & non eſt; ſi non exiſtit; ergo neque habet illam entitatẽ; quod enim non eſt, neque dicitur habere entitatem; ſi exiſtit, ergo res exiſtit, antequam habeat ſuam eſſentiam; hoc autem ab omnibus tenetur & falſum, & impoſſibile; quia nulla res poteſt eſſe, niſi habeat ſuam eſſentiam; igitur ex hac propoſitione, eſſentia non eſt prima entitas rei, ſequitur falſum; igitur eius contradictoria, nempe eſſentia eſt prima entitas rei, vera erit.

a. 1. met. cap. 2. Sic itaque faciet non exercitatus; exercitatus autem omittet primam, & ſecundam argumen-

tatio-

taionem, vt res notas exercitatis; & probabit ſequi impoſſibile ex contraria propoſitione; & ita Ariſt. ordinarie procedit.

Num. 6. Quando ſit vtendum hac demonſtratione.

VSus huius demonſtrationis frequētiſſimus eſt; & Philoſophis, alijsq. authoribus valde familiaris; argumentatio enim à contrario ſenſu ad hanc demõſtrationem reduci videtur; & ſæpe in conſultationibus probantur inconuenientia, quæ ex aliqua ſententia, vel actione ſequi poſſint: Fere igitur omnia, quæ alijs inſtrumentis probantur, poſſunt hac demonſtratione probari: imo ipſamet prima principia, & primæ cauſæ, & exiſtentia, & eſſentia, & ordinatio finalis, & finis, operatio finalis, & alia plurima hac demonſtratione probantur: triplici autem de cauſa videtur expedire, vt alijs omiſſis inſtrumentis hac demonſtratione quis vtatur: primo ſi alia inſtrumenta non ſint accommodata; ſecundo, ſi per hanc probatio vel facilius, vel euidentius fiat; tertio ſi poſt adhibitum aliud inſtrumentum expedire videatur probationem illius hac demonſtratione confirmare: Alijs etiã de cauſis quis poterit illa vti.

vt Ariſt. 4. metha. c. 3. & 1. poſt. tx. 27. & alibi.

Num. 7. Exempla huius demonſtrationis.

VT clarior fiat cognitio huius demonſtrationis, & vſus illius, exempla nunc proponentur. Pri-

8. phyſ. & 8. met c. 2. Primum eſt Ariſtot. qui probat neceſſarium eſſe dari primum motorem; & ſimiliter, quod in nullo genere cauſæ datur proceſſus in infinitum, ſed neceſſe eſt deuenire ad vnum primum motorem, primam formam, primam materiam, & vltimum finem; hoc per impoſſibile ita probat: Impoſſibile eſt infinita pertranſire; ſi enim ſit ſcala infinitos habẽs gradus; impoſſibile erit, quod quis omnes pertranſeat; ſemper enim infiniti remanebunt; infinitum enim eſt, quod finẽ nõ habet; ſi ergo in quocunq; genere cauſarũ non datur prima cauſa; ergo datur proceſſus in infinitũ in cauſis; ergo infinitæ ſunt cauſæ; ergo nulla actio, vel res proueniet ab ipſis; quia infinitas cauſas pertranſire impoſſibile eſt; hoc autem ſenſui apertiſſime falſum eſt; multę enim actiones, & multæ res à cauſis ſuis proueniunt; ergo in quocunque genere vna prima cauſa eſt aſſerenda.

Secundum exemplum ad probandam exiſtẽtiam rei: Si non eſt motor primus: ergo neque motus, at hoc eſt euidenter falſum; ſimiliter ſi ſubſtantia non exiſtit per ſe: ergo exiſtis per aliud: ergo non exiſtit ſecundum quod ipſa, ſed ſecundum quod aliud: ſecundum quod eſt in illo, per quod exiſtit: hoc autem eſt accidens eſſe, & non ſubſtãtiam: ideo falſum: ergo ſubſtãtia per ſe exiſtit.

Tertio ad probandum primam materiam intelligibiliter conſideratam in re, vt in equo: ſi in equo non datur prima materia: ergo neque datur in ipſo materia: neque ſecunda materia; à prima enim ſecunda materia dependet; hoc

autem

autem contra ſenſum aperte eſt: Item ſi materia equi non eſt in potentia ad eſſe; & ad vbi; ergo equus non eſt coruptibilis; hoc autem eſt contra ſenſum.

Quarto ad probandam formam: ſi anima equi non eſt forma illius; ergo equus habet aliam formam, qua equus ſit: demus ergo; quod auferatur anima ab equo, & maneat vera illius forma; tunc verum erit dicere, quod equus ſit equus; illud enim, quod habet materiam, & formam equi, equus eſt; ſed eſt impoſſibile; quod ſine anima equus ſit equus; recedente enim anima, equus non eſt equus; & corpus illius nondcitur equus, ſed cadauer equi; ergo anima eſt forma equi.

Quinto ad probandam ordinationem finalē: Si res non ordinatur ad finem; ergo non reſpicit illum: ergo non eſt in gratiam illius, nec ſe habet ad illum: ergo finis non eſt eius finis.

Sexto ad probandam rationem finalem: ſi materia, & forma non habent rationem fini conuenientem: ergo non ſunt fini rei accommodatæ: ergo non ordinantur ad illum finem: at hoc eſt falſum; ergo talem rationem finalem habent.

Septimo ad probandum finem rei: ſi finis equi non eſt transferre hominem, & res eius de loco ad locum velociter, & commode: ergo male eſt conſtituta operatio finalis equi, & natura, quę talis operationis cauſa eſt; at hoc falſum, ergo.

Octauo, ad probandum effectum formæ: Si vita nō eſt effectus animæ: ergo vita ab alia cauſa eſt: amoueatur itaque anima, & maneat illa

alia

alia cauſa: tunc vita erit ſine anima: at hoc impoſſibile eſt: ergo vita effectus animæ eſt.

Fere igitur omnia, quæ poſſunt probari per alia inſtrumenta, poſſunt etiam per hanc demonſtrationem probari: ratio eſt, quia ſicut ex vero, quod ſequitur verum eſt: ita ex falſo faciliſime aliud falſum deduci poteſt: Sicut ergo poſſum probare, quod anima equi ſit prima cauſa vitæ, quia forma illius eſt, ita potero probare, quod ſi non eſt prima cauſa vitæ, forma equi nō eſt: forma enim eſt prima entitas rei: ſi ergo eſt prima cauſa vitæ, ergo prima entitas, & ideo forma: & ſi non eſt prima cauſa, ergo neque prima entitas, vnde neque forma. Ex his autem patere poteſt, quid ſit demonſtratio ad impoſſibile, & quomodo illa vtendum.

DI-

DIST. VII.

De diuiſione ſcientifica, ſeu demonſtratiua.

OCtauum inſtrumentum eſt diuiſio ſcientifica, ſeu demonſtratiua, id eſt, quæ apta ſit demonſtrationi illi, quæ dicitur diuiſiua; de hac ergo, & de eius vſu dicendum.

Num. 1. Quid ſit totum.

TOtum modo non ſtricte, ſed large accipiatur: taliſque ſit eius diffinitio: Totum eſt illud, in quo plura ita coadunantur, vt vnum fiant: Ad hoc enim vt totum conſtituatur duo requiruntur, vnitas, & multitudo; totum enim ſine partibus eſſe non poteſt; ex parte verò totius vnitas: ex parte vero partium pluralitas reperitur: Bene ergo totum diffinitū eſſe videtur.

ex. 1. phyſ. tx. 4. & 5. darius 5. meth. tx. 31. & 31.

Num. 2. De multiplici toto.

TOtum aliud eſt reale, aliud intellectuale: Reale dicitur illud, in quo plura à parte rei vnita ſunt; & hoc totum, aliud dicitur integrale, veluti corpus equi, quod ex pluribus partibus materialibus, vt capite, pedibus &c. integratur: Aliud eſſentiale, quod ex partibus eſſentialibus nempe materia, & forma conſtituitur vnum, quod dicitur compoſitum, veluti equus quatenus ex corpore, & anima compoſitus eſt:

ex Adſ. 1. phyſ. tx. 4. & 5. & 5. meth. tx. 30. & 31.

Aliud

Aliud dicitur potentiale; & eſt illud, à quo tanquam à communi cauſa plures potentiæ procedunt: veluti anima hominis totum quoddam potentiale eſt, quia multæ potentiæ in illa tanquam in communi cauſa vnitæ ſunt: Aliud, nominis gratia, dicatur inhæſiuum; & eſt illud, in quo, tanquam in ſubiecto, multa accidentia inhærent: cum enim multa accidentia eidem ſubiecto, veluti pomo, inhærent; tunc quadam ratione vnum quoddam, & totum fiunt; ſubſtantia ergo reſpectu accidentium, quæ multa illi inhærent, totum quoddam dicenda eſt: Porro totum intellectuale dicitur illud, in quo plura per intellectum vnita ſunt: Eſt autem duplex, quod attinet ad præſentem tractationem; Vnũ poteſt dici prædicatiuum, & eſt illud, in quo per operationem intellectus plura ſubiecta vnita ſunt; & tale ſemper erunt omnia vniuerſalia, vt genus, ſpecies, & differentiæ; de pluribus enim talia prædicantur; ideò plura ſubiecta in illis vnita ſunt: Aliud poteſt vocari totum ſubiectiuum, & eſt illud, in quo, vt ſubiecto per operationẽ intellectus plura prædicata vniri poſſunt: tale autem totum apellatur ab Ariſt. diffinitũ, de ipſo enim genera, & differentiæ, vt partes prædicantur. Homo ergo reſpectu indiuiduorum totum quoddam prædicatiuum eſt; in illo enim vt in communi prædicato vnita ſunt: reſpectu vero animalis, & rationalis totum quoddã ſubiectiuum eſt, quia in ipſo, vt in communi ſubiecto talia prædicata vnitatem accipiunt.

5. Met. tx. 30. & 30. & 31.

2. phyſ. tx. 30. & 31.

Num. 3. De diuiſione quid ſit.

DIuiſio ſic poteſt diffiniri: Eſt totius in partes diſtributio: In diuiſione enim, quæ eſt actio vel realis, vel intellectualis, tria conſiderantur; terminus à quo; & hic eſt totum, in quo vnitas eſt; ſecundò terminus ad quem; & iſtæ ſunt partes; diuiſio enim ſemper à toto ad partes eſt; tertiò ipſamet actio; & hæc eſt ſeparatio; actio enim rectè à termino ad quem eſt denominanda; vnde illa actio, quæ terminatur ad calorem eſt calefactio; ideo rectè videtur dici, Quod diuiſio ſit totius in partes diſtributio.

ex 1. phyſ. tx. 5 & 5. met. tx. 30.

Num. 4. De diuiſione intellectuali.

DIuiſio intellectualis eſt, vel diſtinctio prædicati in ſubiecta, quæ illi ſubſunt; vel diſtributio, aut diſiunctio ſubiecti in prædicata, quæ illi conueniunt; veluti ſi intellectus faciat prædicationem animalis de equo, boue, & alijs; iſta quædam diuiſio animalis eſſe dicetur: e contra verò, ſi de homine faciat prædicari, tum animal, tum rationale, diuiſio ſubiecti in ſua prædicata habita erit: Hæc autem omnia fiunt cum prædicatione; Sic igitur intellectiua diuiſio deſcribi poteſt: Eſt duorum, vel pluriũ prædicatorum de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua ratione prædicatio: Dicitur autem prædicatio, quia omnis diuiſio intellectiua fit in ſecunda operatione intellectus, ad quam ſpectat com-

ex 1. phyſ. tx. 5. & 5. met. tx. 30. & 32 & 2. poſt. tx. 4. & lib med de differ.

compoſitio, & diuiſio, ideſt plurium rerum vel diuiſio, vel coniunctio: Dicitur prædicatorum; quia prædicatio conuenit prædicatis; Dicitur duorum, vel plurium; quia aliquãdo intellectus diuidit in duas partes, veluti linea alia recta, alia curua; aliquando in tres, veluti color alius albus, alius niger, alter medius: Aliquando in plura; veluti ens aliud eſt ſubſtantia, aliud quale, aliud quantum, aliud ad aliquid, &c. Dicitur de eodem ſubiecto; quia vnitas ſubiecti dicit quaſi rationem totius; pluralitas vero prædicatorum quandam explicat partium rationem: Dicitur ſub diſiunctiua rõne; quia in diſiunctione potiſſimũ ratio diuiſionis poſita eſt: Ex his autem patet, quæ ſint cauſæ intellectiuæ diuiſionis: Materia enim erit ſubiectum; nec non partes, vel prædicata, quæ diuiſibilia ſunt: materia enim diuiſionis eſt illud, quod diuiſibile eſt. Forma eſt prædicari ſub diſiunctiua ratione; in hoc enim ratio præciſa diuiſionis poſita eſt: Efficiens eſt intellectus per ſecun[illegible] eius operationem: Finis eſt diſtincta [illegible] eorum, quæ diuiſibilia ſunt: effec[illegible] ſionis diſtincta rerum diuiſa[illegible] Finis autem, & effectus [illegible]

Num. 5. De di[illegible]

D Iui[illegible]

ptorum, de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua, & adæquata ratione prædicatio: vbi apparet diuerſam eſſe in hac materiam, formam, & finē. Finis enim eſt diſtincta quidem cognitio; ſed tamen, quę demonſtratiua, & ſcientifica ſit: Forma non dicit tantum diſiunctiuam rationem, ſed etiam adæquatam: Materia ſunt prædicata, non quæcunque, ſed quæ per ſe, & vniuerſaliter primo ſubiecto inſint. Dicitur autem duorum prædicatorum, quia & ſi aliquando videntur tria poſſe prædicari diſiunctiue, & adæquate, nempe in generibus, quæ habent extrema, & media veluti color alius albus, alius niger, alius medius: ſapor alius dulcis, alius amarus, alius medius; Elementum aliud ſupremum, aliud infimum, aliud medium: nihilominus rectius, & magis ad mentem Ariſt. videtur fieri, ſi diuiſio tantum bimembris ſit: Poteſt autem fieri bimembris etiam in his, quę media habēt; veluti elementum aliud eſt extremum, *aliud*
...um. Extremum aliud eſt infimum, *aliud*
...edium aliud eſt prope *ſupremū*
...ope infimum, vt *aqua: Ita color*
..., alius medius; *extremus* ...
...gans viſum; *alius* ...
...pe congr...

compoſitio, & diuiſio, ideſt plurium rerum vel diuiſio, vel coniunctio: Dicitur prædicatorum; quia prædicatio conuenit prædicatis; Dicitur duorum, vel plurium; quia aliquādo intellectus diuidit in duas partes, veluti linea alia recta, alia curua; aliquando in tres, veluti color alius albus, alius niger, alter medius: Aliquando in plura; veluti ens aliud eſt ſubſtantia, aliud quale, aliud quantum, aliud ad aliquid, &c. Dicitur de eodem ſubiecto; quia vnitas ſubiecti dicit quaſi rationem totius; pluralitas vero prædicatorum quandam explicat partium rationem: Dicitur ſub diſiunctiua rõne; quia in diſiunctione potiſſimũ ratio diuiſionis poſita eſt: Ex his autem patet, quæ ſint cauſæ intellectiuæ diuiſionis: Materia enim erit ſubiectum; nec non partes, vel prædicata, quæ diuiſibilia ſunt: materia enim diuiſionis eſt illud, quod diuiſibile eſt. Forma eſt prædicari ſub diſiunctiua ratione; in hoc enim ratio præciſa diuiſionis poſita eſt: Efficiens eſt intellectus per ſecundam eius operationem: Finis eſt diſtincta cognitio eorum, quæ diuiſibilia ſunt: effectus enim diuiſionis diſtincta rerum diuiſarum cognitio eſt: Finis autem, & effectus hic idem ſunt.

Num. 5. De diuiſione ſcientifica, & demonſtratiua.

DIuiſio modo dicta intellectiua quidem eſt, non tamen ſcientifica, vel demonſtratiua; ſic autem poteſt hæc diffiniri: Eſt duorum prædicatorum per ſe, & vniuerſaliter primo acceptorum,

ptorum, de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua, & adæquata ratione prædicatio: vbi apparet diuerſam eſſe in hac materiam, formam, & finē. Finis enim eſt diſtincta quidem cognitio; ſed tamen, quę demonſtratiua, & ſcientifica ſit: Forma non dicit tantum diſiunctiuam rationem, ſed etiam adæquatam: Materia ſunt prædicata, non quæcunque, ſed quæ per ſe, & vniuerſaliter primo ſubiecto inſint. Dicitur autem duorum prædicatorum, quia & ſi aliquando videntur tria poſſe prædicari diſiunctiue, & adæquate, nempe in generibus, quæ habent extrema, & media veluti color alius albus, alius niger, alius medius: ſapor alius dulcis, alius amarus, alius medius; Elementum aliud ſupremum, aliud infimum, aliud medium: nihilominus rectius, & magis ad mentem Ariſt. videtur fieri, ſi diuiſio tantum bimembris ſit: Poteſt autem fieri bimembris etiam in his, quę media habēt; veluti elementum aliud eſt extremum, aliud medium; Extremum aliud eſt infimum, aliud ſupremum; medium aliud eſt prope ſupremū, vt aer; aliud prope infimum, vt aqua: Ita color alius extremus, alius medius; extremus alius ſumme congregans viſum; alius ſumme diſgregans; medius alius prope congregantem; alius prope diſgregantem; ita in alijs. Hæc eſt igitur diuiſionis ſcientificæ determinatio.

Digitized by Google

compoſitio, & diuiſio, ideſt plurium rerum vel diuiſio, vel coniunctio: Dicitur prædicatorum; quia prædicatio conuenit prædicatis; Dicitur duorum, vel plurium; quia aliquãdo intellectus diuidit in duas partes, veluti linea alia recta, alia curua; aliquando in tres, veluti color alius albus, alius niger, alter medius: Aliquando in plura; veluti ens aliud eſt ſubſtantia, aliud quale, aliud quantum, aliud ad aliquid, &c. Dicitur de eodem ſubiecto; quia vnitas ſubiecti dicit quaſi rationem totius; pluralitas vero prædicatorum quandam explicat partium rationem: Dicitur ſub diſiunctiua rõne; quia in diſiunctione potiſſimũ ratio diuiſionis poſita eſt: Ex his autem patet, quæ ſint cauſæ intellectiuæ diuiuiſionis: Materia enim erit ſubiectum; nec non partes, vel prædicata, quæ diuiſibilia ſunt: materia enim diuiſionis eſt illud, quod diuiſibile eſt. Forma eſt prædicari ſub diſiunctiua ratione; in hoc enim ratio præciſa diuiſionis poſita eſt: Efficiens eſt intellectus per ſecundam eius operationem: Finis eſt diſtincta cognitio eorum, quæ diuiſibilia ſunt: effectus enim diuiſionis diſtincta rerum diuiſarum cognitio eſt: Finis autem, & effectus hic idem ſunt!

Num. 5. De diuiſione ſcientifica, & demonſtratiua.

Diuiſio modo dicta intellectiua quidem eſt, non tamen ſcientifica, vel demonſtratiua; ſic autem poteſt hæc diffiniri: Eſt duorum prædicatorum per ſe, & vniuerſaliter primò acceptorum,

ptorum, de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua, & adæquata ratione prædicatio: vbi apparet diuerſam eſſe in hac materiam, formam, & finē. Finis enim eſt diſtincta quidem cognitio; ſed tamen, quę demonſtratiua, & ſcientifica ſit: Forma non dicit tantum diſiunctiuam rationem, ſed etiam adæquatam: Materia ſunt prædicata, non quæcunque, ſed quæ per ſe, & vniuerſaliter primo ſubiecto inſint. Dicitur autem duorum prædicatorum, quia & ſi aliquando videntur tria poſſe prædicari diſiunctiue, & adæquate, nempe in generibus, quæ habent extrema, & media veluti color alius albus, alius niger, alius medius: ſapor alius dulcis, alius amarus, alius medius; Elementum aliud ſupremum; aliud infimum, aliud medium: nihilominus rectius, & magis ad mentem Ariſt. videtur fieri, ſi diuiſio tantum bimembris ſit: Poteſt autem fieri bimembris etiam in his, quę media habēt; veluti elementum aliud eſt extremum, aliud medium; Extremum aliud eſt infimum, aliud ſupremum; medium aliud eſt prope ſupremū, vt aer; aliud prope infimum, vt aqua: Ita color alius extremus, alius medius; extremus alius ſumme congregans viſum; alius ſumme diſgregans; medius alius prope congregantem; alius prope diſgregantem; ita in alijs. Hæc eſt igitur diuiſionis ſcientificæ determinatio.

compoſitio, & diuiſio, ideſt plurium rerum vel diuiſio, vel coniunctio: Dicitur prædicatorum; quia prædicatio conuenit prædicatis; Dicitur duorum, vel plurium; quia aliquãdo intellectus diuidit in duas partes, veluti linea alia recta, alia curua; aliquando in tres, veluti color alius albus, alius niger, alter medius: Aliquando in plura; veluti ens aliud eſt ſubſtantia, aliud quale, aliud quantum, aliud ad aliquid, &c. Dicitur de eodem ſubiecto; quia vnitas ſubiecti dicit quaſi rationem totius; pluralitas vero prædicatorum quandam explicat partium rationem: Dicitur ſub diſiunctiua rõne; quia in diſiunctione potiſſimũ ratio diuiſionis poſita eſt: Ex his autem patet, quæ ſint cauſæ intellectiuæ diuiſionis: Materia enim erit ſubiectum; nec non partes, vel prædicata, quæ diuiſibilia ſunt: materia enim diuiſionis eſt illud, quod diuiſibile eſt. Forma eſt prædicari ſub diſiunctiua ratione; in hoc enim ratio præciſa diuiſionis poſita eſt: Efficiens eſt intellectus per ſecundam eius operationem: Finis eſt diſtincta cognitio eorum, quæ diuiſibilia ſunt: effectus enim diuiſionis diſtincta rerum diuiſarum cognitio eſt: Finis autem, & effectus hic idem ſunt!

Num. 5. De diuiſione ſcientifica, & demonſtratiua.

D Iuiſio modo dicta intellectiua quidem eſt, non tamen ſcientifica, vel demonſtratiua; ſic autem poteſt hæc diffiniri: Eſt duorum prædicatorum per ſe, & vniuerſaliter primo acceptorum,

ptorum, de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua, & adæquata ratione prædicatio: vbi apparet diuerſam eſſe in hac materiam, formam, & finẽ. Finis enim eſt diſtincta quidem cognitio; ſed tamen, quę demonſtratiua, & ſcientifica ſit: Forma non dicit tantum diſiunctiuam rationem, ſed etiam adæquatam: Materia ſunt prædicata, non quæcunque, ſed quæ per ſe, & vniuerſaliter primo ſubiecto inſint. Dicitur autem duorum prædicatorum, quia & ſi aliquando videntur tria poſſe prædicari diſiunctiue, & adæquate; nempe in generibus, quæ habent extrema, & media veluti color alius albus, alius niger, alius medius: ſapor alius dulcis, alius amarus, alius medius; Elementum aliud ſupremum, aliud infimum, aliud medium: nihilominus rectius, & magis ad mentem Ariſt. videtur fieri, ſi diuiſio tantum bimembris ſit: Poteſt autem fieri bimembris etiam in his, quę media habẽt; veluti elementum aliud eſt extremum, aliud medium; Extremum aliud eſt infimum, aliud ſupremum; medium aliud eſt prope ſupremũ, vt aer; aliud prope infimum, vt aqua: Ita color alius extremus, alius medius; extremus alius ſumme congregans viſum; alius ſumme diſgregans; medius alius prope congregantem; alius prope diſgregantem; ita in alijs. Hæc eſt igitur diuiſionis ſcientificæ determinatio.

compoſitio, & diuiſio, ideſt plurium rerum vel diuiſio, vel coniunctio: Dicitur prædicatorum; quia prædicatio conuenit prædicatis; Dicitur duorum, vel plurium; quia aliquãdo intellectus diuidit in duas partes, veluti linea alia recta, alia curua; aliquando in tres, veluti color alius albus, alius niger, alter medius: Aliquando in plura; veluti ens aliud eſt ſubſtantia, aliud quale, aliud quantum, aliud ad aliquid, &c. Dicitur de eodem ſubiecto; quia vnitas ſubiecti dicit quaſi rationem totius; pluralitas vero prædicatorum quandam explicat partium rationem: Dicitur ſub diſiunctiua rõne; quia in diſiunctione potiſſimũ ratio diuiſionis poſita eſt: Ex his autem patet, quæ ſint cauſæ intellectiuæ diuiuiſionis: Materia enim erit ſubiectum; nec non partes, vel prædicata, quæ diuiſibilia ſunt: materia enim diuiſionis eſt illud, quod diuiſibile eſt. Forma eſt prædicari ſub diſiunctiua ratione; in hoc enim ratio præciſa diuiſionis poſita eſt: Efficiens eſt intellectus per ſecundam eius operationem: Finis eſt diſtincta cognitio eorum, quæ diuiſibilia ſunt: effectus enim diuiſionis diſtincta rerum diuiſarum cognitio eſt: Finis autem, & effectus hic idem ſunt!

Num. 5. De diuiſione ſcientifica, & demonſtratiua.

Diuiſio modo dicta intellectiua quidem eſt, non tamen ſcientifica, vel demonſtratiua; ſic autem poteſt hæc diffiniri: Eſt duorum prædicatorum per ſe, & vniuerſaliter primò acceptorum,

ptorum, de eodem ſubiecto ſub diſiunctiua, & adæquata ratione prædicatio: vbi apparet diuerſam eſſe in hac materiam, formam, & finẽ. Finis enim eſt diſtincta quidem cognitio; ſed tamen, quę demonſtratiua, & ſcientifica ſit: Forma non dicit tantum diſiunctiuam rationem, ſed etiam adæquatam: Materia ſunt prædicata, non quæcunque, ſed quæ per ſe, & vniuerſaliter primo ſubiecto inſint. Dicitur autem duorum prædicatorum, quia & ſi aliquando videntur tria poſſe prædicari diſiunctiue, & adæquate, nempe in generibus, quæ habent extrema, & media veluti color alius albus, alius niger, alius medius: ſapor alius dulcis, alius amarus, alius medius; Elementum aliud ſupremum, aliud infimum, aliud medium: nihilominus rectius, & magis ad mentem Ariſt. videtur fieri, ſi diuiſio tantum bimembris ſit: Poteſt autem fieri bimembris etiam in his, quę media habẽt; veluti elementum aliud eſt extremum, aliud medium; Extremum aliud eſt infimum, aliud ſupremum; medium aliud eſt prope ſupremũ, vt aer; aliud prope infimum, vt aqua: Ita color alius extremus, alius medius; extremus alius ſumme congregans viſum; alius ſumme diſgregans; medius alius prope congregantem; alius prope diſgregantem; ita in alijs. Hæc eſt igitur diuiſionis ſcientificæ determinatio.

Num. 6. In quibus diuiſio ſcientifica reperiatur.

Ex tota phyloſop. Ariſt.

CVm diuiſio ſcientifica illa dicatur, quæ includit cognitionem illam perfectam, quę ſcientia apellatur; & eſt cognitio vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens; quæ tantum in modis per ſe, & in ſcibilibus reperitur; manifeſtum eſt, quod diuiſio ſcientifica tantum erit in ſcibilibus, & in his, quæ per ſe, & vniuerſaliter primò accepta dicuntur: In ſingulis ergo ſcibilibus, & in ſingulis modis per ſe ſcientifica diuiſio reperietur: Veluti in ſcibili an ſit: Exiſtentia alia eſt finita, alia infinita; alia creata, alia increata; alia ſimplex, alia includens compoſitionem; & alia, vt de hoc ſcibili dictũ eſt: Ita impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe: De quolibet verum eſt affirmare, vel negare: Omnis propoſitio eſt vera, vel falſa: Ens vel eſt actu, vel eſt potentia; Vel eſt per ſe, vt ſubſtantia; vel per aliud, vt accidentia: Vel eſt corruptibile, vel incorruptibile, & ſimilia. Circa eſſentiam ſic fiet diuiſio: Subſtantia alia corporea, alia incorporea; incorporea alia finita, alia infinita; corporea alia animata, alia inanimata; animata alia cum ſenſu, alia ſine ſenſu, ſenſitiua alia rationalis, alia irrationalis; & ſimilia: diuiſio enim quæ ſit generis per differentias ad eſſentiam pertinere videtur. Quod vero attinet ad ſcibile ad quid ſit, ita fiet diuiſio:

Omne

Digitized by Google

Omne quod eſt vel quieſcit in ſeipſo, vt Deus; vel ordinatur ad aliud vt creatura: Vel ſic omne quod eſt ens perfectum, vel ordinatur ad aliud, vel omnia ordinantur ad ipſum. Quod ordinatur ad aliud, vel ordinatur realiter, vel tantum intelligibiliter; quod ordinatur realiter, vel efficaciter, & cum principio motus ordinatur, vel ſine tali principio habet ordinationem; atque ita in alijs. De accidentibus diuiſio ita erit; linea vel eſt recta, vel curua; numerus par, vel impar; Corpus vel eſt lucidum, vel diafanum. Ideſt ſuſceptiuum lucis; Quod percipit lucem, vel ſuſcipit terminate, vt terra, & omnia colorata; vel interminata, vt tranſparentia: De cauſis, & ſcibili propter quid ita: Cauſa vel eſt prima, vel ſecunda; vel intrinſeca, vel extrinſeca; vel mediata, vel immediata; vel per ſe, vel per accidens, vel equiuoca, vel vniuoca; ideſt vel eiuſdem, vel diuerſi generis: Natura eſt principium motus, & quietis: Sol eſt cauſa diei, & noctis: Anima eſt cauſa vite, & mortis: Itaque ita in ſingulis ſcibilibus, & modis per ſe diuiſio ſcientifica reperietur.

Num. 7. De modo inueniendi diuiſionem.

Diuiſio ſic inuenietur: Dato aliquo ſubiecto, ſeu ente, quod habeat genericam latitudinem: vt plurimum enim diuiſio in tali latitudine reperitur: conſiderandum eſt; eſſe neceſſarium, vt generica latitudo ſuas habeat diffe- *Ex locis diuiſio.*

ferentias ita vt genus in vna ſui parte ſit vnius rationis, & in alia alterius: Si enim genus plures habet ſub ſe ſpecies; ergo habebit plures differentias eſſentiales; & hæc ſue latitudo diuerſitatem habebit: Dicatur ergo ſic; in latitudine generis ſemper dari duo extrema; latitudo enim eius non eſt infinita, ſed finita; quod autem eſt finitum extrema habet; extrema autem generis ſemper ſe habent ſicut perfectum, & imperfectum; in quocunque enim genere ait Ariſtot. ſemper datur aliquid primum, quod eſt metrum, & menſura aliorum: Igitur in ente, in eſſentia, in exiſtentia, in cauſis, in ſubſtantia, in elemento, in celo, in colore, demum in alijs generibus ſemper datur vna ſpecies, vel pars, quæ eſt alijs perfectior; & alia, quæ ſit alijs imperfectior: formæ enim ait Ariſt. ſunt ſicut numeri habentes gradus ad ſeinuicem: Cũ ergo quis inuenerit perfectiorem partem generis, videbit an illa ratio perfecta dicat quid poſitiuum veluti perfectior pars animalis eſt homo, cuius perfectio dicit quid poſitiuum nempe rationale; an vero dicat quid priuatiuum, veluti inter omnia entia Deus eſt perfectiſſimus; & de ipſo dicitur reſpectu noſtri modi cognoſcendi aliqua perfectio per modum priuationis; veluti eſt ſubſtantia increata, & infinita: cũ ergo pars perfectior dicit poſitiuum, ponendũ eſt hoc ex vna parte, & de omni alia generis latitudine eſt negandum; veluti animal aliud eſt rationale, aliud irrationale; Si vero perfectior pars dicit priuatiuum, tunc priuandum eſt ex hac parte, & affirmandum de reliqua tota generis

neris latitudine; Veluti ſubſtãtia alia eſt increata, alia creata; alia infinita, alia finita; finita alia incorporea, alia corporea; corporea alia animata alia inanimata: Hic eſt modus ex parte nobilioris portionis, quæ in genere ſit: ſecundus ergo modus hiuidendi erit ex parte ignobiliori, quæ ſimiliter vel dicit quid poſitiuum, vt eſt ſubſtantia corporea; ponit enim materiam; vel dicit priuatiuum, veluti priuationem animæ, vel ſenſus, vel rationis: & tunc poteſt fieri diuiſio affirmando, vel negando de infima parte generis; & poſtea contrarium afferendo de tota generis latitudine, vt patet ex datis exemplis: Tertius modus eſt diuidendi, cum ex vna parte accipiuntur extrema, ex alia media; ſic enim omnino tota generis latitudo accepta eſt: veluti omnis color vel eſt extremus, vel medius: ita de ſapore, & elemento, & aliјs, quæ media habent: Quartus modus eſt; cum latitudo ſubiecti habet tantum duo, quæ illam plene adæquent, tunc diſiunctiue affirmãdo illa de ſubiecto erit facta adæquata diuiſio; veluti linea vel eſt recta, vel curua; numerus par, vel impar: Ex his ergo modus diuidendi, eſt accipiendus.

Num. 8. De vſu huius diuiſionis.

HÆc diuiſio vehementer deſeruit ad omnia ſcibilia in præciſa, & propria ratione conſtituenda: Cum enim ſcientia ex proprijs ſit; & qui tractat de terra, vel de homine, vel alio debeat ſcire, quæ ſit propria illius exiſten-

tia; quæ materia; quæ forma; quæ natura; quis finis; quæ operatio finalis; iſta autem generice, vt plurimum conſiderentur; neceſſe eſt vti diuiſione, vt omnia dicta in terra, vel alio conſiderentur ſub propria, & diſtincta ratione: Ponamus ergo tractandum eſſe de terra, & querendum, quæ ſit illius materia præciſa; hoc per diuiſionem; ita fiet. In elemento dantur gradus materiales, ita vt vnum alio plus habeat materiæ; igitur neceſſe eſt dari vnum, in quo ſit ſummum materiæ, & alia minus ipſo habeant; hoc autem eſt terra: ita erit de forma: dantur in elementis gradus formales; igitur vnum habebit ſummum formæ, aliud minimum formæ; tunc diuidetur ſic: Elemẽtum aliud habet ſummum gradum formæ, aliud minus illo habet; ignis habet ſummum gradum &c. Ita in alijs iuxta ea, quę dicta ſunt; & hoc mode ſe habet demonſtratio diuiſiua de qua infra dicetur.

Sciendum eſt autem quod ad habendam ſcientificam diuiſionem; neceſſe eſt, quod diuidens ſciat prædicata ineſſe per ſe, & ſecundum regulã de vniuerſali primo in ſubiecto: ſi enim hoc neſciret, non diceretur habere cognitionẽ certam, & neceſſariam, & euidentem, qualis ſcientifica eſt: Debet etiam ſcire euidenter, vel per ſenſum, vel per intellectum, quod illa prædicata adæquent totum ſubiectum; veluti quod omnis linea ſit, vel recta, vel curua, & quod omne animal ſit vel rationale, vel irrationale. Et hęc de ſcientifica diuiſione ſufficiant.

DI-

DISTINCTIO VIII.

De demonſtratione diuiſiua.

NOnum inſtrumentum eſt demonſtratio diuiſiua, ideſt quæ fit cum ſcientifica diuiſione iam dicta. Huius finis eſt demonſtrare de ſpecie, vel quaſi ſpecie alteram partem diuiſionis, quæ in genere, vel quaſi genere continetur: Materia remota ſunt tres termini; ſubiectum eſt tanquam ſpecies; medium eſt genus quatenus in duas partes diuiſum eſt; prædicatum eſt altera pars diuiſionis, quæ in genere facta ſit: Materia proxima ſunt propoſitiones per ſe. In maiori genus eſt ſubiectum, & diuiſio illius prædicatum, ideo maior poteſt eſſe in quocunque modo per ſe, quia diuiſio in omnibus modis per ſe reperitur. In minori ſubiectum eſt ſpecies, prædicatum eſt genus cum altera parte diuiſionis, Ideo hæc minor debet eſſe in primo modo, quia genus de ſpecie prædicatur in primo modo per ſe, ſit autem exemplum. Elementum vel eſt extremum, vel medium; terra eſt elementum; ergo vel eſt extremum, vel medium: at non eſt medium, ergo eſt extremum: Breuius autem erit ſi minor id ita fiet; Terra eſt elementum, & non eſt medium; ergo terra eſt elementum extremum. Iterum fiet alia diuiſio; Elementum extremum, vel eſt in ſummo materiale, & in minimo formale; vel è contra eſt in ſummo formale, & in minimo materiale; ex 2. poſt 12. 4.

terra eſt elementum extremum; & non eſt in ſummo formale, & in minimo materiale; ergò terra eſt elementum in ſummo materiale, & in minimo formale: Ita de homine: Animal vel eſt rationale, vel irrationale; homo eſt animal; & non eſt irrationalis; ergo homo eſt animal rationale: Videtur autem hæc demonſtratio maxime conuenire cum demonſtratione ſigni; arguit enim à negatione vnius ad affirmationem alterius; & ab affirmatione vnius, ad negationem alterius: ex eo enim quod ſpecies non eſt ſub vna parte generis, ſequitur, quod ſit ſub alia: Euidentia autem huius demonſtrationis colligitur ſic: Omne genus dicit ſuam latitudinem ad ſibi ſubditas ſpecies; cū ergo ſubdita generi differant eſſentialiter; neceſſe eſt, quod genus in contraria, vel oppoſita, vel eſſentialiter differentia diuidatur: Cum itaque ſpecies extra latitudinem generis eſſe non poſſit; neceſſe erit, vt ſub altero membro diuiſionis contineatur: ſi enim ſub nullo continetur; ergo neque ſub genere continetur; diuiſio enim bimembris totā perſtringit generis latitudinem: ſi itaque excludatur ab vno membro, includetur in alio, vel è contra; euidentia igitur per hanc demonſtrationem habetur, ideo ad ſcientiam erit accommodata. Vſum autem huius demonſtrationis ex his, quæ de diuiſione dicta ſunt quiſque poterit intueri.

ex Ariſtot. vbi ſupra.

Exemplum autem huius demonſtrationis habetur ex Ariſtot. ſecundo phyſicorum tx. 77. vbi ſic argumentatur: Omne quod fit, vel fit propter aliquid, vel fit à fortuna & caſu; ſed ea

quæ

quæ fiunt ſemper, vel frequenter, fiunt, & non poſſunt fieri à fortuna, & à caſu; ergo talia fiunt propter aliquid: Simili argumentatione videtur vti ſæpius in Logica, & Metaphyſica de ente per ſe, & per accidens, ſic: omne ens vel eſt per ſe, vel eſt per accidens; ſcientia eſt de ente ſed non de illo, quod eſt per accidens: ergo eſt de ente, quod eſt per ſe: Aliæ plures huiuſmodi argumentationes inuenientur in Ariſt. & alijs: Hæc enim demonſtratio ſcientiæ accommodatiſſima eſt.

DISTINCTIO IX.

De inductione demonſtratiua.

DECIMVM, & vltimum inſtrumentum eſt inductio demonſtratiua; de qua, & de illius vſu modo dicendum eſt.

Num. 1. Quid ſit inductio.

1.poſt ix.1 INductio eſt argumentatio à ſingularibus ad vniuerſalia: Dicitur argumentatio; quia in ipſa non ſit ſyllogiſmus, ſed argumentantur ab antecedenti, ad conſequens: veluti hic, & hic, & hic homo eſt bipes; ergo omnis homo eſt bipes: Dicitur à ſingularibus ad vniuerſalia; vt ſpecificetur natura huius argumentationis: In quacunque enim argumentatione tria reperiuntur; primo terminus à quo ideſt res nota; ſecundo terminus ad quem ideſt res ignota; tertio tranſitus à re nota ad rem ignotam, qui proprie dicitur argumẽtatio: Vt igitur explicetur, quid ſit inductio, dicitur, quod terminus à quo, ideſt antecedens, ſeu res cognita ſunt ſingularia; terminus ad quem, ſeu conſequens, & res ignota, eſt vniuerſale; tranſitus vero ab illo ad hunc eſt argumentatio per modum antecedentis, & conſequentis: Nunc igitur aſſignandæ ſunt regulæ, quibus hæc argumentatio recte facienda ſit.

Num.

Num. 2. De duplici inductione probabili, & ſcientifica.

HÆc argumentatio à Singularibus ad vniuerſalia aliquando fit probabiliter, aliquando fit euidenter; Poetæ, Oratores, Hiſtorici, Iuriſperiti, & alij ſæpiſſime argumentantur, vt dictum eſt, ſed ſine euidentia, & cum ſola probabilitate; veluti Iuriſperitus ait, Qui ſemel fuit malus ſemper præſumitur malus, in eodem genere mali: Et Poeta dicit, ab vno diſce omnes: & communiter dicti authores ex eo, quod vident plures ſingulares vnius ciuitatis, vel regionis eſſe tales, vt fortes, vel aſtutos; colligunt illam nationem talem eſſe; veluti Romanos milites in bello tereſtri excedere Cartaginenſes; in nauali ſuperari ab illis: atq; ita in alijs multis. Simplex igitur argumentatio ab aliquibus ſingularibus, vel etiam multis, ad vniuerſale probabilis tantum eſt; quia intellectus aliquam euidentiam habere non poteſt: Alia eſt igitur argumentatio non ſimplex, ſed cum additione alicuius regulæ logicæ à ſingularibus ad vniuerſale; & hæc ſi recte adhibeatur euidentiam facit; & dicitur inductio ſcientifica, atque demonſtratiua; & de hac modo dicendum eſt; ſed prius aliqua de indiuiduo, & de regula logica eſt dicendum. vt in Rethoricis.

Num.

Num. 3. De indiuiduo, & quomodo à ſpetie differens ſit.

lib. præd. c. de ſpecie

INdiuiduum dicitur omnis res ſingularis, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens; veluti Socrates, hic equus, hæc albedo, hæc domus, & ſimilia: In hoc indiuiduo plurima reperiuntur, quorum aliqua per ſe illi inſunt, aliqua per accidẽs illi adhærent: Hæc quinque poſſunt per ſe ineſſe indiuiduo: primo exiſtentia; ſecundo materia; tertio forma; quarto ordinatio finalis; quinto accidentia, quæ per ſe fluunt à quatuor, quæ dicta ſunt: Hæc omnia per ſe in indiuiduo eſſe poſſunt; Per accidens indiuiduo inſunt omnia alia, quæ ad dicta iam quinque pertinentia non ſunt: Poſſunt autem circa hoc tradi multæ regulæ; & prima ſit: illa omnia, quæ ſpeciei conueniunt in aliquo modorum per ſe, omnino cõuenient eadem ratione indiuiduis, quæ ſub illa ſpecie contenta ſunt: ſecunda erit: illa, quæ per ſe non conueniunt ſpeciei, ſi reperiantnr in indiuiduo; omnino non per ſe, ſed per accidens illi conuenient: tertia regula erit: Quæcunque cõueniunt indiuiduo, vt indiuiduum eſt, ſemper per accidens, & non per ſe inerunt illi: Poſſunt autem iſtæ regulæ probari in ſingulis modis dicendi per ſe: In primo enim modo per ſe continetur eſſentia, ſeu materia, & forma: Cum ergo ſpecies, vt equus, dicat totam eſſentiam, & indiuidua nihil eſſentiæ addant ſpeciei; ſi enim adderent eſſentiam; illud eſſentiæ, quod adderent

ex 1. poſt. ca 8. & 9.

rent eſſet differentia, & ſic equus non eſſet ſpecies, ſed genus; igitur indiuidua addunt tantũ accidentia; vnde dicuntur differre numero; ergo ſi aliquid eſſentiæ conuenit indiuiduo, conuenit etiam ſpeciei; quod eſt dicere illud totũ, quod conuenit vni indiuiduo in primo modo per ſe, conuenit etiam ſpeciei in eodem modo: ſit exemplum: equus ſpecies habet animam, & corpus; materiam, & formam: Hic equus indiuiduum habet eadem, & nihil plus, neque minus: vnde poteſt fieri neceſſaria, & euidens conſequentia; ſi hic equus habet tale corpus, & talem animam, ſeu talem materiam, & talem formam; ergo omnis equus habet eandem: omnia enim indiuidua eandem omnino eſſentiam cum ſpecie habent: In tertio etiam modo idem erit; per ſe enim exiſtere, cum conuenit ſpeciei, conuenit, & indiuiduo; & ſi huic, & illi; & ſi nõ vni horum, nec alteri; patet exemplo: equus per ſe exiſtit, ideſt non indiget alio ad exiſtendum; neq; dicitur de ſubiecto; hic etiam equus per ſe exiſtit; albedo non exiſtit per ſe; ergo neque hæc albedo: hæc nigredo corui non exiſtit per ſe, ſed per coruum; ergo nulla nigredo exiſtit per ſe; ratione etiam probatur: eſſentia ſemper eſt fundamentum exiſtentiæ; hæc enim eſt modus quidam eſſentiæ; & ideo ex eo quod partes rei cõſtituunt totum quoddam perfectum, ſicut facit materia, & forma equi; res dicitur ſubſtantia, & ens per ſe exiſtẽs; ſed eſſentia ſpeciei, & indiuidui omnino eadem eſt in ratione eſſentiæ; ergo ſi vnum exiſtit per ſe, omninò & aliud per ſe exiſtet: vbi enim eſt eadem eſſentia,

ex cap. de ſpecie.

ibi

ibi omnino eſt idē modus eſſendi; rectè igitur, & euidenter poterit quis per inductionem arguere, hic equus ꝑ ſe exiſtit; ergo omnis equus per ſe exiſtit: hæc albedo niuis non exiſtit per ſe: ergo nulla albedo exiſtit per ſe: Idem erit in quinto modo de ordinatione finali; vna .n. ſpecies vnicum habet finem, qui finis eſt communis etiam omnibus, & ſingulis indiuiduis, qui in illa ſpecie ſunt; iuxta .n. eſſentiam eſt etiam finis; at in illis eſt eadē eſſentia: quod ſi vnum indiuiduum finem maiorem, vel minorem haberet ab alio; omnino etiam maiorem, vel minorem haberet eſſentiā; quia eſſentia, & finis proportionata, & adæquata ſunt: idem igitur finis eſt in ſpecie, & in ſingulis indiuiduis; vnde licebit arguere ab indiuiduo ad ſpeciēt; hic equus per ſe habet hunc finem ergo omnis equus talē finem habebit: Idem de ſecundo modo per ſe poterit dici; Illa .n. accidentia, in quorum diffinitione ponitur ſubiectum, ſunt in ſecundo modo per ſe; & duo illis cōueniunt; vnum eſt quod fluāt à cauſa, quæ ſit in ſubiecto, & per ſe illi cōueniat, nempe quod fluāt ab exiſtētia, eſſentia, natura, vel ordinatione rei; & aliud eſt, vt eidē rei cōueniant in ordine ad finem, vel operationem finalem; Cum ergo iſta accidentia fluant à dictis cauſis; & reſpiciāt finem; & in ſpecie, ac indiuiduis eis, ſemper eadem omnino ſunt, exiſtentia, eſſentia, ordinatio, & finis; ergo talia accidētia, ſi erunt in ſpecie, erunt & in indiuiduis; & ſi in vno indiuiduo in omnibus: vbicunque enim eſt cauſa accidentis, ibi eſt ipſum accidēs; ſed ſpecies, & indiuidua habēt eaſdem cauſas;

ergo

ergò & eadem accidentia; igitur licebit per inductionem arguere ſic; hic equus habet vitam, ſentit, manducat, viuit, & hæc per ſe illi conueniunt in ſecundo modo; ergo omnis equus eadem habet accidentia: Idem erit de quarto modo, nempe de cauſis, & effectibus: Si enim forma equi in ſpecie eſt anima; quæ eſt cauſa vitæ, & talis vitæ; omnino, ſi eadem anima eſt in ſingulis equis, in eiſdem erit idem effectus; quia ab eadem cauſa prouenit idem effectus; vnde ſi de hoc equo licitum eſt dicere, quod habet talem vitam, nempe aptam conſequi talem finem; omnino da quolibet equo in particulari, & de illo in vniuerſali per inductionem licebit arguere: Verum igitur eſt, quod omne prædicatum, quod per ſe ſit in ſpetie, eſt etiam in omnibus, & ſingulis indiuiduis; & quod non conuenit per ſe ſpeciei, non conuenit per ſe indiuiduis; & quod conuenit per ſe vni indiuiduo conuenit etiam per ſe alijs, & toti ſpeciei; & quod omne, quod conuenit ſigillatim vni indiuiduo, non per ſe, ſed per accidens conuenit illi: Ex his autem regulis apparet modus, quo inductio demonſtratiua fieri poſſit.

Num. 4. Quomodo inductio demonſtratiua facienda ſit.

SIc eſt facienda: In antecedenti tres termini accipi debent; primus ſit indiuiduum, veluti Socrates; ſecundus ſit prædicatum, veluti intellectus; tertius ſit terminus logicus, nempe per ſe, *ex 1. poſt. tx. 22. ex lib. prædicab. c. ſpecie.*

ex 1. phyſ. ex 1. & 2. & alibi. ſe, ſiue in primo, ſiue in alio modo ponatur; in dato autem exemplo eſt in ſecundo: igitur fiet ſic argumentatio; Socrates, qui eſt homo, per ſe ſecundo modo habet intellectum; ergo omnis, & quilibet homo habet intellectũ: Ita hic equ' per ſe in primo modo habet corpus; & tale, & talem animam; ergo omnis equus per ſe in eodem modo idem corpus, & eadem animam habet: Ita hic equus per ſe tanquam ad finem ordinatur ad ferendum ſeſſorem; ergo omnis equus per ſe ad talem finem eſt ordinatus: Patet autem euidentia conſequentiæ ex his, quæ dicta ſunt: ſi enim euidens eſt, prædicata per ſe infallibiliter conuenire tum ſpeciei, tum omnibus indiuiduis; ergo ſi inuenio in *vno* indiuiduo prædicatum per ſe, illud idem in ſpecie, & in alijs indiuiduis potero affirmare, quaſi ſimili ratione, qua dictum eſt de demõſtratione ſigni; ſi enim reperitur in hoc prædicatum in vno, & non in alio; ergo falſum eſt, quod non poſſit reperiri in vno, & non in alio; hoc autem ſupponebatur verum eſſe; ergo talis conſequentia euidens eſt.

Num. 5. De vſu inductionis demonſtratiuæ.

ex cap. de ſpecie & ex 2. poſt. c. 2. VSus ad duo potiſſimum deſeruit: primo quidem ad probandum aliquod prædicatum per ſe de ſpecie; & tunc arguitur à ſingulari ad ſpeciem ſic: In hoc indiuiduo ineſt prædicatum per ſe in tali modo; ergo in tota ſpecie

talis

talis indiuidui inerit tale prædicatũ; & de hoc dictum eſt iam. Secundo vſus eſt ad probandũ aliquod magis vniuerſale eſſe primum ſubiectum, & ſecundum regulam de vniuerſali primo reſpectu alicuius prædicati; & tunc in antecedenti accipiuntur tres termini; primus eſt minus vniuerſale, vt equus; ſecundus eſt prædicatum, quod debet probari de magis vniuerſali, vt eſt vita; tertio eſt regula de vniuerſali primo ſic: equus, vt eſt animatus viuit; ergo omne animatum viuit: Socrates, vt eſt homo, eſt riſibilis; ergo omnis homo eſt riſibilis: homo, ſecundum quod animal, ſentit; ergo omne animal ſentit: Corpus, quatenus habet materiam, eſt quantum; ergo omne habens materiam eſt quantum; atque ita de alijs: Eſt autem neceſſe, cum quis ſic arguere velit, quod euidenter ſciat, quod de minus vniuerſali tale prædicatum dicatur per ſe; & quod cum dicet; quatenus tale; intelligit ſecundum regulam de vniuerſali primo.

ex 1. poſt. de vniuerſali primo. & 1. poſt tx. 22. & 2. poſt tx 1. & 2. & ibi cap. de fort. & alibi.

Num. 6. Quomodo inductio ad demonſtrationem per principia per ſe nota reducatur.

HÆc inductio demonſtratiua poteſt reduci ad demonſtrationem, quæ eſt per principia per ſe nota ſic; Illud prædicatum, quod vni indiuiduo conuenit in aliquo modo per ſe, ſemper conuenit omnibus indiuiduis, atque ſoli ſpeciei; ſed Socrati, & Platoni, qui ſunt particula-

ex loci citatus.

res homines, conuenit habere naturam, vel animam, vel intellectum, vel vitam per ſe in primo, vel in ſecundo modo; ergo omni homini conuenit habere naturam, & alia quæ dicta ſunt: Vbi medium eſt principium per ſe notum ſupra explicatum; & in maiori applicatum tum indiuiduo, tum ſpeciei; In minori vero applicatum tum indiuiduo, tum prædicato, quod de ſpecie probandum eſt: In concluſione autem prædicatum ſpeciei ineſſe continetur: Alio etiam modo de genere ita fiet: Illud prædicatū, quod ſpeciei conuenit per proprium genus, licet ſit tum in genere, tum in ſpecie, per prius tamen generi, quam ſpeciei ineſt; ſed haberet animam ſenſitiuam conuenit homini, quatenus animal eſt; ergo habere animam ſenſitiuam prius conuenit animali quam homini; Imo vniuerſaliter primo animali ipſi conueniet: Et hæc de inductione dicta ſuffitiant.

LIBER QVARTVS

De vſu inſtrumentorum, & methodo.

DISTINCTIO PRIMA.

De methodo.

HVcuſque dictum eſt de ſcientia; de ſcibili; de regulis logicis; & de inſtrumẽtis ſciendi; omnia enim ad methodũ ſcientificam pertinebant: ſicut enim ad artem ædificandi pertinet cognoſcere, quæ ſit forma domus; quæ materia; quibus modis materia aptetur formã domus; quæ ſint inſtrumenta ædificandi, ſeu formam demus in materia recte introducendi; quis ſint inſtrumentorũ vſus; & demum, quę ſit recta ratio domus ædificandæ; ita ad praxim ſcientificã pertinere videtur, vt cognitum ſit; quæ forma ſit ſcientiæ; quæ ſcibilia materia illius ſint; & quomodo per regulas logicas iſta materia ad ſcientiam accommodetur; & quibus inſtrumentis ſcibilia ad rationẽ ſcitam reducantur; quis etiam ſit illorum vſus inſtrumentorum; & demum quęnam obtinẽdi ſcientiam recta ſit ratio: Cum itaq; de alijs vſq; modo dictum ſit, ſupereſt, vt de methodo, & de vſu inſtrumentorum nunc proponatur.

Digitized by Google

Num. 1. Quid ſit methodus.

ex 1. phyſ. tx. 1. & ſeq. Methodus, quæ etiã dicitur modus ſciendi, ſic videtur poſſe diffiniri: Eſt recta ratio rerum ſcibilium: ideſt methodus dicit rectam rationem, vt per eam de ſcibilibus ſcientia habeatur: ſicut enim ars dicitur recta ratio factibilium; ita methodus recta ratio rerum ſcibilium dicenda eſt: Aliter etiam, & clarius ſic poteſt diffiniri: Methodus eſt recta ratio omnes partes ſcibiles colligendi, collectas congruo ordine diſponẽdi; diſpoſitas ad rationes ſcitas logicis inſtrumentis, & regulis reducendi: Quod autem ita de methodo ſtatuendum ſit apparet ex his, quæ de ipſa Ariſt. docuit, & obſeruauit: In ſuis tractationibus .n. ita obſeruauit, vt primo colligeret omnia, quæ de re ſciri debent; ſecũdo vt recto ordine diſtingueret; tertio vt euidenter illa probaret: Ita etiam docuit faciendũ eſſe: Ait .n. ſapientem debere omnia ſcire quantum poſſibile ſit; & debere talia principia ponere, per quæ omnibus quæſitis ſatisfatiat, & debere incipere ab his, quæ magis nota ſunt, & ideo à magis vniuerſalibus: & oportere, quod habeat magnam rerum certitudinem; illamq; nõ quomodocunque, ſed per cauſa: demũ conſiderãti quid ſit ſcientia, patebit, quod illa per tria dicta obtinetur; ſi .n. ſcientia ſit vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidẽs cognitio; ſi etiã methodus colligit vere omnia ſcibilia; quod eſt adæquate illa colligere; ſi etiam recto ordine diſtinguit; ꝙ eſt recte illa diſtinguere, & vere; ſi demum

Ibid. (margin)

ex 1. meth. proc. & 1. phyſ. tx. 1. & 2. phyſ. tx. 27 (margin)

demum eadem ſcibilia certo, & euidenter probat, patet quod methodus docet omnia præſtare, quæ ad perfectã ſcientiam deſiderari videntur: bene igitur diffinita methodus eſſe videtur

Num. 2. De fine Methodus ſcientifica.

SVmme refert, vt quis cognoſcat diſtinctè, quid methodus ſit: Ideo illius cauſæ nunc proponentur: Finis igitur methodus eſt, dirigere ad omnia illa rectè præſtanda, per quę quis poſſit perfectam cuiuslibet rei ſcientiam obtinere: ſicut enim finis artis ædificandi, vel ſcribendi, vel pinguendi, vel canendi eſt dirigere ad illa omnia præſtanda, per quę recte quis poſſit domum ædificare, ſcripturam, vel picturam efficere; ita de methodo eſt dicendum.

ex 1. phyſ. tx. 1. & ſeq. & ex tota Ariſt. phyloſoph. reſpectu modi tractãdi.

Num. 3. De differentia inter logicam, & methodum.

LOgica, & methodus quadam ratione differunt in fine: Finis enim logicę eſt docere regulas, præcepta, & inſtrumẽta, quibus quis poſſit ſcientiã obtinere; ſed de vſu, & applicatione dictorum ad ipſam quodammodo non ſpectat ex profeſſo tractare: Logica igitur principaliter docet inſtrumẽta ſciendi, ſecundario tractat de vſu illorum: At methodus principaliter agit de vſu, & applicatione eorum, quę in logica docentur, quod ſi tractat de inſtrumentis, hoc facit in gratiam vſus, & applicationis illorum: Quod ſi logica diuidatur in docentẽ; quæ doceat dicta;

arg. ibid.

& vtentē; quę illis vtatur; tunc methodus idem, quod logica vtens eſſe dicetur: Sicut enim faber efficit inſtrumenta ædificandi; ædificator vero vtitur illis; ita & de inſtrumentis ſciendi dicendum eſt, quod aliud ſit docere, quomodo efficiantur; aliud quomodo illis vtendum ſit.

Num. 4. De materia methodus.

Arg. ibid. MAteria remota, circa quam verſatur methodus, eſt res, de qua ſcientia habenda ſit: veluti ignis: Sicut .n. ſe habet locus in quo domus eſt edificanda, ad ipſam domum; ita res ipſa, de qua ſcientia haberi debet, ſe habet ad ſcientiam: Materia autem proxima methodus hæc duo ſunt; primo omnia ſcibilia propoſitæ rei: ſecūdo omnes regulæ, & pręcepta, & inſtrumenta logica: ſicut enim ars ædificandi habet pro materia tum ea, ex quibus domus ædificatur; tum inſtrumenta, per quæ ædificatur; ita & de methodo eſt dicendum.

Num. 5. De forma methodus.

ex tota Ar. Phyloſph. PRo intelligentia, quæ ſit forma methodus, ſciendum eſt; quod in methodo tria conſiderantur; primo ſcibilia, quæ ſunt in re; ſecūdo regulę, pręcepta, & inſtrumenta, quibus ſcibilia tum colligūtur, tum cognoſcuntur; tertio vſus, & applicatio dictarū regularum, & inſtrumentorum: Forma igitur methodus potiſſimū conſiſtit in recto vſu, & recta applicatione regularum logicalium ad ea, quæ in re ſcibilia ſunt: & de hoc modo diſtinctę dicendum eſt.

Num. 6.

Num. 6. De efficiente methodus.

ILlud à quo efficitur methodus eſt intellectus à Logica, & à methaphyſica adiutus: & Ariſt. fuit primus, qui in ſuis tractationibus optima methodo vſus ſit: ab illo ergo & ab alijs authoribus ratio methodica eſt ſumenda: Et ex his quid ſit methodus cognoſcetur.

DISTINCTIO II.

De triplici methodo inquiſitiua, naturali, & doctrinali.

NVnc de diuiſione methodus eſt dicendum: Plura autem circa hoc dici poſſent, ſed pauca dicere ſatis eſt; quod enim attinet ad praxim nunc proponendum eſt.

Num. 1. De methodo naturali, & intellectuali.

VT autem de diuiſione methodus, quod dicetur, intelligatur; ſciendum eſt, quod duo ſunt principia vniuerſaliſſima, à quibus tũ res, tum ſcientiæ dependent: Vnum eſt natura, aliud eſt intellectus: Natura facit res ſcibiles; intellectus illas cognoſcit: A natura producitur obiectũ ſcientiæ; ab intellectu obtinetur ſcientia de illo: Diuiſio igitur ſciẽtiæ à duplici principio prouenire poteſt; nempe vel à natura; & ſic di- Ar. 1. phyſ. tx. 2. & 3.

ſic dicitur, ſcientiæ ſecantur ſicut & res; vel ab intellectu, vnde dicitur à notioribus nobis eſt inchoandum: Hinc oritur, quod duplex methodus eſſe dicatur; vna naturalis; alia intellectualis: Naturalis dicitur illa, per quam ita diſponuntur res, ſicut ſe habent apud naturã: Intellectualis vocatur ea, per quam in ſcientia intellectus aliũ ordinẽ ſeruata naturali: & de vtraq; methodo Ariſt. loquutus eſt in primo phyſicorum, & alibi.

Num. 2. De methodo compoſitiua, & diuiſiua; ſeu reſolutiua.

ex 1. phyſ. tx. 4. & 5. tx. cap. de ſpecie. ex 1. poſt. & 2.

EX dictis oritur alia diſtinctio circa methodum: Quædam enim methodus dicitur compoſitiua, alia diuiſiua: Compoſitiua eſt illa per quam proceditur à cauſis ad cauſata; cum enim aliquid fit, tunc cauſæ colliguntur, & vniuntur, & ſimul ponuntur, vt compoſitum, & res ipſa fiat: Diuiſiua eſt illa, per quam ab effectibus, ſeu cauſatis proceditur ad cauſas; tunc .n. effecta res in cauſas producentes diuiſa eſt; & hæc methodus dicitur etiam reſolutiua; quia procedit reſoluendo res in cauſas ſuas: Methodus naturalis poteſt eſſe tum compoſitiua, tum reſolutiua: In productione enim rei natura procedit componendo; quia ex cauſis componitur res: in corruptione vero reſolutio fit in principia; vnde etiam aliqui dicũt fieri reſolutionem vſque ad materiam primam: ſimiliter methodus intellectualis poteſt eſſe cõpoſitiua, ſi procedat à cauſis ad cauſata; & eſt etiam diuiſiua ſi cauſata reſoluat in cauſas ſuas.

Num. 3.

Num. 3. De methodo inquiſitiua, & doctrinali.

Methodus intellectualis duplex dicitur eſſe; vna inquiſitiua; alia doctrinalis; cum enim intellectus in ſcientia duo potiſſimum facere intendat; vnũ eſt inuenire, vel diſcere ſciẽtiam; aliud eandem iam inuentam docere; diuerſimode autem ſe habere debeat in inueniendo, quam in docendo; efficitur, vel duplex methodus ſtatuatur, quæ accommodata eſt ad vtrunque. ex 1. phyſ. & 1 meth. & 1 de anι. & alibi.

Num. 4. In quo dictæ methodus conueniant, & differant.

Omnes dictæ methodus conueniunt in duobus, primo quidem in hoc, quod ſingulæ tria faciunt, nempe colligunt ſcibilia; ſecundo diſtinguunt, & ordinant; tertio cum certitudine, & euidentia, ſi ſcientificæ ſunt, probant: Hæc enim tria in quacunq; methodo reperiuntur: Secundo conueniunt in hoc, quod omnes colligunt non aliqua ſolum, ſed omnia ſcibilia: Ita ait Ariſtot. primo Phyſ. vbi aſſerit ſecũdum omnes methodus debere cognoſci cauſas, & principia vſque ad elementa, ſi talia in re inſint conſiderata. vt ibid. tx. 1.

Differunt autem in ordine, & in probatione: Vna enim methodus ab alia aliter ordinat, & probat ſcibilia: Naturalis enim ſemper obſeruat ordinem, qui naturæ rei conformis ſit; incipit

1. phyſ. 12. 2. & ſeq. incipit etiam, ait Ariſtot. ab his, quæ naturæ notiora ſunt: in probatione vero à cauſis procedit ad effectus, quia apud naturam cauſa & nobilior, & prior effectu eſt: Intellectualis vero non ſemper naturæ ordinem ſeruat: Inquiſitiua enim methodus libera eſt; Hanc tantum regulam habet; illa, quæ ſunt notiora, & aliorum cognitioni deſeruiunt ordinarie ſunt præmittenda, tam quoad ordinem, quam quoad probationem: Siue igitur cauſæ, ſiue effectus, ſiue ſigna, ſiue accidentia notiora ſint, ab illis eſt inchoandum: Doctrinalis vero methodus, etſi ſtudet, quantum fieri poteſt, vt in ordine, & probatione à naturali methodo non recedat; nihilominus ſi contingat, quod naturali ordine ſeruato, minor in diſcente eruditio gignetur; tunc ab illo in tantum ſe deflectit, inquantum eruditioni, & capacitati addiſcentis exiſtimat expedire: Hæc igitur de diuiſione, conuenientia, & differentia inter methodus attigiſſe ſufficiat.

DI-

DISTINCTIO III.

De recta ratione omnia ſcibilia colligendi.

AIt Ariſtot. ſapiens debet ſcire omnia, quantum poſſibile eſt: Ergo quilibet Poeta; vel Orator; vel Hiſtoricus, vel Iuriſperitus, vel Medicus, vel Phyloſophos, vel Theologus; cum vult ſapiens eſſe in cognoſcendo, vel tractando de aliqua re, veluti bello, regno, imperio, dote, teſtamento, febri, elemento, ſacramento, & alijs, neceſſe eſt, vt cognoſcat, vel tractet omnia illa, quæ de tali re, iuxta facultatẽ ſuam, ſcibilia, & cognoſcibilia ſunt: Hoc autem nullus efficere poteſt, niſi habeat certã regulam, & modũ, qua dicta omnia ſcibilia colligere poſſit: Recte igitur methodus primo intendit rectam tradere ratõnẽ omnia ſcibilia colligẽdi: Licet autem circa hoc multa in primo libro dicta ſint; tamen hic adhuc aliqua, vel proponenda, vel repetenda ſunt. 1. meth. proc.

Num. 1. De regulis ab Ariſt. datis pro collectione ſcibilium.

REgulæ ab Ariſt. datæ duæ ſunt: Vna Phyloſophica, altera logica, vt dictum eſt: Phyloſophica eſt hæc; debere omnia ſciri in quacũque re, quæ pertinẽt ad quatuor cauſas; nempe materialem, formalem, efficientem, & finalem: & ille, qui omnia ad has cauſas pertinentia co- 2. phyſ. te. 1. & alibi fuſius in 1 metaph.

gnoui:,

gnouit, nihil videtur omiſiſſe, quod de propoſita re ſcibile ſit: ex his enim cauſis perfecta habetur rei cognitio: Igitur ſi præfati authores velint tractare vel de bello, vel de imperio, vel alio; omnia, quæ ad dictas cauſas pertinent, ſunt ab illis conſideranda: Regula autem logica eſt hæc, quatuor debere ſciri de quacunque re, quæ ſit perfecta; nempe an ſit; quid ſit; quia ſit; propter quid ſit: veluti an fuerit Troianum bellum; quid fuerit dictum bellum; Quæ illius accidentia propria ſint; Propter quid talia in illo fuerint accidentia: Nos autem in hac praxi miſcuimus regulam logicam, & Phyloſophicam: & in gratiam cauſæ finalis quinque diximus eſſe ſcibilia; & quid in ſingulis eorum contineatur expoſitum eſt: ex his igitur regulis poteſt haberi ratio ad omnia in quacunque propoſita re ſcibilia colligenda.

Num. 2. De regulis de omni, per ſe & vniuerſali primo.

3. poſt 11. 8. & 9. ADhuc Ariſtot. regulas tradidit de per ſe, quibus inuenirentur omnia ſcibilia: Modi enim per ſe docent diſtinguere ſcibilia à non ſcibilibus; & eadem ſcibilia inter ſe: de hoc autem dictum eſt iam: ſimulque eſt explicatum, qua ratione per regulam de vniuerſali primo omnia ſcibilia appropriate ad ſcientiam accomodentur: Et hoc igitur tantum attigiſſe ſufficiat.

Num. 3.

Num. 3. De vſu, & applicatione dictarum regularum.

Dictum eſt etiam, quomodo iſtis regulis ſit vtẽdum; ſignificatum eſt enim quod exiſtentia, vel eſſe rei reſpicit cauſam efficientem, & ſcibile an ſit: Eſſentia vero pertinet ad cauſas materialem, & formalem, & ad ſcibile quid ſit: Porro ordinatio finalis, & finis, quatenus reſpiciunt ipſam rem, referuntur ad eandem cauſam finalem, & ad quintum ſcibile dictum ad quid ſit: Accidentia vero, quæ per ſe rei inſunt, reſpiciunt ſcibile quia ſit, & referuntur, nõ primo, ſed ſecundario ad cauſam finalem cum ſint poſterior quædam ratio ſe habendi ad finem. Demum quia cauſæ rei, non ſolum cauſa ipſius ſunt; ſed etiam accidentium, quæ rei per ſe conueniunt, cauſæ exiſtunt; ꝓpterea cognitio; quomodo cauſæ rei ſint etiam cauſæ accidentium; ad ſcibile propter quid dictũ eſt ꝑtinere. Bene igitur in vniuerſali omnia cõſtituta eſſe videntur: Sed remanent nunc duæ difficultates; vna eſt de modo inueniendi omnia ſcibilia; alia de ratione diuidẽdi ſcientiam in partes principales; ita vt nihil eorum, quę ſcibilia ſunt omiſſum videatur. Ideo de hoc modo dicendum eſt. vt ſupra lib. 1.

Num. 4. De modo inueniendi, & colligendi omnia ſcibilia.

Hæc praxis pertinet ad methodum inquiſitiuam; ad illam enim ſpectat dirigere, vt ſup. in 1. lib probatum eſt

vt omnia ſcibilia inueniantur: maxime autem refert, vt quis hoc ſciat præſtare: Ad hunc igitur modum obtinendum ſcire oportet, quod in re iſta reperiuntur primo exiſtentia; ſecundo materia ita determinata; tertio forma ita determinans; quarto ordinatio finalis; quinto accidentia operationi finali accommodata; ſexto operatio finalis; ſeptimo ipſe finis: Deinde ſciẽdum eſt quod omnia dicta ordinantur ad finem qui dicitur cauſa cauſarum; operatio enim finalis eſt medium ad obtinendum finem; Accidentia per ſe ſunt medium ad exercendam operationem; exiſtentia, materia, forma, & ordinatio finalis, ſeu natura, ſunt principia tum rei, tum accidentium, & operationis finalis; & omnia ad finem ſunt ordinata: ex quo ſequitur, quod adæquate ad finem ſe habent; ita vt hęc ſeptem nec in magno, nec in paruo ſe vel excedunt, vel exceduntur: Sequitur etiam, quod per demonſtrationem ſigni; & per eam, quæ eſt per principia per ſe nota vnum horum poteſt cognoſci per aliud: Et ex hoc habetur vera, & propria ratio inueniendi omnia ſcibilia; Ita enim inquirens procedere debet.

Primo debet inſpicere an aliquod horum ſeptem vel ſenſui, vel intellectui notum ſit; voluti an operatio finalis; an finis; an materia; an forma; & ita de alijs: Comperto, quod hoc, vel illud notum ſit; debet tentare, vt in ratione præciſa, & adęquata illud cognoſcat: veluti in equo notum eſt, quod ferat hominem; in terra quod moueatur deorſum; tentandum eſt videre præciſam rationem, qua ille ferat hominem: & iſta

ex Ar. 1. phyſ. tx. 2.

mouea-

moueatur deorſum: de hoc .n. iam dictum eſt; Sit igitur cognitum, quod operatio finalis equi ſit, transferre hominem de loco ad locum cum rebus ſuis; & quod tres ſint operationes illius nempe ferre ſeſſorem; ferre onera; & trahere thedam; & modus talis operationis ſit, vel velociter, & commode id fiat; tũc ex hoc licebit ſic arguere: Hæc operatio finalis neceſſario debet habere finem ſibi adæquatum: igitur finis equi erit homo vt transferendus cum rebus ſuis de loco ad locum velociter, & commode: & hoc ex dictis per ſe notum eſt ſequi. Iterum arguet ſic: Si talis eſt finis, & operatio; ergo equus talẽ habet ordinationẽ; nempe ad illum finem; & hoc adæquate, & præciſe: Amplius neceſſario habet naturam tali operationi adæquatam; cauſa enim, & effectus adæquate ſe habent; natura autem equi operationum illius cauſa eſt: Amplius arguet; ergo in anima, & materia equi talia debent eſſe accidentia, per quæ dicta operatio fieri poſſit: Ergo talis debet eſſe materia, & forma, & conſequenter equi exiſtentia, atque ita omnia inquiri, & inueniri poſſunt ſcibilia propoſitæ rei, ſicut etiam ſupra dictum eſt.

Aliud etiam exemplũ ponatur de cathedra. Si enim proponatur cathedra, vt de illa omnia ſcibilia inueniãtur: inſpiciam materiam, & formam, quia hæc ſenſui manifeſta ſunt: Si itaque videro ſimplex ſcamnum ligneum: dicam finẽ eius eſſe ſimplicem ſeſſionem, ſi videro eleuari cathedrã ita vt dorſum illi poſſit inniti; dicam eſſe ſeſſionem etiam cõmodam dorſo: ſi adhuc caput poteſt inniti, dicam capiti commodam

eſſe:

eſſe: ſi brabijs appoſita ſunt ſuſtētacula, dicam & illis commodam eſſe: ſi in loco ſeſſionis ſit puluinar infixum, dicam mollem ſeſſionem prętendi: ſi demum materia ſit lignum, vel aliud pretioſum, & miro artificio elaboratum; dicam prętendi honorabilem ſeſſionem: Si igitur hæc omnia videro: dicam quod finis eſt ſeſſio mollis honorabilis, cōmoda dorſo, capiti, & brachijs: Ex quo colligam operationem eius eſſe talia præſtare: ideo recte talem materiam, & formam obtinuiſſe.

Aliud exemplum de homine, prout ordinatur ad finē naturalem. In homine nota eſt operatio, ꝙ poſſit cognoſcere omnia etiam Deum
1 meth. cap. 2. ipſum, & quod poſſit ex cognitis diligere, vel odio habere, quod vult: & hinc colligam operationem finalem; cum .n. cognitio, & dilectio Dei ſit nobilior omni alia cognitione, & amore; finalis autē ait Ar. operatio nobiliſſima ſit, ſicut & finis optimum eſſe dicitur; colligam, quod cognitio, & dilectio Dei finalis hominis ſit operatio: Hinc colligam, quod Deus, vt cognoſcendus, & diligendus finis naturalis hominis ſit: Adhuc colligam neceſſario in homine dari accidentia, à quibus cognitio, & dilectio producantur, & ſunt intellectus, & voluntas: Vlterius colligam neceſſarium eſſe, dari naturam in homine, quæ efficaciter inclinet ad dictas operationes, & illarum principium ſit, & colligā hominem omnino per illam ordinari ad finem ſibi naturalem: Colligam amplius, quod ſit neceſſe dari in homine animam, quæ intellectus, & voluntatis cauſa ſit; & ideo intellectiua dicatur;

Ita

Ita quod ſit neceſſe in homine tale corpus, & talem materiam dari, quæ adiuuet, & non impediat dictas operationes: Demum de exiſtentia arguetur; quod forma hominis non ſit immerſa materiæ; ſed ſit forma ſubſiſtens, ita vt in duas portiones diuidatur; Quarum vna cum corpore ſemper operetur, & hæc dicitur ſenſitiua, & inferior; quæ omnia materialia, & ſingularia cognoſcat; Alia ſine corpore operationem producat, ideo cognoſcat immaterialia, vt Deum, & materialia, ac ſingularia modo immateriali, & ſpirituali, ſeu vniuerſali cognoſcat: & hæc dicitur intellectus, & portio ſuperior: Ideoque recte ſequi, vt anima hominis dicatur forma ſubſiſtens, & quę etiam ſine corpore ſubſiſtere valet: Et hoc eſt omnia ſcibilia cognouiſſe.

Tali igitur modo in methodo inquiſitiua eſt procedendũ: Nunc de diuiſione ſubiecti ſcientiæ in partes principales dicendum eſt.

DISTINCTIO IV.

De diuiſione ſubiecti ſcientiæ in partes principales.

AD inueniendа, & colligenda omnia ſcibilia imprimis neceſſe eſt recte diuidere ſubiectum in partes principales; ideo nunc de tali diuiſione dicendum eſt.

Num. 1. Quod cōſiderandum ſit an ſubiectum ſit genus, vel ſpecialiſſimum.

ex 1 phyſ. & ex tota Phyl Ar. AD recte diuidendam ſcientiam in partes principales, ante omnia opus eſt conſiderare; an ſubiectum ſit genus veluti animal, virtus, color, elementum; an ſit ſpecialiſſimum veluti equus, albedo, terra & ſimilia.

Num. 2. Quæ diuiſio facienda in ſpecialiſſimo.

Ex tota Ar. phyl. QVuando ſubiectum eſt ſpecialiſſimū idest nullam continet ſpeciē ſub ſe; tunc quinq; ſcibilia ſunt pertractāda; & in tali tractatione tria poſſunt conſiderari, primo inſcriptio; ſecundo diuiſio in partes principales; tertio diuiſio in partes ſecundarias: Inſcriptio ſi alia non ſit melior, poteſt fieri modo vſitato ſic; Tractatus de terra: de dote: de bello: atq; ita de alijs: Ita Ariſt. inſcribit libros de cęlo, de anima, de generatione, & ſimilibus: Diuiſio in partes principales fiet in libros, qui libri poterunt eſſe, vel quinq; vel plure, vel pauciores; ſi .n. ſubiectū tale ſit, vt de quocunque ſcibili longa tractatio facienda ſit, tunc recte, iuxta ſcibilia, in quinq; libros diſtinctio fiet; & inſcriptio ſingulorum librorum ab ipſo ſcibili recte deſumetur; veluti de exiſtentia terræ liber primus; ita de eſſentia ſecundus; De fine, & ordinatione finali tertius; De accidētibus per ſe quartus; Quintus de cauſis accidentium, niſi melius videatur in quarto de cau-

de cauſis etiam tractare: Si vero ſingula ſcibilia non requirant longam tractationem; tunc licebit plura colligere in vno libro; ſicut etiã quandoque vnum ſcibile in plures libros diſtingui poteſt; Veluti fecit Ariſt. in Phyſicis, vbi in primo libro egit de principijs, ex quibus producitur corpus naturale; in ſecundo tractauit ſimul de principijs corporis iam producti, quæ quatuor ſunt nempe quatuor cauſæ; ad quas natura reduci debet; in alijs egit de accidẽtibus, infinito, vacuo, motu, loco, tẽpore; demum de primo motore; Diuiſio autem in partes ſecundarias fit cum libri in capita diuiduntur; Veluti primus liber continet ſcibile an ſit, nec non cauſam efficientem: in hoc de exiſtentia cõſideratur; tria ante circa illam tractari poſſunt; & primo de productione rei; ſecundo de exiſtentia rei productæ; tertio de coruptione; Ideo in tria capita diuidi poteſt: quod ſi adhuc vnum caput plures habet ſub ſe diuiſiones, tunc idem caput poſſet in plures articulos, vel particulas, vel numeros, vel aliter diuidi, vel etiam plura capita numerari; & inſcriptio capitum recte fiet iuxta titulũ ſcibilis ſic; De ꝓductione, vel generatione mixti; de exiſtentia ignis; de coruptione elementorũ; & ſimilia: Ex his igitur poterit haberi ratio diuidẽdi ſubiectũ, quod ſpecialiſſimũ ſit.

Num. 3. Quæ diuiſio facienda in ſubiecto quod genus eſt.

CVm vero ſubiectum genus eſt; tunc, vt habetur ex tractationibus Ariſt. triplex di- Ita Ariſt. in ph. & alibi

uiſio facienda eſt: prima in tractatus; ſecunda in libros; tertia in capita: Ita enim vſus communes modo habet, qui ab Ariſt. tractatione talem diuiſionem accepit; licet enim Ariſt. tales diuiſiones nō docuerit; tamen ita diſtinxit ſuas tractationes, vt dictæ diuiſiones, cum fundamento reali, communi omnium conſenſu ſint ſtabilitę: Vt autem intelligatur hæc diuiſio; ſciendū eſt, quod in ſciētia tripliciter res diuidi poteſt: primo quidem ſubiectū poteſt diuidi in plura ſubiecta; veluti ſi elementum diuidatur in quatuor elementa; Secundo idem ſubiectū poteſt diuidi in plura ſcibilia; veluti terra poteſt diuidi in quinque ſcibilia; vbi idem eſſet ſubiectum, ſcibilia vero plura darentur; Tertio idem ſcibile poteſt diuidi in plures partes ad illud pertinentes veluti de exiſtentia dictum eſt; Cum ergo diuiſio ſit in ſubiecta; tūc partes diuiſæ poſſunt dici cōmuni nomine tractatus; ſi præcipue longa tractatio ſit; veluti tractatus de natura; tractatus de cælo, & mundo; tractatus de generatione, & corruptione; tractatus de anima: Non ſemper tamen diuiſio, quę ſit in ſubiecta, diſtinctos facit tractatus: Ariſt. enim in eodem tractatu agit de cælo, & elementis; ita in eodē agit de anima vegetatiua, ſenſitiua, & rationali, quæ tamē diſtincte ſubiecta ſunt: nō ita igitur ſtricte iſta, quæ de diuiſione dicuntur, ſunt accipiēda. Cum vero diuiſio ſit in ſcibilia, eodem manēte ſubiecto, tunc in libros diuiſio recte fit, ſicut in libro phyſicorum factum eſt: Demum, cum ſcibile idem in ſuas parres eſt diſtinguendum, recte in capita diſtinctio fiet: Hæc autem iuditio,

ex Ar. tractatione.

& pru-

& prudentiæ ſcriptoris ſunt relinquenda: Non enim omnia eadem ratione ſunt pertractanda:

Cum igitur ſubiectum ſcientiæ ſit genus, veluti, ſyllogiſmus, virtus, elementũ, color, corpus naturale, ſacramentum, & ſimilia; tunc ſcientia, vt nihil omittatur, in tres partes, ſeu tractatus diuidi poteſt: Primo enim agendum eſt de genere in ſua latitudine accepto; ſecundo de ſpeciebus ſaltem principalibus ſimul, & comparatione acceptis; tertio dicendum erit de ſingulis ſpeciebus, à minus nobili incipiendo, niſi aliud ordo doctrinæ requirat. Quod ſi pauca ſint dicenda de ſpeciebus ſimul, & cõparatiue acceptis, tunc iſta pars eſt coniungenda cum prima, vel cum tertia; Sint autem exempla. ita Ariſt. in phyſ.

In ente rationis Syllogiſmus, eſt genus; cuius ſpecies ſunt demonſtratio, ſyllogiſmus topicus, & elenchus; primo igitur de ſyllogiſmo in genere Ariſt. tractauit, ſecundo de ſingulis ſpeciebus ſyllogiſmi egit, vbi etiam de illorum conuenientia, & differentia explicauit.

In moralibus idem. Ar. & alij tractantes de virtute, primo agunt de virtute in generali: ſecundo de differentia virtutum, nempe de intellectualibus, de moralibus, & apud theologos de theologicis; tertio de ſingulis virtutibus in ſpeciali: ita D. Thom. in ſua ſumma obſeruauit.

In medicina: ſi tractãdum ſit de febri; primo dicere conuenit de febri in generali: ſecundo de varijs febribus, veluti tertiana, quartana, continua, acuta, paracuta, maligna, & ſimilibus; tertio de ſingulis febribus.

In Phyloſophia; ſi de elemento agendum; primo

primo de elemento in genere: ſecundo de comparatione elementorum: tertio de ſingulis elementis. Ita de cælo: primo in genere: ſecundo de numero, & comparatione cælorum: tertio de ſingulis cælis: Ita de anima: primo de illa in genere: ſecundo de differentijs nempe vegetatiua, ſenſitiua, & rationali: tertio de ſingulis. Ita de corpore naturali; primo in genere, vt in phyſicis: ſecundo de corporibus ſimplicibus ſimul; vt de cælo, & mundo: tertio de ſingulis, vt de anima, de generatione, & alijs: Ita de colore, de ſono, & huiuſmodi.

In Theologia; Si agendum de ſacramento; primo de ſacramento in genere: ſecundo de numero, & comparatione ſacramentorum inuicem: tertio de ſingulis ſacramentis: Ita igitur principalis diuiſio facienda eſt.

Num. 4. Quid de genere ſit tractandum.

ex 2. poſt. tx. 1. & ex 1 ph. tx. 1. DE genere in ſua latitudine accepto quinq; ſcibilia tractanda ſunt; veluti de elemẽto: primo an ſit, nempe an ſit eternum, an generabile, & coruptibile ſaltem ex parte, an ſimplicẽ habeat cõpoſitionẽ, an maneat in mixto actu, vel virtute, & ſimilia: ſecundo quid ſit, ſeu quæ ſit eius materia, & forma: tertio ad quid ſit; veluti, quis ſit finis elementi: an aptam materiam mixtis præbere: quarto quæ ſint illius accidentia: veluti miſcibile, alterabile, tangibile, & c. quinto quæ cauſæ horum accidentium.

Ita de ſacramento: primo à quo ſit; quando inſtitutum, ſecundo quid ſit, quæ materia, quæ

forma:

forma: tertio ad quid ſit, nempe an gratiæ productio, vel iuſtificatio, vel vita ſpiritualis finis illius ſit, & quæ vis, & efficacia in illis ſit ad iſta producenda; quarto quia ſit, ſeu quę habeat accidentia: veluti quod ſit res ſenſibilis, facilis, vtilis, neceſſaria, &c. quinto cur iſta in illo ſint: Idem de alijs generibus, iuxta qualitatē ſuam, dicendum eſt.

Num. 5. Quid de ſpeciebus inuicem comparatis ſit tractandum.

Circa comparationem ſpecierum aliqua ratione quinque ſcibilia, modo tamen proprio, tractare conueniens eſt: Et quidem, quod attinet ad, An ſit, videndum, quot ſint ſpecies ſaltem principales, veluti an ſint quatuor elementa; tres animæ, ſeptem ſacramenta; tres ſpecies ſyllogiſmi demonſtratiuus, Topicus, & Sophiſticus: ita an ſint plures, vel pauciores ſpecies: ita an ignis ſit in propria ſphæra, & ſi quid aliud in dubio poſitum ſit circa numerum ſpecierum, veluti an cęli ſint decem, an ignis detur in propria ſphæra, an ſpōgia ſit animal: ſecūdo, Circa quid ſit: Examinanda eſt differentia graduum materialium, & formaliū conſiderando, quæ ſpecies plures gradus habeat formales, vel materiales, & hic debet cōſiderari conuenientia, & differentia ſpecierū; veluti an terra inter elementa ſit in ſummo materiale, in minimo formale, ignis è contra: Ita, quæ elementa ſint extrema, quæ media: Qui colores, vel ſapores, vel ſoni extremi: & qui medij, & inter extremos

arg. ex lib. de cælo, & mundo idē de anima.

quis perfectior, quis imperfectior, an albus, vel niger: an dulcis, vel amarus, & inter medios, quis magis accedat ad perfectiorem, & quis ad imperfectiorem; Hinc oritur cõſideratio circa ordinem, & proportioné illorum: Veluti quod ſacramentum ſit prius tempore, quod magis eccellens poteſtate: quod nobilius effectu, & dignitate: tertio, Conſiderandum, Ad quid ſit veluti propter quem finem tot eleméta, tot ſacramenta, tot colores, ſapores &c. facta ſint: Cum enim in natura, vel arte à deo, vel ab intellectu fruſtra nihil fiat, neceſſe eſt, quod propter aliquem finem tot elementa, vel ſacraméta effecta ſint; Inſuper videndũ; an eleméta ſimul accepta habeant naturam, ſi naturales res ſint, vel vim, & efficaciam ſibi conuenientem ad totum finẽ conſequẽdum, veluti an quatuor elementa perfecta ratione materiam mixtis omnibus ſubminiſtrent, quarto conſideranda ſunt accidentia, quæ dictis ſpeciebus inuicem cõparatis conueniunt: veluti quatuor qualitates elementorum; diſtributio locorũ iſtis, motus diuerſitas in illis ita vt vnus ſurſum recte; alius deorſum recte; vnus ſurſum oblique, alius deorſum oblique, & quaſi circulariter: quinto, De cauſis horum, & ſimilium accidentium: Hæc igitur ſunt conſideranda: Obſeruauit autem hoc Ariſt. in tractatu de cęlo, & mundo: Ita obſeruauit D. Tom. in tractatu de virtutibus Theologicis, intellectualibus, moralibus: Ita cõmuniter Theologi obſeruant in tractatu de numero, & ſufficientia ſacramentorum: Ratio etiam ſuadet: Si quis enim velit de corpore hominis perfectã habere

tracta-

tractationẽ, tria omnino debet præſtare, & primo agere de toto corpore quatenus omnes colligit partes in vnũ: ſecundo debet partiũ adinuicem proportionẽ cõſiderare, veluti cur Epar, & Liene; cor, & caput contrario modo ſe habẽt: cur tot ſenſus interni; tot externi; tertio de ſingulis partibus eſſet dicendum, veluti de oculo, & aure, ſicque de alijs vt anathomici faciunt.

Quid vero debeat tractari de ſingulis ſpeciebus dictum eſt iam, nempe quinque ſcibilia debere conſiderari: Relinquitur autem prudentię ſcriptoris, vt quę leuia, vel communia, vel inutilia ſunt omittat in tractatione, iuxta enim ſubiectã materiã in illa ſcriptor ſe genere debet.

Ex his ergo quomodo ſubiectum ſcientiæ in partes ſit diuidendum, colligi poteſt.

DISTINCTIO. V.

De ordine in ſcientia conſtituendo.

TRia in methodo, vt dictum eſt fieri debent, primo quidem colligere, & diſtinguere ſcibilia; ſecũdo illa ordinare; tertio probare: De primo autem dictũ eſt; nunc de ſecundo reſtat dicendum: Ex his autem, quæ de diſtinctione ſcibilium dicta ſunt, ratio ordinis eſt colligenda.

Num. 1. *De ordine partium principalium.*

AIt Ariſt. duplex ordo in ſcientijs, vt ſupra dictum eſt, eſſe poteſt: vnus ſecundum naturam; alius ſecundum intellectum; qui duo or- 1. phyſ. tx. 2. 3.

dines

dines partim coueniunt, partim differunt: conueniunt in hoc, quod vterq; procedit ex manifeſtioribus: differunt in hoc, quod ordo naturalis procedit ex manifeſtoribus natura; intellectualis vero ex manifeſtioribus nobis: Ex hoc autẽ colliguntur tres regulæ ad ordinem pertinẽtes, prima eſt, in ſcientia ſemper à notioribus eſt inchoandum, vt ab illis trãſeatur ab minus nota: ſecunda eſt; In ordine naturæ ſemper à notioribus natura eſt incipiendum: tertia in ordine intellectuali tã inquiſitiua, quam doctrinali ſemper initium à nobis notioribus fieri debet: Patet ergo, quod potiſſima ratio ad partes in ſcientia conſtituendas eſt maior, vel minor notitia illarum. Ait vero Ariſt. quod magis communia, ſeu vniuerſalia ſunt magis nota nobis, quæ .n. communia magis ſunt, illa pluribus conueniunt; veluti habere animam ſenſitiuam in eſt homini, & alijs plurimis; rationale vero homini ſoli ineſt; igitur anima ſenſitiua erit magis patẽs, & nota, quam rationalis; Ex quo ſequitur, quod in ſciẽtia, cuius ſubiectum ſit genus; primo agendum ſit de genere in ſua latitudine; ſecundo de ſpeciebus inuicem comparatis; tertio de Singulis ſpeciebus; Et hoc ita conuenit duplici ratione: vna eſt, quia genus ſemper magis cõmune eſt, & ideo notũ magis: Alia eſt, quia cognitio ſpeciei omnino ſupponit cognitionem generis: cognitio vero generis non eget cognitione ſpeciei; animalis .n. cognitio ſiue cognitione hominis poteſt haberi, at homo, ignorato animali, non cognoſcetur: Idem eſt de cõſideratione ſpecierum ad inuicẽ; talis .n. tractatio ad ſingularum cogni-

ibid.

vt Ariſt. in phyſ ob de anima.

cógnitioné ſpecierũ deſeruit: ideo hęc pars poſt genus ſecũdum locum debet obtinere. Ita auté, conſideranti, patebit ab omnibus obſeruari.

Num. 2. De ordine ſeruando in tractatu de genere, & de ſpeciebus.

ARiſt. in phyſicis egit de corpore naturali, & talem ordinem ſeruauit; primo egit de ꝓductione illius, ſeu de principijs, per quę illud produci poteſt; quod fuit egiſſe de exiſtentia: ſecundo egit de natura, quæ ad finem relationē habet, & pertinet ad ſcibile ad quid ſit; tertio egit de quatuor cauſis rei; quarto tractauit de accidentibus corporis naturalis, & de cauſis illorum: quinto egit de primo motore, qui principalis paſſionis, nēpe motus, potiſſima cauſa eſt: Iſte igitur ordo mihi præcipuus videtur, vt primo conſideretur de ſcibili an ſit, in quo debent tantum cõſiderari ea, quæ decens eſt, notiſſima enim & trita, & leuia ſunt omittenda: ſi quid vero ſit dubium, vel excellens, vel dignum ſcitu eſt pertractandũ, ſecundo de ordinatione finali & fine tractari poſſet, quia talis cognitio ad diſtinguendam materiam, & formam maxime adiuuaret: tertio de materia, & forma, ſeu eſſētia: quarto de accidētibus, & cauſis illorum: Et idem eſt ſeruandum in tractatione ſpecierum. hæc auté ex dicēdis de ordine magis patebunt. in 1. lib. & ſeq.

Num. 3. Quid ſit ordo.

ORdo videtur ſic poſſe diffiniri: Eſt recta partium diſtributio in ratione ad aliquem finem: ex 5. meth. tx. 14. 30. & 31.

ex 1 phyſ. tx. 2. finem: vbi tria conſiderantur; primo res ordi-
ex 1. phyſ. tx. 15. nata, nempe partes: ſecundo res in gratiã cuius partes ſunt ordinatæ: tertio ipſa ratio ordinationis: ſemper igitur res ordinata ſunt partes: ordo enim ſemper plura requirit; partes autem ſemper plures ſunt; Amplius ordo ſemper dicit quandam vnionem, & communionem, & relationem rerum ordinatarum inter ſe: que enim omnino ſunt diſperata nullum ordinem habent inter ſe; recte igitur res ordinatæ, & quia ſunt plures, & quia relationem inuicem habent, partes apellantur: Illud vero ad quod partes ordinãtur, eſt aliquis finis, & ordo in gratiam illius finis eſt: veluti partes domus in gratiam habitationis: partes exercitus in gratiam certaminis: partes corporis in gratiam operationis: Ita folia ad conſeruationem fructuum, dentes anteriores ad ſciendum cibum; maxillares ad conterendum vt ait Ariſt. ſunt ordinati; Ratio igitur ordinis in eo poſita eſt, vt appoſite ad finem conſequendum, partes ſint ordinatæ: Bene igitur ordo diffinitus eſſe videtur.

Num. 4. De recta partium in ſcientia diſtributione.

EX dictis igitur apparet, oportere primo, quod ſciẽtificus, vel alius quilibet author in ſua tractatione conſtituat ſibi finem, & iuxta illum ſuæ tractationis deſtribuat partes: cum itaque finis Poetæ ſit delectabiliter narrare; Hiſtorici vere, & ante oculos res geſtas repræſentare; Oratoris perſuadere, vel diſſuadere, laudare,

pare, vel vituperare: Medici, Phyloſophi, Iuriſperiti, Theologi dicere: vnuſquiſque author iuxta finem ſuum, & præcepta ſuæ artis partes diſtribuere debet, vnde Orator in principio, & fine ſuæ orationis ponit ea, quæ mouent affectus; in media ea, quæ probant: Poeta partes inuoluit difficultatibus, vel replet varietate, & ſæpe interponit epiſodia, ideſt oportunas digreſſiones ad ſubleuandum lectorem: Hiſtoricus, quantum fieri poteſt, facta pro tempore partiri debet: At illi authores, quorum finis ſimpliciter eſt docere, iuxta hunc finem, partes tractationis diſtinguere, & ordinare debent: Oportet ergo vt ea, quæ ſupponunt cognitionem aliorum poſtponantur; quæ vero aliorum cognitioni deſeruiunt præponantur: Ita etiam debent cauere confuſionem partiũ; quæ confuſio oritur, ſi vna pars ab alia non diſtinguatur; vel ſimul de vna, & de alia confusè tractetur.

Demum finis ordinis, qui in ſciẽtia deſideratur, eſt diſtincta rerum cognitio; ita vt cognitio vnius partis ad cognitionem alterius lumen afferat, non confuſionem.

Et ex his poterit colligi quo ordine in tractatione ſcientifica ſit procedendum.

DISTINCTIO VI.

De probatione, quæ in ſcientia habenda eſt.

TErtium, quod in methodo eſt præſtandum, probatio eſt. Hæc autem fit per inſtrumenta ſciendi; ideo de illa, & de vſu inſtrumentorum dicendum eſt.

Num. 1. *De probatione exiſtentiæ rei.*

2. phyſ. tx. 6. ALiquando omittendum eſt probare, quod res exiſtat: veluti cum omnibus notum eſt; ita Ariſt. dixit non debere probari naturam vt 1. phyſ. tx 81. eſſe: Aliquando probanda ſunt aliqua de exiſtentia, quę videntur ſpecialem habere difficultatem; veluti an materia ſit generabilis, & corruptibilis; an habeat actum entitatiuum; an elementum ex parte ſit generabile, & coruptibile, & ſimilia: iuxta igitur ſubiectum ſcientiæ probatio de exiſtentia illius facienda eſt: Dicendum ergo quomodo fieri opus ſit.

Exiſtentia igitur rei per ſe exiſtentis non poteſt probari per cauſam intrinſecam rei; ratio eſt, quia res non poteſt exiſtere ante ſuam exiſtentiam; quod ſi exiſtentia haberet cauſam in re, illa cauſa eſſet prior exiſtentia, & ideo res prius eſſet quam eſſet; neque igitur forma, neq; materia, vt materia, priores ſunt exiſtentia rei; eadem .n. exiſtentia exiſtunt equus, & forma illius;

illius; imo anima equi exiſtit exiſtentia equi; illud .n. quod proprie fit, proprie exiſtit: compoſitū autem, ait Ariſt. per ſe fit, & exiſtit: ideò forma eatenus fit, & exiſtit, quatenus & fit, & exiſtit compoſitum: Vtrum autem exiſtentia rei poſſit probari per cauſam efficientem, & finalem dubium eſt: videtur enim ex vna parte non poſſe, quia mortuo ædificatore manet domus: mortuo generante equum manet equus genitus: ideò videtur, quod exiſtentia rei per ſe exiſtentis non dependeat ab efficiente; e contra videtur: quia res facta eſt effectus efficientis; ideo habet exiſtentiam ab illo, & vere efficiens eſt illud, ad cuius eſſe ſequitur aliud: Sed dicendum, quod res dupliciter poteſt conſiderari; vno modo vt fit, & ſic dependet, ab efficiente, vt à cauſa; alio modo vt eſt facta; & ſic eius eſſe conſiſtit in vnione materiæ, & formæ: efficiens igitur eſt cauſa aliquo modo exiſtentiæ rei, vnde per illud poterit probari, quod exiſtat, ſic: Quod eſt factum, & non eſt coruptum, exiſtit; domus fuit facta, & non eſt corupta, ergo exiſtit. Quod vero attinet ad cauſam finalem aliqua ratione exiſtentia poteſt probari per illam, ſic; Quod actu debet ſe habere ad aliquem finem, debet actu exiſtere; ſed terra debet actu ſe habere ad mixta; ergo debet actu exiſtere: Poterit igitur aliquo modo exiſtentia probari per cauſam. Per diffinitionem autem res non probatur, ſed explicatur: probatio enim ad tertiam pertinet operationem intellectus, diffinitio ad primam: Per ſeptem autem inſtrumenta exiſtentia probari ſolet; nempe demōſtratione

per

per principia per ſe nota; demonſtratione per effectum; per ſignum; ad impoſſibile; per diuiſionem, & demõſtrationem diuiſiuam; demum per inductionem, exempla ſint.

1 Per cauſam efficientem. domus eſt facta, & non eſt corupta, ergo exiſtit.

2 Per finalem, actualis habitatio debet dari, ergo domus actu eſſe debet.

3 Per demonſtrationem per principia per ſe nota; domus extra edificatorem eſt; ergo actu exiſtit.

4 Per effectum; hæc domus habitatur; ergo eſt: equus currit ergo exiſtit.

5 Per ſignum; ſi in natura datur vnum extremum, datur & aliud; ergo ſi eſt terra, & ignis erit.

6 Per impoſſibile: ſi terra non eſt: ergo neq; mixta, planta, & animalia, hoc falſum.

7 & 8. Per diuiſionem: omne ens vel eſt reale, vel rationis: terra eſt ens, & nõ rationis ergo eſt reale; hoc autem exiſtit.

10 Per inductionem; hæc terra per ſe, & ſecundum quod terra, exiſtit; ergo terra ita exiſtit; hac igitur ratione de exiſtentia probationes faciendæ ſunt.

Num. 2. De probatione materiæ.

ex 1. phyſ. tx. 82. Materia rei non poteſt probari per cauſam intrinſecam; quia eſt prima entitas rei; & nullam cauſam habet in re: forma enim non precedit materiam: Videtur autem poſſe declarari, & probari per cauſam efficientem, & fina-

finalem, nec non per diffinitionem, & per alia inſtrumenta, exempla ſint.

1 Per cauſam efficientem artifex in domo ponit materiam: ergo domus materiam habet

2 Per finem, habitatio domus nō poteſt eſſe niſi in domo materia ſit: ergo materia in illa eſt.

3 Per diffinitionem, & per demōſtrationem per principia per ſe nota: Quod habet ſubiectū primum ex quo fit aliquid, & per ſe inſit, habet materiam; equus hoc habet ergo.

4 Per effectum, equus habet quantitatem, denſitatem, qui effectus materiæ ſunt: ergo habet materiam.

5 Per ſignuma habet formam equus, quæ ſine materia non datur: ergo habet materiam.

6 Per impoſſible: ſi equus non habet materiam, ergo impoſſibile eſt, quod ferat ſeſſorem materialem.

7 Per diuiſionem, & 8. per demonſtrationē diuiſiuam; omnis ſubſtantia vel eſt materialis, vet ſpiritualis; equus eſt ſubſtantia, & non ſpiritualis; ergo materiam habet.

9 Per inductionem; hic equus per ſe, & ſecundum quod equus habet corpus, & materiā; ergo omnis equus illam habet.

Num 3. De probatione formæ.

IDem de forma, quod de materia dicendum eſt. ſint exempla.

1 Per efficientem probatur, producēs equū dedit illi formam; ergo habet formam.

2 Per finem: equus ſine forma non poteſt

conſequi finem ſuum : ergo habet illam.

3 Per diffinitionem; & demonſtrationem per principia per ſe nota; Equus habet animã, quæ eſt forma, nempe actus primus : ergo habet formam.

4 Per effectum; operatio actiua, & materiæ determinatio eſt effectus formæ; equus illa habet ergo.

5 Per ſignum; quod habet materiam, item quod habet naturam, habet formam; equus illa habet ergo.

6 Per impaſſibile; ſi non habet formam, ergo neque animam, neque naturam.

7 & 8 per diuiſionem, & demonſtrationem diuiſiuam; Omne ens vel eſt determinatum, & habet formam, vel in determinatum, & caret forma: equus eſt ens determinatum ergo.

9 Inductione; Hic equus per ſe, & ſecundũ quod equus habet formam; ergo omnis equus illam habet.

Num. 4. De probatione naturæ, vel ordinationis finalis.

EAdem ratione fit probatio : ſed materia, & forma videntur concurere ad hanc probationem, non tamen tanquam cauſæ, ſed tanquã ſigna : probatio ergo fiet.

1 Per cauſam efficientem; agens ordinauit hanc domum ad principis habitationem, ergo eſt ordinata ad illam.

2 Per finem; finis huius domus eſt principis habitatio; ergo ordinatur illuc.

3 Per

3 Per demonſtrationem per princia per ſe nota; Quod in gratiam alicuius ſe habet,ad illud tanquam ad finem eſt ordinatum: equus in gratiam ſeſſoris ſe habet ergo.

4 Per effectum; in equo eſt effectus naturæ nempe motus, & quies; ergo eſt natura in illo.

5 Per ſignum; Materia, & forma huius clauis habet conformitatem ad tale oſtium aperiendum;ergo indicant,illam ad ipſum aperiẽdum ordinari.

6 Per impoſſibile: ſi equus non habet naturam ad ferendum ſeſſorem: ergo non poterit ferre illum.

7 Per diuiſionem: Omne ens reale vel eſt naturale, ideſt habens naturam, vel eſt artificiale,ideſt factum ab homine,& carens natura: equus eſt eus reale,& non eſt artificiaie:ergo.

Demum inductione: Hic equus per ſe, & ſecundum quod equus habet naturam, ergo omnis equus habet.

Num. 5. De probatione finis.

1 PRobabitur per efficiens: Hæc clauis in gratiam huius oſtij facta eſt: ergo illud pro fine habet.

2 Per ordinationem: Hæc clauis ordinatur ad illud oſtium: ergo finis illius tale oſtium eſt.

3 Per demonſtrationem per principia per ſe nota: Quod in gratiam alicuius eſt, vt ad finem ſe habet ad illud.

4 Per effectum: terra mouetur ad centrum: & quieſcit ibi; ergo centrum eſt finis illius.

5 Per ſignum: Materia, & forma huius clauis habet conformitatem cum tali Oſtio: ergo.

6 Per impoſſibile: ſi terræ finis non eſt eſſe iu centro: ergo neque mouebitur illuc.

7 Per diuiſionem: elementum extremum habet pro fine eſſe ſurſum, vel deorsũ: terra &c.

Demum inductione: Hæc terra per ſe ordinatur ad centrum: ergo omnis terra ordinatur illuc.

Num 6. De probatione accidentis, & operationis per ſe.

ACcidens, & operatio per ſe aliquando omnibus modis, & omnibus inſtrumentis probari poteſt.

Primo igitur per formam probatur; homo habet animã intellectiuã, ergo habet intellectũ.

2 Per materiam: homo habet materiam, ergo habet quantitatem.

3 Per ordinationem finalem: terra efficaciter ordinatur ad centrum: ergo eſt inclinata ad eſſe ibi.

4 Per finem: finis: equi eſt homo vt ferendus ab illo; ergo operatio equi eſt hominem ferre.

5 Per cauſam efficientem: efficiens ordinauit terram ad centrum efficaciter: ergo mouetur illuc.

6 Per aliud accidens, tanquam per cauſam: terra eſt grauis: ergo mouetur deorſum.

7 Per principia per ſe nota: Quod poteſt intelligere habet intellectum: homo hoc poteſt.

8 Per

8 Per effectum: homo intelligit, ergo habet intellectum.

9 Per ſignum: quod habet intellectum habet voluntatem: homo habet intellectum ergo.

10 Per impoſſibile; ſi terra eſt elementum, & non eſt grauis: ergo eſt leuis, & mouetur ſurſum hoc impoſſibile, ergo non eſt leuis.

11 Per diuiſionem: Omne elementum vel eſt graue, vel leue; terra eſt elementum non leue, ergo.

12 Per inductionem; Hæc terra per ſe, & ſecundum quod terra eſt grauis, ergo.

Ex his ergo poterit colligi, quis ſit vſus inſtrumentorum ſciendi, & qua ratione ſingula, quæ in ſcientia ſcibilia ſunt, poſſint probari: Non tamen exiſtimet aliquis, quod ſemper omnibus inſtrumentis, vel dictis modis res ſcibilis ſit probanda; non enim ita eſt: modo enim hoc, modo illo inſtrumento vtendum eſt; ſicut magis expedire fuerit iudicatum. Ita etiam Ariſt. & alios authores obſeruaſſe manifeſtum eſt.

Digitized by Google

DISTINCTIO VII.

De fine, & vſu methodus.

HVcuſque dictum eſt de methodo; nunc de illius vſu dicendum eſt, ſed quia vſus rei reſpicit finem illius; ideò ſimul etiam de fine methodus eſt dicendum.

Num. 1. *De fine, & vſu methodus.*

FInismethodus, vt dictum fuit, eſt recte dirigere ad omnia preſtanda, quæ pro obtinenda ſcientia ſunt neceſſaria: Vnde apparet, quod apta eſt deſeruire ad omnia, quæ in gratiam obtinendæ ſcientiæ facienda ſunt: Septem autem potiſſimum circa ſcientiā effici poſſunt.

Primo enim quis poteſt addiſcere ſciētiam, Phyloſophiam, Medicinam, Iuriſprudentiam, & alia.

2 Quis debet memoria retinere, quæ didicit: ſic enim ſcientia acquiſita retinetur.

3 Quis legendo opus ab alio editum poteſt iudicare de illo, an plene, & bene tractauerit.

4 Quis poteſt contra falſo aſſerta ab aliquo vel voce, vel ſcriptura argumentari.

5 Quis poteſt concluſionem, ſeu veritatem a ſe, vel alio propoſitam defendere, ac tueri.

6 Quis poteſt inuenire ſcientiam, vel partem illius.

7 Quis poteſt vel voce, vel ſcriptura ſcien-

tiam a ſe, vel alio inuentam docere.

Ideo circa ſcientiam quis poteſt ſeptem pręſtare nempe: primo addiſcere; ſecundo memoria retinere; tertio iudicare; quarto argumentari; quinto defendere; ſexto inuenire; ſeptimò docere. Ad hæc igitur omnia præſtanda methodus debet deſeruire; & ideo vſus illius ad iſta ſeptem recte præſtanda adiuuare debet. Dicendum ergo quomodo ſit.

Num. 2. De vſu methodus ad addiſcendum.

TVnc aliquis dicitur addiſcere ſcientiam, vel partem ſcientiæ; cum legendo tractationem alicuius, vel audiendo vocem illius, addiſcit ea, quæ legit, vel audit. Sic igitur, qui diſcit, methodo vtetur ad diſcendum; Obſeruabit an author, qui operam dat, tria præſtet; primo quo omnia de iila re ſcitu digna pertractet; ſecundò an ordinate diſtinguat a ſe tractata; tertio quomodo probet, quæ a ſe proponuntur; Et ſiquidem hæc tria recte præſtet; qui ſtudet diligenter obſeruabit, non ſolum, quod datur, ſed etiam, qua methodo detur: veluti nunc agit de exiſtentia rei, de cauſa efficienti, & de ſcibili an ſit; Nunc tractat de eſſentia; nunc de cauſa finali; uunc de accidentibus; nunc de cauſis accidentium; Ita obſeruabit quomodo totam tractationem diuiſerit, & quà methodo in diuiſione vſus ſit; Demum inſpiciet, quomodo probet, quod dicit; an ratione; an authoritate; & vtrum probabiliter,

an euidenter; Si quis enim hæc tria legendo nō obſeruauit, non dicetur didiciſſe, quod legit. Si vero author non omnia ſcibilia tractat; & in ſua tractatione methddum non ſeruat; vel ſine aliqua probatione docet; tunc lector, vt diſcat, tria faciet: primo addiſcet ea, quæ in illo libro tractantur, reliqua, quæ ibi non traduntur, requiret in alio libro, ſi opportunum illi ſit; ſecundo ea, quæ cōfuſa traduntur, ad methodum reducet, iuxta ea, quæ de ordine, & diſtinctione dicta fuere; tertio opportunas probationes in alio libro, vel authore inueſtigabit: Quod ſi ab alio authore dicta addiſcere non poſſit; ſupponet in mente ſua, ſe tantum ex parte, & imperfecte didiciſſe ea, que de ſubiecta materia tractanda fuiſſent: Expediret igitur eandem tractationem ſecundo, & ſi opus ſit, tertio videre, vt facilius, quæ dicta, ſunt obſeruentur in illa tractatione, cui ſtudetur.

Num. 3. De vſu ad memoriam confirmandam.

NOn ſufficit didiciſſe; niſi etiam, quæ quis didicit, memoria retineantur: Methodus ergo ad hoc maxime adiuuabit: Si enim lector, quaſi loca memoriæ, ſcibilia, & partes ipſorum diſtinguat; ita vt dicat de qualibet re quinque ſcibilia tractanda ſunt; & in hoc ſcibili talia poſſunt examinari; hocq; firmum in memoria habeat, antequã alicui tractationi operam det; Cum vero illi ſtudet obſeruet, quid de ſingulis ſcibilibus, & partibus eorum proponatur; quoue ordine; an ſibi familiari, an alio propoſita

ſint;

ſint; ſtatim in memoria propter methodum familiarem firmata erunt: Loca enim in methodo collocata, quaſi localem memoriam in ſingulis tractationibus ſubminiſtrabũt: Idem etiam de probatione dicendum eſt; ſi enim probatio fiat vel per cauſam; vel per ſignum; vel hoc, vel illo inſtrumento; ſtatim, adiuuatur memoria ex conſideratione vel medij, vel inſtrumenti, quo fuit probatum: Patet autem, quod memoria ſupra quam dici poteſt a methodo adiuuetur; cum enim confuſa multa proponuntur, illa memoria retinere poſſibile non eſt: ſi autem diſtincte, & ordinate proponantur, vnuſquiſque experitur, quod tali ordine memoria quam maxime adiuuatur, nihil enim magis obruit & confundit memoriam, quam magna congeries confundit memoriam, quam magna congeries confuſa, & in ordinata.

Num 4. De vſu, vt de aliquo opere iudicetur.

SÆpe lector cupit non ſolum addiſcere; & memoria retinere, ſed etiam iudicare de aliquo opere, vel tractatione: Methodus ergo ad hoc præſtandum adiuuabit. Si enim vnuſquiſque author in ſua tractatione tria debet præſtare; nempe primo omnia ſcibilia, vel ſcitu digna colligere, & diſtinguere: ſecundo collecta tanquam partes recto ordine collocare: tertio ſingula, quantum expedit, euidenter, & per cauſas, ſi fieri poteſt, probare; Apparet qua ratione de eius opere iuditium ferendum ſit: Si enim

omit-

omittat aliquod ſcibile, veluti agere de fine; reliqua vero ſcibilia recte colligat, & diſtinguat; iudicabitur vnum ſcibile omiſiſſe; reliqua vero recte collegiſſe: Ita ſit ordinem ſeruat, & recte probet, iudicabitur bene ab illo tractatum fuiſſe; ſi vero hoc non præſtat, dicetur deficere in eo quod omiſit.

Num 5. De vſu ad concluſionem aliquam defendendam.

TOta hæc praxis mirabiliter ſeruit ad concluſionem aliquam recte defendendam; Hoc autẽ ita erit: Data aliqua concluſione; primo conſiderabitur ad quod ſcibile reducatur; cum enim illa concluſio ſcribilis ſit, ad aliquod ſcibile reducetur: Cognito autem, in quo ſcibili contineatur; examinabitur ſecundum veritates, & regulas methaphyſicales, & logicales ad illud ſcibile pertinentes; veluti an ſit in tali modo per ſe; an ſit propoſitio de vniuerſali primo; an diffinitio methaphyſicalis vel eſſentiæ, vel exiſtentiæ illi conueniat; & ſimilia: tertio conſiderabitur, an illa concluſio conueniat cum alijs ſcibilibus ſubiecti, an diſcrepet in aliquo; & ſi viderit omnia conuenire, firmus in illa conclusione manebit; Et quod viderit ab arguente proponi, quod ſit contrarium, vel alienum a natura rei, vel a veritatibus metaphyſicalibus, vel a regulis logicalibus; vel negabit; vel diſtinguet; vel limitabit; ſit exemplum: Volo defendere ſententiam Auerois, quod materia habet dimenſiones interminatas; ſi vera mihi eſſe videatur;

deatur;

deatur; Ita procedam: Primo conſiderabo, quid ſignificet hoc nomen dimenſio; & intelligam ſignificare illas tres corporis dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem: amplius cogitabo, quid ſignificet interminatum; & ſupponam dicere non habentem terminum; Cogitabo, quid ſignificet tota hæc cõcluſio; & videbo ſignificare, quod in materia ſunt iſte dimenſiones ſine termino; antequam per formam determinentur; figura enim rei determinat dimenſiones; ipſa vero figura eſt a forma: Conſiderabo, ad quod ſcibile reducatur: ideſt an tales dimenſiones pertineant ad exiſtentiam materiæ, vel eſſentiam, vel ordinationem finalem, vel ad accidentia illius; & videbo ad accidentia pertinere: Iſtæ .n. dimenſiones eſſentialiter pertinent ad quantitatem; quantitas autem accidens eſt: Conſiderabo ergo an veritates metaphyſicales, quæ accidenti conueniunt verificentur in hac concluſione; nempe an iſtæ dimenſiones habeant cauſam in materia; & illi conueniant in ordine ad finem ipſius; ideſt, vt ſubijciatur actioni agentis, & etiam formæ determinanti: Item cogitabo, an conueniant materiæ in primo, vel ſecundo, vel alio modo per ſe; an per accidens illi inſint. ſimiliter inſpiciam, an demenſiones vniuerſaliter primo conueniant materiæ, an prius illa alteri inſint; Examinando igitur procedam ſic: Dimenſiones ſunt de eſſentia quantitatis; illiq; in primo modo conueniunt per ſe, ita Ariſt. & omnes ſupponunt; Quantitas accidens eſt, quod neceſſario exiſtit in corpore; impoſſibile enim eſt eſſe

corpus

corpus ſine quantitate; & omne corpus, & ſolum corpus, & ſemper corpus habet quantitatem; ideo quantitas eſt accidens corporis proprium quarto modo; quia omni, ſoli, & ſemper conuenit: Ineſt etiam illi ſecundum regulam de vniuerſali primo; quia poſito corpore, ponitur habere quantitatem; ſublato corpore, ſtatim aufertur ratio quantitatis: Hinc colligā, quod quantitas inſit corpori per ſe in ſecundo modo; accidens enim de ſubiecto non prædicatur per ſe niſi in ſecundo modo: Hinc procedā ſic: Quod neceſſario, & per ſe in ſecundo modo ineſt alicui ſubiecto, omnino debet habere cauſam per ſe in eodem ſubiecto; hoc enim ſupra probatum eſt; igitur quantitas habet cauſam per ſe in corpore; tunc quæram de cauſa; cauſa accidentis prima omnino vel eſt exiſtentia rei, vel materia, vel forma, vel natura, vel ordinatio finalis; ab his enim accidentia per ſe primo proueniunt, vt declaratum eſt; Examinabo igitur, quæ ſit cauſa; & inueniam per regulam de vniuerſali primo, quod materia per ſe in quarto modo, & vniuerſaliter primo, cauſa illius eſt; & patet tali ratione. Vbicunque datur materia, ibi eſt corpus: vbi non eſt materia, ibi non eſt corpus: Vbi eſt corpus, ibi eſt quantitas; vbi non eſt corpus, ibi non eſt quantitas; Igitur materia vniuerſaliter primo eſt cauſa, vt aliquid ſit corpus, & vt habeat quantitatem: Similiter oſtendam regulam de vniuerſali primo non verificari de alijs; ſic: In angelo datur exiſtentia, & forma, & finis, & ordinatio finalis; & tamen neque eſt corpus; neque habet quantitatem;

ergo

ergo exiſtentia, & alia dicta cauſa corporis, & quantitatis non ſunt: Tunc colligam concluſiones: Corpus eſt primum ſubiectum quantitatis; & hæc illi ineſt in ſecundo modo per ſe: Materia eſt prima cauſa quantitatis;non tamen terminatæ, quia a forma per figuram terminatur;ideo eſt cauſa interminatæ: Materia igitur habet dimenſiones interminatas non vt ſubiectum, ſed vt cauſa: Hocque ita poſito, firmabo concluſionem: Quod ſi contra illam arguatur; materia non eſt ſubiectum accidentiũ,ſed compoſitum;dicam in materia,vt in cauſa ineſſe dimenſiones; ſi arguat; forma eſt cauſa, vt equus tantam habeat quantitatem, & ita figuratam; dicam,determinationem fieri a forma per figuram, quæ eſt quarta ſpecies qualitatis: Si arguens aſſumat propoſitiones metaphyſicales, vel logicales falſas; negabo illas, ordinarie autem ſunt maior propoſitio; ſi aſſumet veras,ſed in minori aſſerat non verificari de materia,negabo minorem: Itaque hæc praxis, & methodus valde prodeſt ad aliquam concluſionem defendendam, & ad ſciendum, an firmiter poſſit defendi, quæ enim non ſunt per ſe, firmiter, & neceſſario defendi non debent.

Num. 6. De vſu ad arguendum.

IDem de argumentatione,quod de defenſione dici poſſet; Si quis enim neget dimenſiones interminatas dependere a materia,vt a propria cauſa,ex hac praxi habebo modũ arguendi,& aſſumendi maiores propoſitiones tum metaphy-

taphyſicales, tum logicales, tum ex natura rei: Veluti ex metaphyſica accipiam maiorem ſic: Illud, ad cuius eſſe ſequitur aliud, cauſa illius eſt, ſed ad eſſe materiæ ſequuntur demenſiones; hæc minor a natura rei deſumpta eſt: Ex logica ſic: Illud, per quod aliquid ineſt alteri, cauſa illius eſt, ſed materia eſt tale quid, vt per ipſam corpus quantum ſit, ergo Diſtinctio igitur ſcibilium, & regulæ logicæ, & inſtrumenta ſciendi, ad arguendum maxime adiuuabunt: omne enim quod prodeſt ad aliquid probandum, iuuat etiam ad aliquid impugnandum.

Num. 7. De vſu ad inueniendum, & docendum.

QVomodo methodus adiuuet inuentionem dictum eſt iam: dicendum ergo quo pacto iuuet ad docendum: Tria igitur qui docet facere debet; primo quidem docere omnia ſcitu digna: ſecundo recto ordine ſcibilia collocare; tertio quæ dicit conuenienter, & ſcientifice probare: Finis enim docentis eſt efficere ſcientiam in eo qui docetur, ſcientia autem eſt cognitio vera, adæquata, diſtincta, certa, & euidens, ad hanc vero cognitionem efficiendam, tria illa, quæ de methodo dicuntur, efficere in intellectu addiſcentis opus eſt: Igitur methodus eſt recta, & potiſſima ratio docendi.

Num.

Num. 8. Concluſio totius operis, ſeu de ſufficientia eorum, quæ dicta ſunt.

NVnc itaque huic operi finis eſt imponendus, & loco epilogi ſit declarare ſufficientiam eorum; quæ dicta ſunt: Huius igitur praxis, ſeu operis finis fuit tradere modum, vt quis recte poſſit addiſcere aliquam ſcientiam, item, inuenire, & docere illam, demum omnia præſtare, quæ in gratiam ſcientiæ effici poſſint: Primo igitur oportebat determinare: quid eſſet illud quod quærebatur, nempe quid ſit ſcientia, qui enim vult addiſcere, vel inuenire, vel docere voce, aut ſcriptura ſcientiam, iſte pro fine habet ſcientiam, & debet cognoſcere quid ſit ſcientia. Ad hanc igitur ſcientiam obtinendum, vel docendum, cum ſit neceſſarium tria præſtare; primo colligere, & diſtinguere recte omnia ſcibilia, neceſſe fuit tractare de ſcibili, & de numero ſcibilium in generali, poſtea de ſingulis ſcibilibus in particulari, & hoc in primo libro factum eſt; Secundo neceſſarium eſt, omnia ſcibilia euidenter probare; tertio recto ordine illa collocare, ad hoc autem præſtandum neceſſe erat tractare de regulis logicis, & de inſtrumentis ſciendi: ideo hoc factum eſt in ſecundo, & tertio libro. Demum de methodo ipſa, & de vſu illius dicendum erat, hoc autem in vltimo libro propoſitum fuit: Videtur ergo, quod preſens tractatio ſufficienter habita ſit. Si quis autem exiſtimet, aliquid illi eſſe addendum, vel mutandum,

dum,

dum, vel minuendum, vt melius addiſcat, vel memoriæ mandet, vel iudicet, vel doceat, legitime poterit id facere: ſi tamen in logica, & metaphyſica ſit verſatus: quia, quæ pertinent ad praxim, non admodum ſtricto, & immutabili iure ſunt ſtatuenda: & Ariſt. quoque aliosque graues authores non ſemper eandem methodum, ordinemue in ſuis tractationibus ſeruare perſpicuum eſt. Hæc igitur explicaſſe ſufficiat.

IL FINE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google